T. MACCI PLAVTI

COMOEDIAE

RECENSVIT
INSTRVMENTO CRITICO ET PROLEGOMENIS
AVXIT

FRIDERICVS RITSCHELIVS

SOCIIS OPERAE ADSVMPTIS
GVSTAVO LOEWE GEORGIO GOETZ FRIDERICO SCHOELL

TOMI III FASCICVLVS I
BACCHIDES CONTINENS

LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI
MDCCCLXXXVI

T. MACCI PLAVTI

BACCHIDES

RECENSVIT

FRIDERICVS RITSCHELIVS

EDITIO ALTERA A GEORGIO GOETZ RECOGNITA

COMOEDIARVM PLAVTINARVM

TOMI III FASCICVLVS I

LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI
MDCCCLXXXVI

LIPSIAE, TYPIS B. G. TEVBNERI

PRAEFATIO

Post Ritschelium, cuius editio anno huius saeculi undequinquagesimo prodiit, Ambrosiani reliquias tractaverunt Geppertus*) et Studemundus**): illius opera integra, huius lectionibus paucioribus usus est Gustavus Loewe, cum annis 1876 et 1877 hanc fabulam describeret.***) Huic igitur apographo, quod ne iterum cum codice conferretur fata prohibuerunt, quae in nova editione ex A adnotavimus deberi monemus: nisi quod consentaneum est Studemundi lectiones quascumque indigavimus diligenter adhibitas esse. Servavit autem liber rescriptus Bacchidum reliquias hasce:

A. a
B. b
C. c
239. 240 = 476 — 494; 495 — 513
251. 252 = 514 — 530; 531 — 539. 552 — 560 [XV]
D. d
E. e
F. f

*) Cf. Plautin. Studien fasc. II pag. 33—37: cuius lectionibus sive bonis sive falsis utpote a Loewio accurate examinatis apparatum onerari nolui.

**) Cf. 'Festgrufs der philol. Gesellschaft zu Würzburg an die XXVI. Versammlung deutscher Philologen und Schulmänner' ed. a. 1868 p. 41 sqq.: ubi errores aliquot graviores a Ritschelio admissi rectissime corriguntur.

***) Ex Loewii apographo desumpta sunt quae Gualtharius Brachmann (de Bacchidum Plautinae retractatione scaenica capita quinque) edidit.

241. 242 = 663*) — 680; 681 — 699
G. g
H. h
I. i.
K. k
L. l
M. m
249. 250 = 922 — 943; 944 — 961

XVI

Ex octo his paginis facilius expediri potuerunt 240, 250 251: perdifficiles sunt 239, 249, 252: quas tamen difficultate 241 et 242 adeo superant, ut perpauca ex his Loewius protulerit, de quibus non ipse dubitari aliquo modo posse significaverit: quod hoc loco semel monuisse satis habui, ne in apparatu molestissima repetitione taedium legentibus moverem.

Codicem veterem (**B**) Hinckius denuo excussit, Vaticanum (**D**) Augustus Mau, Heidelbergensem (**C**) Gottholdus Gundermann. De codice Lipsiensi (**F**) et editione principe (**Z**) acquievi in eis quae Ritschelius adnotaverat. Codicum Laurentianorum scripturas, quas Ritschelius per primam scaenam adhibuerat, 'ut denuo intellegeretur quam nihil auxilii ad emendandum poetam noviciorum multitudo codicum**) afferret', consulto omisi. 'Quorum collatione vix quicquam proficitur nisi primum hoc, quod ad codicum **SU** (Laur. pl. XXXVI 37 et XXXVII 38) similitudinem proxime accessisse eum librum perspicimus, e quo princeps exemplum Merulae ductum est: alterum, quod Brixiani exempli editorem Pyladem cognovimus multas mutationes suas, etiam ubi codices antiquos non antestetur, tamen non debere coniecturae, sed interpolatis libris mss. acceptas referre.'**) — Donati lectiones codicum Parisini et Bodleiani benevole mihi misit Carolus Dziatzko.

'Veteri codice aliquo etiam Scaliger usus est, in cuius annotatiunculis Leidensi exemplo, de quo Proleg. pag. LIV

*) Errore accidisse videtur, ut apud Studemundum l. s. s. p. 42 versum 666 paginae primum esse legamus.

**) Quae ut hoc loco uncinulis inclusi et includam, ea integra ex Ritschelii praefatione transcripta sunt.

dixi*), ascriptis haud raro *V. C.* litterae redeunt. Quas notas cum olim putassem ad veterem codicem Camerarii (**B**) spectare, quocum exprompta a Scaligero scriptura saepe convenit: (nam ubi minus conveniebat, in causa esse valde obscuram lectuque difficilem manum suspicabar:) tamen postea intellexi a **B** diversum librum illi in promptu fuisse, mixtam e bono et interpolato genere recensionem tenentem, sed quaedam etiam singularia habentem, ut v. 1094. Eique libro dubitari nequit quin etiam non commemorato nonnullas Scaliger correcturas in schedis illis Parisinis (n. 8185) consignatas debeat, velut *obsequendo* v. 1082, *tumultuanti nomine* v. 1120: qualia quidem, si nulli posse usui esse viderentur, silentio praetermittenda duxi.

Praeterea de B restat ut annotetur, creberrimas quae in illo sunt, et multo quidem crebriores in Bacchidibus quam vel in Trinummo vel in Milite, et rasuras et radendo ortas lacunas non ad corrigendae scripturae consilium spectare omnes, sed magna ex parte ad tollendam membranae scabrietem factas esse. Quanquam singulis in locis utram rasura causam habuerit, valde ambiguum esse iudicium solet.**)

*) 'Hoc exemplum, Antverpiense Ioannis Sambuci, in Parerg. I p. 575 narravi haec in fronte scripta ostendere: 'Omnia quae in libro isto annotata sunt, Scaligeri e libris descripsit Commelinus, aut Gruterus.' Praeterea autem in praemissa libri indici scheda haec leguntur: 'Quae Hieronymus Commelinus heic annotauit ad oram, sumpsit e Scaligeri Plauto. At alium deinde Plautum habuit idem Scaliger ubi pleraque erant quae adscripserat priori libro. quaedam tamen ibi minime comparebant. multo tamen plura ultimus ille complectebatur quae heic ego Gruterus ascripsi (1620) eum nactus a Rutgersio Regiae Sueciae magistratus legato ad regem Bohem miae ur̄us. Interim NB multa ita evanuerant ob litterarum exilitatem et atramenti colorem evanidum ut coniecerim potius nonnulla quam descripserim.'

**) Hac de re moneo non consentire Hinckium cum Ritschelio; is enim multo saepius disertis verbis indicavit quid intercidisse videatur aut intercidisse possit. Velut v. 97 post *sit meum* erasum est *sit* (cf. v. 99, ubi *dare* bis scriptum est et priore loco lineola subducta deletum, v. 162); cf. v. 304, 349, 1093. Ab illis locis profecti vix dubitabimus, quid de his similibusque lacunis iudicemus: v. 108 (*inlectum*), 130 (*mentest*), 203 (*ubi ea*), 225 (*nec*), 245 (*salutem*), 424 (*quoi*), 463 (*tace*), 461 (*triduum*), 480 (*labra*), 490 (*perire*), 547 (*amici*), 693 (*finge*), 998 (*aut*), 1090 (*pudet*): quamvis non uno loco incertum esse iudicium et ipse teneam. V. 57 post *cupias* erasum *es*: quod ita explico, ut ad *cupies* spectare dicam: *cupies* qui legit, non potuit Fleckeiseni *ne* ante oculos habere.

Ceterum fontis e quo **B** fluxit antiquitatem etiam *k* litterae pro *h* positae in priore potissimum fabulae parte frequentia prodit: nam non alia forma nisi hac K Ambrosianum uti suo loco nuper annotavi.

Ipsius autem **B** codicis scripturaeque in eo reapse exstantis ignoratio una est earum causarum, quibus, ut vel G o d o f r e d i H e r m a n n i ingeniosa opera in perpoliendis Bacchidibus posita relinqueret quod emendari posse videretur, effectum est. Alia causa e prosodiaci generis ambiguitate repetenda est. In quo cum ille mirifico quo pollebat, sed eidem aliquoties fastidiosiori aurium iudicio obtemperaret, etsi nunquam non elegantissimos numeros effinxit: tamen ego, cum non possem non eas rationes sequi, ad quas prosodiacam disciplinam omnem in Prolegomenis Trinummi ipse revocassem, saepe aut servavi quae posse defendi intellegerem aut aliter atque Hermanni acumine factum viderem vitia scripturae corrigenda putavi. Qui si forte, ut fit, etiam alia quaedam sive in verbis sive in sententiis corrupta aut obscurata vel indagarim felicius vel probabilius sanarim, tamen non nescio quam hoc sit modicum prae tot egregiis inventis tamque praeclaro exemplo, quibus plus quam cuiusquam curis et Bacchidum emendatio et mea emendandi opera debeat. Quae virtus in nulla parte luculentius quam in c a n t i c i s canticorumque similibus scaenis metrorum varietate insignibus enituit. Quorum quam sit anceps et lubrica tractatio, evidentissime semet ipsum corrigentis exempla docent quae in libro de metris, in Elementis doctrinae metricae, in ipsa denique nupera editione huius fabulae sibi successerunt. Quid igitur mirum, si certo eoque novo praesidio tuti aliquoties vel progredi ultra postremum exemplum Hermannianum ausi sumus non sine spe indagati veri? Id autem praesidium cum in Prolegomenis Trinummi p. CCC ostendi tum ad Bacchidum v. 612. 643. 989. 1100. 1166. 1190 explicavi e versuum in **B** distributione peti, quippe quae plerumque aut antiquitatis memoriam servet aut turbatae pristinae concinnitatis manifestas causas habeat. Sed tamen cum vel sic multa aut intacta relinquenda essent quae nec Plautina nec ullo modo vel sana vel tolerabilia esse certissime constaret, aut libe-

rioris coniecturae ope ea substituenda quae nec indigna Plauto et a librorum fide non nimis aliena viderentur: nos quidem et membranarum illuvie sese ingurgitantium vitioso appetitui et lautiorem artis munditiem concupiscentium honestis desideriis simul hoc artificio consuluimus, ut liberaliter instaurati poetae exemplo subiceremus in annotatione non singula librariorum peccata, sed integrae scaenae continuitatem e Vetere codice expressam: idque consilium in posterum tenebimus.'*)

Inter hanc editionem et priorem cum plus triginta anni interpositi sint, quo tempore Ritschelius et ipse quae in Prolegomenis exposuerat continuavit retractavitque et alios eodem studio incendit, non potuit non evenire, ut de multis locis nunc aliter quam olim iudicaretur: atque ne nimia anxietate prioris editionis premerem vestigia, ipsius praeceptoris optimi exemplo in retractanda prima scaena anno 1866 proposito effectum est.

In retractationis vestigiis indicandis fortasse erunt qui iusto cautiorem me fuisse accusent: atque multo saepius quam indicavi factum esse, ut mihi magnopere arriderent vel Brachmanni mei**) vel Anspachii***) suspiciones lubenti animo fateor: quod tamen quae incertiora mihi iterata cogitatione visa sunt ab huius generis editione exclusi et in adnotationes reieci, id probatum iri confido. Qua in re ne quis erret denuo monendum duco uncinis angularibus me interpolationes, uncinis semirotundis retractatorum operam indicari velle.

In plagulis corrigendis et oculis et consilio prudenti me iuverunt Fridericus Schoell et Oscarus Seyffert, quorum amica opera praeter eos locos ubi disertis verbis testari potui saepissime usus sum. Quas illorum adnotatio-

---

*) Quam subiecerat Ritschelius codicis Veteris scripturae continuitatem, eam ut tollerem persuasit infinita coniecturarum interim ortarum copia, quam non potui non commemorare; discriptionis igitur varietatem alio modo indicavi.

**) De Bacchidum Plautinae retractatione scaenica capita quinque. ed. Lips. a. 1880.

***) De Bacchidum Plautinae retractatione scaenica. ed. Bonnae a. 1882.

nes apparatui inserere non potui, hoc loco subicere liceat. V. 6. Annis uiginti qui errans *Schoellius.* — 121. *Confert Seyffertus Auson. ed. XII de hist. r. 22*: Barbarus est Lydus, bellax Geta, femineus Phryx. — 140. Quom hic intus sit in lustro et cum amica accubet *Schoellius.* — 218. ut gnatam rem esse intellego *Schoellius.* — 261. Continuo iam *Seyffertus.* — 266. et non eum] erroneum *Schoellius.* — 267. eumpse *Seyffertus.* — 274. Etiámnest quíd porro? CH. Em áccipitrina *metiri vult Seyffertus.* — 394. *Confert Seyffertus locum hunc Ausonii (p. 256, 140 ed. Schenkl)*: Ingrato homine terra peius nil creat. — 426. solem autem *Seyffertus.* — 434. *Confert Seyffertus Frontonis locum hunc (p. 162 Nab.)*: maculosa maculosioraque quam nutricis pallium. — *V. 447 parallelum esse versui 448 suspicatur Schoellius.* — 471. acerrume aestuosam: absorbet *Seyffertus.* — obsorbet *proposuit Muellerus Pros. p. 438.* — 472. eamnam esse *Seyffertus.* — 482. Quom] Quin *Seyffertus.* — 488. Plus uidissem quam deceret. MN. *** ‖ *** quam me atque illo aequom foret *Schoellius.* — 511. Amare aiio hercle ut pote *Schoellius.* — 606. In eum nunc haec redit *Schoellius.* — 633. prodest? pro fidem *Schoellius.* — 695. ac *in suspicionem vocat Seyffertus.* — 760. Frúgi homo's. MN. Vós *Schoellius.* — 806. Egone istuc ei dixi? *Seyffertus.* — 852. Nuptast illaec *Schoellius.* — 893. Nerio, Latona, Spes *Schoellius.* — 897. neque — illud quod dicis — solet. *Schoellius.* — 932. Nunc primum priusquam huc senex uenit *Schoellius.* — 1127. Ter rerin in anno uno tu has t.? *Schoellius.* — 1150. ulteriorem] uolturium *dubitanter Schoellius.* — *Extrema olim talia fuisse suspicatur Schoellius*: Spectatores, uos ualere uolumus et, ⟨si placuimus, ‖ Aecumst uos hanc fabulam adprobare et⟩ clare adplaudere.

Cum iam dimidia pars huius editionis typis exscripta esset, prodiit editio Friderici Leonis, quam cum coniecturarum uberrimam segetem exhibeat in corrigendis plagulis respicere non potui. Praefationem autem nolui nimio onere onerari. Item doleo quod libellis Pauli Schraderi,*)

*) De particularum -ne, anne, nonne apud Plautum prosodia. ed. Argent. a. 1885.

Guilelmi Kaempf,*) Brunonis Baier**) uti non iam potui.

Denique moneo ne me hiatus patronum esse clament, cum paucis quibusdam locis certa de causa in sola adnotatione remedia commemoraverim. In rebus orthographicis ut in ceteris fabulis ita ne in hac quidem constantiae anxie consului, idque in huius generis editione facile ferri et excusari posse censeo.***)

Scr. Ienae m. Novembri a. 1885. **G. G.**

*) De pronominum personalium usu et collocatione apud poetas scaenicos Romanorum. ed. Berolini a. 1886.

**) De Plauti fabularum recensionibus Ambrosiana et Palatina commentatio critica. ed. Vratislaviae a. 1885.

***) Dum Stichum iterum pertracto, haec praeter ea quae alibi monita sunt corrigenda vel addenda esse inveni: in adn. v. 21: *tuo* pro *tu* in Hermanni coniectura; in adn. v. 50: *huiust* iam Lambinus; in v. 55: *maerore*, in adn. v. 100: *proinde* iam Lambinus; in adn. v. 136: *tu me* etiam Lambinus; in adn. v. 162: *cepisse illam* iam Lambinus; in adn. v. 182: *Negare nulli* Bentleius in Hor. carm. II 20, 6; in adn. v. 191: *hercle* etiam Lambinus; in adn. v. 216: *demortuus* iam Lindemannus in Charis. p. 30; in adn. v. 523: *si diu afueris* iam Lambinus; in adn. v. 570: *Grăphicum B*; in adn. v. 732. 733: *nollo BC, ut v. 631. 718;* in adn. v. 735: *aliut B*; v. 737: post *amoena* comma delendum. — Hanc opportunitatem nactus moneo, folia apographi nostri, quae in corrigenda Poenulo non praesto erant (cf. praef. p. VII), inventa esse; neque tamen quicquam corrigendum est, nisi quod SONA exhibet v. 1008 Ambrosianus et COMFERRE v. 1048.

T · MACCI · PLAVTI

BACCHIDES

GRAECA MENANDRV ΔΙΣ ΕΞΑΠΑΤΩΝ

PERSONAE

PISTOCLERVS ADVLESCENS
BACCHIDES SORORES MERETRICES
CLEOMACHVS MILES
SERVOS
LYDVS SERVOS
CHRYSALVS SERVOS
NICOBVLVS SENEX
MNESILOCHVS ADVLESCENS
PHILOXENVS SENEX
PARASITVS
PVER
ARTAMO LORARIVS
CATERVA

ACTVS I

PISTOCLERVS

* * *

Quíbus ingenium in ánimo utibilest, módicum et sine uernílitate

* * *

Víncla, uirgaé, molae: saéuitudó mala
Fit peior * * * * * * * * * *

* * *

Quaé sodalem átque me exércitos habet

* * *

BACCHIS I. PISTOCLERVS

BACCHIS

Vlíxem audiui fuísse aerumnosíssumum,
Qui uíginti annis érrans a patria áfuit.

Deperditum in libris principium fabulae (v. 1—34) e grammaticorum testimoniis instauravit Ritschelius Musei Rhenan. vol. IV (a. 1845) p. 354 sqq. et 567 sqq. = Opusc. vol. II p. 292 sqq.: cuius distributionem quamvis non semel incertissimam retinui: quae contra proposuit Ussingius, plerumque incertiora sunt et ex parte adeo falsa. Ipse quid iudicem ad v. 34 paucis exponam 1. *Non. p. 342:* modicum ueteres moderatum et commodum dici uolunt. Plautus Bacchidibus: 'quibus . . . uernilitate' *Charis. p. 206, 11:* modice . . . Plautus in Bacchidibus: 'quibus . . . modicum est' quibus *in Charisii cod. N non apparet* ingenium] ignes *Nonius* utibile est *Nonius.* utibile et *Charisius* et] est *Charisius* 2. 3. *Nonius p. 172:* saeuitudo pro saeuitia. Plautus Bacchidibus: 'uincla . . . peior' 4. *Non. p. 6:* exercitum dicitur fatigatum . . . Plautus Bacchidibus: 'quae . . . habet' *Charis. p. 229, 21:* atque pro et . . . Plautus in Bacchidibus: 'quae . . . habet' exercitis *cod. Charis.* exercitos sic *Ritschelius Opusc. vol. II p. 339* 5—8 *Charis. p. 201, 17:* ilico pro in loco Plautus in Bacchidibus: 'Vlixem . . . ciuicos' 5. aerumnosissimum *codex* 6. qui uiginti annis *Bothius.* q annī xx *codex* abfuit *Ritschelius: at cf. Opusc. vol. II p. 322 et Fleckeisenus Philol. vol. IV (a. 1849) p. 322*

Verum híc adulescens múlto Vlixeum ántidit:
Qui hic ílico errat íntra muros cíuicos

* * *

BACCHIS

Illa mea cognominis fuit

* * *

Conuórrite aedes scópis, agite strénue
* * * * * * * * ecquis éuocat
Cum nássiterna et cúm aqua istum inpuríssumum?

* * *

CLEOMACHVS. BACCHIS II. SERVOS

* * *

CLEOMACHVS

Sin lénocinium fórte conlubitúmst tibi,
Videás mercedis quíd tibist aequóm dari,

---

7. adulescens multo Vlixeum *Buechelerus Mus. Rhen. vol. XV (a. 1860) p. 438.* adulescens multo ulixem *codex.* Vlixem multo adulescens *Bothius, Ritschelius: at cf. Luchs Comment. prosod. I p. 5.* adulescens multo Vlixem iam *Keilius* antidit *Bothius.* anteit *codex: cf. Ritschelius Opusc. vol. II p. 322* 8. hic ilico *Ritschelius.* ilico *Charisius.* huc illuc *Langenus p. 159* 9. *Serv. ad Aen. VI. 383:* facit . . . hic et haec cognominis. nam in Plauto lectum est, cum una de Bacchidibus diceret: 'illa . . . fuit' *Verbum* illa *om. Ritschelius propter versum: idem* mei *scripsit, quod est in FC:* mea *exhibent ceteri: mihi frustula misere truncata esse videntur, quod etiam* cognomĭnis fŭit *verba indicant: cf. Luchsius in Studemundi Stud. vol. I p. 45* 10. *Charis. p. 219, 16:* strenue Plautus . . . in Bacchidibus: 'conuerrite . . . strenue' conuerrite *codex* aedis *add. Ritschelius: om. codex*

11. 12. *Festus p. 169 M.:* nassiterna est genus uasi aquari ansati et patentis quale est quo equi perfundi solent. Plautus in Bacchidibus: 'haec . . . impurissimum'. *Cf. Paul. p. 168:* nassiterna genus uasis aquarii ansati et patentis. *E Festi loco pendet Fulgentius p. XVII ed. Lersch:* mnasiternam dicunt aque urnam id est urceum. Vnde . . . et Plautus in bachide ait: 'effer mnasiterna cum aqua foras. *Cf. Plac. p. 69, 3:* nasiterna: uas aquarium: *quae glossa in alia quaedam glossaria transiit* ecquis] haec quis *Festus* impurissimum *Festus* *Coniunctos Charisii et Festi versus sic redintegrabat Ritschelius:* Conuorrite aedis scopis, agite strenue, Munditias facite, spargite. ecquis euocat Cum nassiterna et cum aqua istum impurissumum? 13—15. *Charis. p. 200, 7:* gratiis Plautus in Bacchidibus: 'sin . . . gratiis' 13. forte] facere *Ussingius* collibitum est *Charisius* 14. tibi est *Charisius* aecum *Charisius.* pactum *Ritschelius*

Ne istác aetate mé sectere grátiis.
* * * * * * * * * * *
Ne a quóquam acciperes álio mercedem ánnuam
Nisi ab sése nec cum quíquam limarés caput.
* * *
* * * * * * * limaces uiri.
* * *

PISTOCLERVS

* * *
Sícut lacte láctis similest: quídquid est nomén sibi.
* * *

SERVOS

Latronem suam qui auro uitam uenditat.
* * * * * * * * * * *
Sció spiritum eíus maiórem esse múlto

15. aetate me sectere *Charisius.* me aetate sectarere *Ritschelius: sed vix probabile versus spectare ad militem* 16. 17. *Nonius p. 334:* limare etiam dicitur coniungere. Plautus Bacchidibus: 'Ne . . . caput' 16. necum quoquam acceperis alio *(vel* salio*) Nonii codices: corr. Mercerus.* Nec a quoquam alio acciperes *Ritschelius Opusc. vol. II p. 324* 17. Nisi ab se *Mercerus, Ritschelius* 18. *Nonius p. 333:* idem *(scil.* Plautus*)* Bacchidibus 'limaces uiri': quod atterant et consumant, *ubi* uiri *aut corruptum est aut alio in conexu positum fuit* 19. *Concinnavit Ritschelius e duobus hemistichiis: priorem partem servaverunt Pompeius Comm. Donati p. 199, 16:* superest ut sequamur regulam Plauti, lacte ut dicamus: habemus in Bacchidibus: 'sicut lacte lactis simile', *Cledonius p. 48, 21:* lacte dicitur in nominatiuo singulari iuxta Plautum *et paullo post:* aut currit hoc lacte, quod dicit Plautus, 'sicut lacte lactis, non 'sicut lac lactis', *Prob. p. 7, 7 (Marius Pl. p. 471, 24):* Plautus hoc lacte declinauit ubique 'sicut lacte lactis simile est'. *Posteriorem partem debemus Servio Danielis, qui ad Aen. X, 493:* quidquid, *inquit,* pro quodcumque: Plautus in Bacchidibus: 'quidquid . . . sibi' lacti *edidit Ritschelius: at cf. Opusc. vol. II p. 331* simile est *cod. Probi.* simile *Pompeius: om. Cledonius et Mar. Pl.* similist *Ritschelius: idem postea* simil est*: cf. Opusc. vol. II p. 331 et Amph. v. 537* sibi] tibi *Ladewigius Philol. vol. II (a. 1847) p. 361* 20. *Servius Dan. ad Aen. XII, 7:* idem *(scil.* Plautus*)* in Bacchidibus exsecutus est, militem latronem dicens suam qui auro uitam uenditat *Versum bacchiacum Ritschelius discripsit: cum fortasse integrum fuisse tetrametrum idem suspicatur* PIST. Vah. *in fine addens. Contra disputat Andreas Spengel 'Reformvorschläge' p. 249 sq. cf. Opusc. vol. II p. 334*

21—24. *Additamentum post Prisciani librum XI vel XVI (I p. 575 ed. H.):* Plautus 'hic cuias', 'huius cuiatis' declinauit in Bacchi-

Quam fólles tauríni halitánt quom liquéscunt
Petraé, ferrum ubí fit.

PISTOCLERVS

Quoiátis tibi uísust?

SERVOS

Praenéstinum opíno esse: ita erát gloríosus.

PISTOCLERVS

* * oppidum * * * * * * *
Neque id haúd subditíua arbitrór gloria ésse.

* * *

BACCHIDES. PISTOCLERVS

SOROR

* * * * cór meum, spés mea,
Mél meum, suáuitudó, cibus, gaúdium.

* * *

Síne te amem * * * * * * * * *

* * *

* * * * * Arabus * * * * * *

dibus: 'Scio spiritum eius maiorem esse multo quam folles taurini habeant praenestinum . . . gloriosus' *Servius et Philargyrius in Georg. IV, 171*: Taurinis follibus. Plautus: 'quam folles . . . fit' *Nonius p. 474:* Opino pro opinor. Plautus Bacchidibus: 'Praenestinum . . . gloriosus 22. Quam] quę *cod. Bamb.* quod *cod. Darmstadt. Prisciani* halitant *Hermannus.* habeant *libri Prisciani.* habent *Servius et Philargyrius* *Verba* quom . . . uisust *om. libri Prisciani* cum *libri* 23. ibi *Servius* Cuiatis . . . uisust *addidit Ritschelius omissa utrobique, pro quibus* sed quoiatis est is *Ussingius maluit*

24. opino *Nonius.* opinor *codd. Prisciani* erat] erit *cod. Vind. et Bamb. Prisciani.* errat *codd. Nonii* 25. 26. *Donatus in Andr. I 2, 34:* Neque haud tu dicas tibi non praedictum | Vera lectio neque haut dicas . . . Plautus in Bacchidibus: 'neque haud subditiua gloria oppidum arbitror': *unde ea quae dedimus effecit Ritschelius* Neque haú subditíua ‖ Glória óppidum árbitror *dimensus est Studemundus improbante Ritschelio Opusc. vol. II p. 336: quid scriptum fuerit incertum est* 27. 28. *Nonius p. 173:* suauitudo pro suauitas. Plautus Bacchidibus: 'cor . . . gaudium' 29. *Donatus in Eun. IV 2, 13:* amare modo frui amore dicit. Plautus in Bacchidibus . . . et: 'sine te amem' 30. *Charisius p. 123, 8:* Arabis . . . quid ergo si sic declinauit ut Plautus in Bacchidibus * * * et in Poenulo 'arabus murrinus odòr arabus', Lucilius . . .: *ubi* arabus *e margine irrepsisse putat Keilius, ante* et in Poenulo *exstitisse Fabricius: cf. Ritschelius Opusc. vol. II p. 339*

* * * * * * Cupidon té confecit ánne Amor?

* * *

* * * * fortásse ted amare suspicárier

* * *

* * * argentum hinc facito * * *

* * *

Nám tu equidem credo éxcantare quoíuis facile cór potes.

SOROR

* * * * * * * * * * *

BACCHIS

Quíd si hoc potis est út tu taceas, égo loquar?

---

35. *Charis. p. 204, 18:* Lepide Plautus in Bacchidibus ʻquid . . . licet' pro recte.

---

31. *Nonius p. 421:* cupido et amor idem significare uidentur. Et est diuersitas: cupido enim inconsideratae est necessitatis, amor iudicii. Plautus Bacchidibus: ʻcupidon . . . amor' *Servius Danielis ad Aen. IV 194 ex eodem cum Nonio fonte, ut videtur:* Plautus cum distinctione posuit: ʻcupidon . . . amor' te confecit *Ritschelius.* te cum sicut *Serv. Dan.* tecum saeuis *Nonius: unde* tecum saeuit *effecere.* te conficit *Daniel ap. Serv.* te configit *Bothius* 32. *Donatus in Hecyr. III 1, 33:* Fortasse . . . sic Plautus: ʻfortasse te amare suspicabere', *ubi* ted *et* suspicarier *Ritschelius, qui fragmentum huc rettulit incerta argumentatione: cf. Opusc. vol. II p. 340* tete *pro* ted *Bentleius in Terentii locum* 33. *Donatus in Phorm. IV 3, 30:* haec hinc facessat . . . Plautus: ʻargentum hinc facite' facito *Ritschelius: qui fragmentum huc rettulit: res dubia* 34. *Composuit Ritschelius e Nonii p. 102 et Serv. in Bucol. VIII, 71 his testimoniis:* excantare significat excludere. Plautus Bacchidibus: ʻnam credo cuiuis excantare cor potest' *et* . . . ʻnam tu quidem cuiuis excantare cor facile potes' nam tu equidem *Abraham* ʻ*Wochenschrift für klass. Philol.*' *a. 1885 p. 271.* nam tu quidem *Ritschelius: cf. Luchsius comm. pros. I p. 20: reliqua scripsi cum Ritschelio: cf. Opusc. vol. II p. 329* *Ex initio potius quam quo Lachmannus in Lucr. p. 150 rettulit, ex v. 736, petitum* noenum, *quod e Bacchidibus excerptum exhibet gloss. Plaut.: cf. Ritschel. Opusc. vol. II p. 242* *Intercidisse suspicor veluti haec:* 1. Pistoclerus secum loquitur (v. 1—4). 2. Bacchis loquitur cum Pistoclero (v. 5—9). 3. Pistoclerus loquitur cum puero vel parasito Bacchidis e portu veniente (v. 21—26). 4. Puer (vel parasitus) loquitur cum Bacchide (v. 10—12). 5. Soror advenit cum puero. 6. Sorores colloquuntur inter se.

Act. I scaena 1 *Emendatam et personis rectius quam antea distributam proposuit Ritschelius Musei Rhen. vol. IV (a. 1845) p. 361 sqq., denuo post editionem recensitam Opusc. vol. II p. 301 sqq.* *Plautinos*

SOROR

Lepidé: licet.

BACCHIS

Vbi me fugiet mémoria, ibi tu fácito ut subueniás, soror.

SOROR

Pól magis metuo míhi in monendo né defuerit mémoria.

BACCHIS

Pól ego metuo lúsciniolae né defuerit cántio.
Séquere hac.

PISTOCLERVS

Quid agunt duaé germanae méretrices cognómines?

esse v. hos: 35—37. 39. 40. 41. 42—48. 52—55. 57—66. 68. 71. 70. 72. 89. 90. 92 sqq., reliquos e diasceue repetendos censet Anspachius de Bacch. Plautinae retractatione scaenica p. 2 sqq.: contra quem disputavit P. Weise de Bacch. Plautinae retractatione quae fertur p. 1 sqq. Bacchides due. Pistoclerus adolescens *F.* bachides *CD. om. BZ* *Pers. notas usque ad v. 108 CD nullas, nisi ubi memorabuntur, habent, sed earum spatia vicaria in mediis quidem versibus.* A *et* E *pro Bacchidibus,* G *pro Pistoclero B: quo de dictum est Opusc. vol. II p. 294 et Prol. Trin.*^{1} *p. XXIX. Bacchidis utriusque nulla in reliquis distinctio est: Ritschelium ut* BACCHIS *et* SOROR *potius quam* BACCHIS I *et* BACCHIS II *nominibus uteretur, codicis B in ultima fab. scaena exemplum movit: quem secutus sum* 35. BA.] E *B* *Verba* Quid . . . est *in ras. C* potis est *libri cum Charisio, nisi quod* potius *Z et in* potis *post* s *erasum est* st *in B.* potiust *Hermolaus, Pylades* ut tuta crās *cod. Charisii.* ut taceas *libri Plautini* ego loquar B^2 *cum reliquis.* eloquar B^1 SO.] A *B* licet *om. cod. Charisii: habent excerpta Bernensia* lepide licet *iungebatur ante Dousam* 36. BA.] E *B* fugiet *B.* effugiet *CD.* effugerit *FZ* ib *in* ibi *ex* ut *B* 37. BA.] A *B* mi in *Ritschelius* ne defuerit memoria *exempli causa scripsi.* ne defuerit oratio *libri.* ne defuerit optio *Ritschelius cum Bernaysio coll. Asin. v. 101, cum olim* ne defuerit monitio *proposuisset.* ne defuerit concio *Hugius in thesi post diss. de Q. Enni annal. l. 7—9 (ed. Bonn. a. 1852).* ne defuat oratio *Pylade duce Camerarius.* oratio ne defuat *Hermannus* *Contra versum delendum censent Ritschelius Opusc. vol. II p. 301 et Ussingius* *V. 38—42 quattuor versibus conclusos B habet, qui his vocibus terminantur:* — hac, — consuluistis, — mulier, — reperiam 38. BA.] E *B* Pol ego metuo *Ritschelius cum Reizio.* Pol quoque metuo *B.* Pol ego *(*Polego *D)* quoque metuo *CDFZ* Pol lusciniolae quoque metuo *Hermannus* lusciniolę ne *BC.* luscinio lene D^1. lusciniole ne D^3 ne defuat cantio *Pylades.* cantio ne defuat *Hermannus* 39. BA. *praemittit F, spatium B. Pistoclero dat Weisius* hac] me *C* PI.] G *B, quod posthac non notabo* due *D* germanę *D* meritrices *D*

Quíd in consilio cónsuluistis?

BACCHIS

Béne.

PISTOCLERVS

Pol haud meretríciumst.

BACCHIS

Míserius nihil ést quam mulier.

PISTOCLERVS

Quíd esse dicis dígnius?

BACCHIS

Haéc ita me orat, síbi qui caueat áliquem ut hominem réperiam
Áb istoc milite: út, ubi emeritum síbi sit, se reuehát domum.
Íd, amabo te, huic cáueas.

PISTOCLERVS

Quid isti cáueam?

BACCHIS

Vt reuehatúr domum,
Ýbi ei dederit óperas: ne hanc ille hábeat pro ancillá sibi.
Nám si haec habeat aúrum, quod illi rénumeret, faciát lubens.

V: 40—41 inverso ordine collocavit Ritschelius 40. *Spat. praem. B* consilio *Ritschelius ut v. 1154.* concilio *libri* BA. Bene. PI. Pol haud *Acidalius.* A bene pol G haud *B et sive* BA., PI. *sive vacuis spatiis substitutis reliqui, nisi quod* pel D^1, pol D^2 *et* haut *C* meretricium est *C.* meretritium est *B.* meritricium est *D.* meretricum est *FZ* 41. BA.] A *B* dixis *Hermannus in Iahnii Ann. phil. nov. vol. XIX (a. 1837) p. 272* dignius D^2. dignus D^1Z 42. BA.] A *B* Hec *DF* ita] iam *Hermannus* Ita me haec *Hermannus in Iahnii Ann. phil. nov. vol. XIX (a. 1837) p. 272* qui] que D^1. qui D^2. quî *volebat H. Stephanus* qui caueat aliquem ut *om. Z* 43. Ab istoc milite *F, Ritschelius Opusc. vol. II p. 301.* Vt istoch militem *BCD.* Istoc milite *Z.* Ad istunc militem *cum Hermanno Ritschelius* emeritum *(prior* e *s. v.) D* se *Pylades.* seu *BCD.* se ut *FZ, Rauterbergius Quaest. Plaut. p. 9, ut olim Ritschelius* reueat *F* 44. Idamabo *D* te ut hic *F* PI.] *spat. om. D* isti] si *F* caueam. A ut *B.* caueam A *(*A *s. v.)* ut *D.* caueam aut *C.* caueam ut *F.* caueam. BA. ut *Z: cf. Opusc. vol. II p. 295* reuehatur *C.* reueatur B^1D^1. reueh*(*h *s. v.)*atur B^2D^3. reuehat *Z.* reueam *F. cf. Parerg. I p. 418* 45. Vbi] Vt ubi *Hermannus* dederit *FZ.* dediderit *BCD* *Post* dediderit *in B spat. circ. 5 litterarum* operam *Langenus Beitr. p. 105: cf. Brixius ad Capt. 429*[3] *Colon post* operas *Ritschelius Opusc. vol. II p. 301 ponit cum aliis: in editione post* domum *colon posuerat, post* operas *comma* 46. si haec *CF.* si hec *D.* haec si *B.* si hic *Z* quid *Z* remuneret *F.* remaneret *Z* fațiat *et* c *sup.* ț *B*

PISTOCLERVS

Vbi nunc is homost?

BACCHIS

Iam híc credo aderit. séd hoc idem apud nos réctius
Póteris agere: atque ís dum ueniat sédens ibi opperíbere.
Eádem biberis, eádem dedero tíbi, ubi biberis sáuium.

PISTOCLERVS

Víscus merus uostrást blanditia.

BACCHIS

Quíd iam?

PISTOCLERVS

Quia enim intéllego,
Éxpetitis palúmbem: perii, sí harundo alas uérberat.

---

48. *Huc spectare putat Loewius Prodr. p. 264 glossam Maii VI p. 536*^{b}*:* obperibere : expectabis 49. *Charis. p. 209, 12:* Obiter diuus Hadrianus . . . cum Scaurus Latinum esse neget, addit quia ueteres eadem soliti sint dicere, non addentes uia, ut sit κατὰ ἔλλειψιν, ut Plautus, inquit: 'eadem bibes . . . sauium' 50. *Charis. p. 32, 14:* Plautus uiscus dixit*: quibuscum verbis cf. Exc. p. 548, 19:* hoc uiscum : ἰξός; sed Plautus uiscus dixit. *Porro huc spectare vidit Loewius Prodr. p. 256 glossam hanc Libri glossarum:* Viscum. genere masculino Plautus: 'uiscus merus et uera moratio' *(h. e.* uiscus merus est uestra oratio*). Unde probabilius est Charisium huc spectare quam ad Poen. 479. A Libro gloss. pendent Papias et gloss. Salomonis. Eodem spectat Cyrilli glossa haec (p. 495, 44):* ἰξός : uiscum. singulariter tantum declinatur: et dicitur: hic uiscus 50. 51. *Non. p. 219:* Palumbes *(*Palumbi *codd.)* . . . Plautus Bacchidibus: 'quia . . . palumbem'. *Cf. Charis p. 106 et glossam cod. Paris. (nouv. acq.) lat. 1298 hanc:* Palumbe. que in arboribus degerunt urḡ. *(sequuntur circ. 4 litt. erasae)* rauce palumbe plaunt. aliter unum expetitis inquid. palumbe

---

47. PI. *om. F.* P *in margine habet D*^{3} homo st *B.* homo est *reliqui* BA.] A *B* credo aderit hic *B* sed *B.* s; *CD* apud *CFZ.* ap̄ *D.* ap' *B* 48. is dum ueniat sedens ibi *BCD.* is dum ueniat sedens hic *FZ.* ibi sedens dum is ueniat *Ritschelius cum Hermanno, in adnotatione* opperibere ibi sedens *reiciens.* is dum ueniat interibi *idem Opusc. vol. II p. 267* operibere *BF* 49. bibes *Z cum Charisio* eadem tibi dedero sauium *omissis reliquis Charisius*

50. *Cf. testim.* uostrast *B.* ur̄a est *CD.* uestra est *FZ* blandicia *CDF* BA.] A *B* Quidiam *D* Quia] qui *Nonius* intelligo *Z* 51. *Cf. testim.* Expetitis *scripsi.* Duae *(*Duę *D)* unum expetitis *cum Nonio libri: at vix explicari cur duas unum expetere hoc loco dicat poeta recte exponit Muellerus Pros. Pl. p. 704.* Duae me unum *Ritschelius collato Fleckeiseno Exerc. p. 15 sq. et 26: quam scripturam*

Nón ego istuc facinús mihi, mulier, cónducibile esse árbitror.

BACCHIS

Quí, amabo?

PISTOCLERVS

Quia, Bácchis, Bacchas métuo et bacchanál tuom.

BACCHIS

Quíd est quod metuis? né tibi lectus málitiam apud me suádeat?

PISTOCLERVS

Mágis inlectum tuóm quam lectum métuo: mala tu's béstia.
Nam huíc aetati nón conducit, múlier, latebrosús locus.

BACCHIS

Égomet apud me síquid stulte fácere cupias, próhibeam.
Séd ego apud me te ésse ob eam rem, míles quom ueniát, uolo:
Quía, quom tu aderis, huíc mihique haud fáciet quisquam iniúriam.

---

missam facit cum Lachmanno (ad Lucr. p. 200) Opusc. vol. II p. 302, cum olim Duae iam unum *coniecisset.* Duae ut unum expetitis *Muellerus l. s. s.* Duae dum u. e. *Bergkius Op. I p. 674* palumbum *Quicheratius, Dousa ms.* perii, si harundo alas uerberat *scripsi.* perii harundo (arundo *CD)* alas uerberat *BCD.* parua hirundo *(*hyrundo *Z)* alas uerberat *FZ.* prope arundo alas uerberat *Ritschelius: idem interpretis esse* perii *proverbium explicantis, expulsum autem* iam *putabat Proleg. Trin. p. CCIII.* parum arundo alas uerberat *Hermannus.* perii arundo uerberat *Guyetus, Fritzschius Anal. Pl. p. 4: quam scripturam propter obscenitatem praefert Spengelius T. Maccius Pl. p. 208 adversante Ritschelio Opusc. vol. II p. 303.* perii: harundo alas uibrat *Fleckeisenus praef. Bacch. p. XII obnitente Ritschelio l. comm. et V p. 566.* pertica alas uerberat *Ribbeckius Mus. Rhen. vol. XII (a. 1857) p. 457, Palmerus Hermath. vol. IV (a. 1881) p. 135 sqq.* si arundo alas uerberat *Ussingius. cf. Anspachius p. 4* 52. istuc *(*istuch *D¹)* facinus *(*fatinus *B)* mihi *libri.* mihi istuc facinus *Ritschelius.* istuc mihi facinus *Ritschelius in adn., Fleckeisenus, Hermannus Nov. ann. vol. XIX (a. 1837) p. 272, qui et* mi istuc facinus. *contra* ego istuc facinus *omisso* mihi *Guyetus et* istuc fac. mihimet *om.* mulier *Anspachius p. 5* ee esse *B* 53. A Quid amabo *B* bacchis bacchas *Z.* bachis bach*(*h *s. v.)*as *B.* bachis bachas *reliqui* bacchanal *BZ.* bachanal *CDF* tuum *libri* 54. A Quid *B* est quod *Gronoviana.* est quid *libri* metuus *C* maliciam *DF.* malaciam *Lambinus* 55. illectum *libri* tuum *libri* tu es *CDFZ.* es tu es *B* 56. ętati *C.* etati *BD².* ||etati *D¹* latebrosus *ex* latobrosus *corr. B.* lathebrosus *F* 57. BACCH. *Saracenus.* PISTOCLERVS *CD. om. BFZ* siquid *Camerarius.* quid *libri.* quidquid *codices quidam deteriores, Gertzius* ne quid stulte facere occupias *Fleckeisenus duce Lindemanno Nov. annal. vol. XIX (a. 1837) p. 132, atque* ne *etiam Bentleius adscripsit* *Post* cupias *crasa* es *B* 58. Sed *C, Saracenus.* A Sed *B.* A *(s. v.)* sed *D.* BA. sed *FZ: cf. Opusc. vol. II p. 294. 297* te esse apud me *Mahlerus p. 32* quom *F.* cum *reliqui* 59. quom *F.* cum *reliqui* adderis *B².* adderis *B¹* huice *Ritschelius coll. Proleg. Trin. p. CLXX sqq.* iniuria *Z*

Tú prohibebis ét eadem opera tuó sodali operám dabis,
Ét ille adueniens tuám med esse amícam suspicábitur.
Quíd, amabo, opticuísti?

PISTOCLERVS

Quia istaec lépida sunt memorátui:
Éadem in usu, atque úbi periclum fácias, aculeáta sunt,
Ánimum fodicant, bóna distimulant, fácta et famam saúciant.

SOROR

Quíd ab hac metuis?

PISTOCLERVS

Quíd ego metuam, rógitas? adulescéns homo
Pénetrem me huiusmodi ín palaestram, ubi dámnis desudáscitur?
Ýbi pro disco dámnum capiam, pró cursura dédecus?

---

66. *Donatus ad Phorm. III 1, 20:* Bene palaestram eius dixit lenonis domum, in qua est exercitus amator assidue. Plautus Bacchidibus 'a palaestra . . . desudascitur'*: quae vulgantur, interpolata esse videntur* Desudescere *explicat Plac. p. 32, 2*

---

60. prohibebis *ex* prohiberis *D* eandem B^2. eandem B^1 tua *ex* tuo *D* *V. 61—64 ita discriptos B habet, ut vocibus terminentur* opticuisti, aculeata sunt, amici page, malacissandus es 61. tuam medesse *C.* tuam medesse *(post* medesse *erasum* et*)* D^1. tuam med *(et e s.* d*)* esse D^3. tuam me esse *BFZ.* me tuam esse *Hermannus.* tuam memet esse *Umpfenbachius p. 27* 62. *Ante* Quid *spatium lineola deletum B* obticuisti *FZ.* obstipuisti '*nonnulli libri*' *Lambini* PISTOCŁ. *CD* istec *BCDF* laepida *CD* memora tua *C.* memoratu *Z* *Inter 62 et 63 unius versus scriptura vacat in D* 63. *Spat. praem. B* periclum *BCD.* periculum *FZ* facias *ex* facaas *B* 64. distimulant *ex* destimulant *B.* dissimulant *Z* *Ante* facta *spat. B* *Sequitur hic in libris v. 73 (sed ut suo loco redeat): deleri iussus ab Acidalio, Guyeto, frustra defensus a Ladewigio Mus. Rhen. vol. III (a. 1843) p. 524 sq. Vide Ritschelium Opusc. vol. II p. 297. hic adscriptus esse videtur a diasceuasta qui v. 65—72 omitti voluit: nisi forte censes in ea re signum esse, versus 72 et 73 olim post 64 collocatos fuisse inter Bacchidem Athen. et Pistoclerum distribuendos* 65. E Et quid *B, Gronovius.* BA. Hei quid *Bothius* adulescens homo *Bothius.* homo adulescens *(*adolescens *FZ) libri* rogas? homo adulescentulus *Camerarius, Schoellius Anal. Pl. p. 51* 66. Penetrem me *Bothius, Ussingius duce Lysandro (quaest. crit. et gramm. p. 57).* Penetrem *Donatus interpolatus.* Penetrare *libri, Ritschelius* huius modi *BD* in palestram *BCD.* a palestra *cod. Canonic. Donati* damnis] demens *cod. Canonic. Donati.* donis *Britzlmayrius programmatis Landishut. a. 1867/68 p. 5.* dominis *vel* dominae *Bothius. Aut* damnis *aut* damnum *proximo versu corruptum dicit Ritschelius* desuadascitur *C* *V. 67 cum Ribbeckio praef. Stich. p. XVIII*

SOROR

Lépide memoras.

PISTOCLERVS

Vbi ego capiam pró machaera túrturem,
[Vbique inponat ín manum alius míhi pro cestu cántharum]
Pró galea scaphiúm, pro insigni sít corolla pléctilis:
Pro hásta talos, pró lorica málacum capiam pállium:
Vbi mi pro equo léctus detur, scórtum pro scúto áccubet?
Ápage a me, apage.

SOROR

Ah, nímium ferus es.

PISTOCLERVS

Míhi sum.

SOROR

Malacissándus es:
Équidem tibi do hanc óperam.

PISTOCLERVS

At nimium prétiosa's operária.

---

delebat Ritschelius Opusc. vol. II p. 304. cf. Schneidewinus Philol. vol. V (a. 1850) p. 376 scamnum *pro* damnum *scribens* 'disco] *habuerunt omnes* uisco': *Longolius: quod quo spectet prorsus latet* dampnum *D* 68. BA.] A *B, Anspachius p. 4* PIST *D.* PISTOCŁ *C* machera *BCD* *V. 69 delet Buechelerus Woelfflini Arch. t. II p. 117: quem ex diasceue repetierat Anspachius p. 6* imponat *F.* imponant *Z* ĩmanũ *C.* in manu *Z* pro cestu] incestu *D: corr. eadem manus* chantharum *B* 70. Scaphium pro galea *Hermannus: vide Prol. Trin. p. CCLXXII* scau|||um (*fuerat* scauium) D^1. scafium $D^2 Z$ corola *Z* pectilis *BZ* 71. asta *BC* talos *Anspachius l. s. s., Buechelerus loco v. 69 commemorato.* talus *libri, Ritschelius* mala cũ *C.* malachum *Z* 72. Vbi mi *Hermannus.* Vbi mihi *libri: vide Proleg. Trin. p. CCXCII.* Vbique *Ritschelius olim* pro equo *Z.* preco *DF.* p̄co *BC* *Ante* scortum *vacuum spatium D* scurtum *Schoellius Anal. Pl. p. 46: cf. ibidem p. 114* accubet *FZ.* accumbet *BD.* accumbent *C.* accubem *Muellerus Nachtr. p. 122* 73. *Huius versus quas lectiones libri post v. 64 habeant additis circulis indicavi* a me apage *FZ utroque loco et (D).* ame apage *(C)* (B^2). ameapage (B^1). mea apage *BCD* A. ah nimium *B(B).* Ah nimium *cum spat. C (C).* Ah nimium *(ni e corr.) (D).* A nimium *D* PIST *D (D).* PISTOCŁ *C (C)* SO.] A *B (B). spat. om. D (D): cf. Anspachius p. 4* malacissandus *Z.* malacisandus *reliqui* 74. *Bacchidi eidem continuandum esse dixit Ritschelius Opusc. vol. II p. 300: alteri tribuit Hermannus.* BA. *praem. F, non BCDZ* dabo *Z* PIST.] *spat. om. D* ah *B* preciosa es *FZ.* p̄ciosa es *BCD*

BACCHIS

Símulato me amáre.

PISTOCLERVS

Vtrum ego istuc iócon adsimulem an sério?

BACCHIS

Héia, hoc agere méliust: miles quom húc adueniat, té uolo
Me ámplexari.

PISTOCLERVS

Quíd eo mi opus est?

BACCHIS

Vt ille te uideát uolo:
Scío ego quid ago.

PISTOCLERVS

Et pól ego scio quid métuo. sed quid aís?

BACCHIS

Quid est?

PISTOCLERVS

Quíd si apud te eueniát desubito prándium aut potátio
Fórte aut cena, ut sólet in istis fíeri conciliábulis,
Vbi ego tum accubem?

---

75. *Charis. p. 220, 24:* Serio pro uere . . . Plautus in Bacchidibus: 'iocon . . . serio'

---

75. BA.] A *B* Simi*(*u *s. v. m. 2)*lato *B* mea mare *CD* Vtrum] uerum *Z*. iterum *C* ego istuc *(*istunc B^1*:* n *del. lineola* B^2*)* iocon adsimulem *(*ad similem *D: ubi eadem m.* u. *s.* i *post. scripsit) libri.* ego iocon id simulem *Ritschelius: cf. Proleg. Trin. p. CCXXXVI. CCLXXV.* ego, iocon assimulem *Hermannus* anserio *D* 76. BA.] A *B* Heia *BCD*. Eya *F*. Eia *Z* meliust BD^2, *Ritschelius Proleg. Trin. p. CCCXXV.* melius CD^1FZ agerest melius *Fleckeisenus* quom *F*. quam *BCD*. cum *Z* te *om. Z* 77. Meam plexari D^1*: corr.* D^2. Mea amplexari *C* PIST.] G *A. om. sine spatio CD cum reliquis* quid eo *BC et D post ras.* quid ego *ante rasuram D.* quidem *FZ* mi opus est *Hermannus Iahnii Annal. vol. XIX (a. 1837) p. 273, Ritschelius: cf. Proleg. Trin. p. CCLIX.* mihi opus est *BDF*. mihi opus *C*. opus est *Z* BA.] A *B. spat. om. CFZ* 78. Scio ego *Ritschelius, Reizius.* Scio *libri: cf. Beckerus Studemundi Stud. vol. I p. 258* quid *BC*. qđ *D*. quod *FZ* Et ego pol *Ritschelius: cf. Muellerus Nachtr. p. 104, Kellerhoffius p. 62* BA.] A *B* 79. Quid *om. Hermannus* eueniat *Camerarius.* ueniat *libri.* euenat *Hermannus Iahnii Annal. vol. XIX (a. 1837) p. 273: cf. Proleg. Trin. p. CCXII* desubito *extremo versu additum post* ueniat *inserendum indicat* B^2 80. aut] ut *C* cena *BCFZ*. caena *D* fieri inistis fieri *B* concilia bulis *D*. conciabulis *F* 81. Vbi ego tum accubam *superiori versui continuat B* accubem *Camerarius.* accubam B^2C. accumbam B^1. adcubiam *Z*. accubiam *DF* BA.] A *B. spat. om. CD* apud *ex* aput *C*. Aput B^1. Apud B^2 accubet *F*. accumbet *BCDZ*

BACCHIS

Ápud me, mi anime: ut lépidus cum lepida áccubet.
Lócus hic apud nos, quámuis subito uénias, semper líber est.
Vbi tu lepide uóles esse tibi, méa rosa, mihi dícito:
'Dáto qui bene sit'. égo ubi bene sit tíbi locum lepidúm dabo.

PISTOCLERVS

Rápidus fluuius ést hic: non hac témere transirí potest.

BACCHIS

Átque ecastor ápud hunc fluuium áliquid perdundúmst tibi.
Mánum da et sequere.

PISTOCLERVS

Ah mínume.

BACCHIS

Quid ita?

PISTOCLERVS

Quía istoc inlecebrósius
Fiéri nil potést: nox, mulier, uínum, homini adulescéntulo.

85. *Charis. p. 221, 11:* Temere pro facile Plautus in Bacchidibus: 'rapidus . . . potest' *Serv. Dan. ad Aen. IX 327:* Temere significat et facile. Plautus: magnus est hic . . . potest' *Cf. idem ad Aen. IX v. 373* 87. 88. *Charis. p. 202, 34:* Inlecebrosius Plautus in Bacchidibus: 'istoc . . . potest' *Donatus ad Adelph. III 4, 24:* Plautus in Bacchidibus: 'quia . . . adolescentulo'

82. aput B^1. apud B^2 83. tu lepide uoles esse tibi *libri.* uoles tu tibi esse lepide *Ritschelius coll. Proleg. Trin. p. CXLIX. CCXXVI sq.* tu bene uoles tibi esse *Hermannus Iahnii Annal. vol. XIX (a. 1837) p. 273.* uoles tibi esse lepide *idem edidit. De* ules *noli cogitare cum Kochio Nov. annal. vol. CI (a. 1870) p. 685* mea rosa, mihi dicito: *interpunxit Ritschelius recte: cf. Asin. 664.* mea rosa *ad verba* Dato *c. q. s. construit Lambinus* 84. PI. *praem. F* Da tu *Ritschelius: cf. Proleg. Trin. p. CCLXVII* quibenesit *D* sit. BA. ego *F* ubi bene sit *libri.* ubi sit *Ritschelius.* bene ubi sit *idem Opusc. vol. II p. 305* '*Licebat etiam, sed longius a libris:* Dá qui bene sit, ego bene ubi sit' *Ritschelius* 85. Rapidus fluuius est hic *libri cum Charisio et Servio Dan. posteriore loco.* Magnus est hic fluuius *Servius Dan. priore loco* non hac *corr.* D^3 *ex* non ac *(D^1)* transiri B^2CD^2. transire B^1D^1 86. BA.] A *B* castor *C* aput B^1. apud B^2 fluuiumst *et mox* perdundum *Ritschelius olim: cf. Proleg. Trin. p. CXCIV: Muellerus Pros. p. 549* hodie *vel* iam *vel* nunc *intercidisse suspicatur* perdundumst *B.* perdundum est *reliqui* 87. da consequere *FZ* ah *F.* aha *reliqui* minime *libri* BA.] A *B* istoc] hoc *cod. Canonic. Donati* inlecebrosius *B, Charisius e corr.* illecebrosius *CDF.* cerebrosius *cod. Canonic. Donati.* illecebrosus *Z* 88. nihil *libri: om. cod. Canonic. Donati* pote quam *Gertzius* adolescentulo *C*

BACCHIS

Age igitur: equidém pol nihili fácio nisi causá tua.
Ílle quidem hanc abdúcet: nullus tu ádfueris, si nón lubet.

PISTOCLERVS

Súmne autem nihilí, qui nequeam ingénio moderarí meo?

BACCHIS

Quíd est quod metuas?

PISTOCLERVS

Níhil est: nugae. múlier, tibi me emáncupo:
Túos sum, tibi dedo óperam.

BACCHIS

Lepidu's. núnc ego te facere hóc uolo:
Égo sorori meaé cenam hodie dáre uolo uiáticam:
Eó tibi argentúm iubebo iam íntus ecferrí foras:
Tú facito opsonátum nobis sít opulentum opsónium.

PISTOCLERVS

Égo opsonabo: nám id flagitium meúm sit, mea te grátia

95. *Charis. p. 201, 5:* Intus Plautus . . . in Bacchidibus: 'ego . . . foras'

89. BA.] A *B* *Ante* pol *spat. circ. 7 litt. B* nihil *Z* nisi causa tua *ad v. 90 construit Hermannus Iahnii Annal. vol. XIX (a. 1837) p. 274* 90. *Vac. spat. praem. D* nullus tu *Ritschelius.* tu nullus *libri.* tu nullum *Luchsius Comm. pros. I p. 1 ante Brixium Nov. annal. vol. CXXXI (a. 1885) p. 206: cf. tamen Abraham 'Wochenschrift für Philol.' a. 1885 p. 273.* nullus *Guyetus* 91. Summe *C* nichili *D* nequam *CF* 92. BA.] E *B: cf. Opusc. vol. II p. 299 et Anspachius p. 4* Quidē *C* PI. nihil est *Z.* nihil est G *B.* nihil est PIST *CDF* nugae *C.* nugę B^2. nuge B^1D. nunc ego *FZ* mulier *et o s.* m *vocativi causa B* emancupio *C* 93. Tuus *libri* BA.] A *B* lepidu's. nunc *Meursius.* lepidus nunc CB^1D^1*:* es *sup.* nunc *adscripserunt* B^2D^2. lepidus es nunc *FZ:* lepidus, nunc *Olsenus p. 31* ego facere te *Ritschelius.* te facere ego *Hermannus* 94. mee B^1. meę B^2 hodie cenam *Hermannus, Ritschelius: vide Proleg. Trin. p. CCLV* dare *B.* dari *reliqui* 95. Eo *Hermannus.* Ego *libri cum Charisio.* Ergo *Dousa* iubebo *Charisius, Pius.* iubeo *libri* iam] tam *Charisius.* nam *F* ecferri *D.* ec ferri *B.* et ferri *C.* efferri *FZ.* et ceteri *codex Charisii* 96. facito opsonatum nobis sit *B, Ritschelius Proleg. Trin. p. CCLV.* facito ñobis obsonatum s̊it *D.* facito nobis obsenatum sit *C.* facito sit nobis obsonatum *F.* facito sic nobis obsonatum *Z.* opsonatum facito nobis sit *Hermannus* opsonium *B.* obsonium *(*ob sonium *D) reliqui* 97. PI.] G *B. om. FZ: add. Saracenus* Ego opsonabo *B.* Ego obsanabo *C.* Ego obsonabo *DFZ.* Opsonabo ego *Ritschelius cum Guyeto* obsonabo. BA. Nae id *Hermannus Iahnii*

Ét operam dare mi ét ad eam operam fácere sumptum dé tuo.

BACCHIS

Át ego nolo dáre te quicquam.

PISTOCLERVS

Síne.

BACCHIS

Sino equidem, sí lubet.

Própera amabo.

PISTOCLERVS

Príus hic adero, quám te amare désinam.

SOROR

Béne me accipies áduenientem, méa soror.

BACCHIS

Quid ita, ópsecro?

SOROR

Quía piscatus meó quidem animo hic tíbi hodie euenít bonus.

BACCHIS

Méus ille quidemst. tíbi nunc operam dábo de Mnesilochó, soror,
Vt hic accipias pótius aurum quam hínc eas cum mílite.

---

100. *Donatus ad Eun. IV 2, 13:* Amare modo frui amore dicit. Plautus in Bacchidibus: 'prius . . . desinam'

Annal. vol. XIX (a. 1837) p. 275 meum sit *CDFZ.* sit meum *eraso* sit *post* meum *B.* sit *Lomanus Spec. crit. p. 46, Ritschelius* te gratia] tegram *C* 98. mihi *libri* adeam *D* facerere *Z* detuo *D* 99. BA.] A *B.* BA. *F.* PI. *Z. om. CD: cf. Hermannus loco modo commemorato* dare nolo dare *(prius* dare *lineola del. m. 2) B* quicquam. G sine A sino equidem *B.* quicquam *(spat.)* sine *(spat.)* sinoe quidem *C.* quicquam *(spat.)* sine *(spat.)* sinequidem *(o sup.* e *prior. scripsit* D^2, e *expunxit* D^3*)* *D.* quicquam sine. BA. sino quidem *FZ* 100. '*Interpretare: citius huc recurram quam nunc finem facio amplexui*' *Ritschelius* hic adero] adē p cod. *Canonic. Donati* 101. SO.] E *B* me accipies *Bentleius.* me accipis *libri.* me accepisti *Hermannus Iahnii Annal. vol. XIX (a. 1837) p. 276, Ritschelius Opusc. vol. II p. 306.* med accipis *Ritschelius cum Guyeto ediderat: cf. Proleg. Trin. p. CCLXXII. Alia temptat Roeper Philol. vol. XVIII (a. 1862) p. 240* BA.] A *B.* PI. *FZ. spat. CD* obsecro *libri* 102. SO.] E *B. om. FZ: add. Saracenus* animo *om. Z* 103. BA.] A *B. om. FZ: add. Angelius* ille quidē sť *CD.* ille quidem est *BF.* quidem ille est *Z, Hermannus. cf. Proleg. Trin. p. CCXXV* de mnesilo cho *(ch in litura)* soror *B.* demnesilo cho soror *D.* de mnesi lochosor *C.* de mnesiloco soror *Z* 104. hinc *FZ* Hic ut aurum accipias potius *edidit Ritschelius etiam* Vt tu hic potius aurum accipias *proponens: quas scripturas postea reiecit*

Soror

Cúpio.

Bacchis

Dabitur ópera. aqua calet: eámus hinc intro út laues.
Nám ut in naui uécta's, credo tímida's.

Soror

Aliquantúm, soror.
[Simul huic nescio qui turbare qui huc it: decedamus.]

Bacchis

Séquere hac igitur me íntro in pyelum, ut sédes lassitúdinem.

---

106. *Donatus ad Adelph. III 2, 7:* Timidum perturbatum . . . Sic Plautus in Bacchidibus: 'non ut mari timide' *(ita cod. Canonic.)* *Idem ad Phorm. II 1, 54:* Timidum perturbatum. Plautus: 'nam ut ex mari timida es' *Idem ad Eun. IV 2, 14:* Timida modo aegra, turbata, commota. Plautus: 'manum ex mari timide' *Idem ad Hec. III 1, 41:* Pauere et timere et ad corporis et ad animi perturbationem ueteres referebant. Plautus in Bacchidibus: 'nam ut ex mari timida ecce ergo' *(ita cod. Canonic.)*

---

105. SO.] E *B* BA.] A *B*. PI. *FZ* opera *(o ex* a*) B* *Post* opera *spat. D, pro quo* BA. *F* aqua calet *libri, nisi quod* kalet *B notabili scriptura et spat. post* calet *D*. calet aqua *Hermannus, Ritschelius. cf. Proleg. Trin. p. CCXXVII* eamus hinc kinc intro *B eraso* kinc *B* leues *Z* 106. *Totum v. post v. 107 iterant BC: cf. Parerg. p. 420* in naui *B(C)D*[2]. in nau *(B)*. naui *CD*[1]. e naui *FZ: cf. Donati testimonia et Ritschelium Opusc. vol. II p. 342* uecta's *Ritschelius.* uectes *C(C)D*. uecta es *BFZ* timida es *libri* SO.] E *B. om. (B)*
107. *Verba aut aliunde illata aut olim alio in conexu posita uncis circumdedit Ritschelius Opusc. vol. II p. 306: cf. Schneidewinus Philol. vol. V (a. 1850) p. 375 sq. et Ladewigius Philol. vol. XVII (a. 1861) p. 268* huic *BCD*. hic *FZ* quiturbarequi huc it decedamus *B*. qui turbare qui huc it decedamus *C*. qui turbare qui huc te decedamus *D*. quid turbae *(*turbe *F)* est *(om. F)* quin hinc decedamus *FZ* Simul hic nescio qui turbare coepit: decedamus hinc *Ritschelius: cf. Opusc. vol. II p. 356. 357 sqq.* Simul huic nescio quid turbarumst qui huc it: decedamus hinc *idem olim.* Simul hic nunc nescio qui turbat, qui huc it: quin decedimus *Hermannus edidit: cf. idem Iahnii Annal. vol. XIX (a. 1837) p. 276.* Simul hic nescio qui turbare uisust e. q. s. *Fritzschius Anal. Pl. p. 4.* Simul huic nescio cui turbare qui huc it decedamus. BA. Hui *Vahlenus Hermae vol. XV (a. 1880) p. 260*
108. BA.] A *B. om. FZ* kac *B*. hanc *C* me igitur *Kellerhoffius p. 84* meintro *D* in pyelum *Seyffertus coll. Stich. v. 568 Philol. vol. XXIX (a. 1870) p. 390.* in lectum *libri (in B praecedit rasura circ. 8 litt.).* lotum *Beckerus Quaest. de com. Rom. fab. p. 8, Ritschelius: pro quo Plautum* lauatum *dicturum fuisse docet Langenus p. 298.* in lectu *Vahlenus Hermae vol. XV (a. 1880) p. 260 cum sequentibus iungens*

ACTVS II

LYDVS. PISTOCLERVS

Lydvs

Iamdúdum, Pistoclére, tacitus té sequor
Exspéctans, quas tu rés hoc ornatú geras.
Namque íta me di ament, út Lycurgus míhi quidem

Act. I scaena 2 *'Actuum descriptionem secutus sum eam quam Mus. phil. IV p. 597 sqq. [= Opusc. vol. II p. 354 sqq.] explicavi: nisi quod, quem illic secundum actum feci, in duos esse dispertiendos intellexi: nec enim per breviculae scenae quae est a. v. 368 ad 384 intervallum fieri potuisse videtur, ut illa omnia Mnesilochus e Chrysalo resciseeret quae v. 390 sq. et 392 sq. sibi innotuisse testatur. Quo evenit ut sex actibus divisam fabulam non reformidandam putarem' Ritschelius: quem secutus sum nisi quod actus II et III cum Spengelio de actibus p. 36 rursus in unum coniunxi* *Enarravit hanc scaenam Schneidewinus Musei Rhen. vol. II (a. 1843) p. 415 sqq. Duplicis recensionis vestigia tractaverunt Brachmannus l. s. s. p. 115—123 et Anspachius l. s. s. p. 6—11, quorum ille duplicem constituebat recensionem, hic triplicem: utrique oblocutus est P. Weise l. s. s. p. 6—8: ego quid sentiam suo loco apparebit* LIDVS SERVVS·ET PISTOCLERVS ADOLESCENS *BCD, nisi quod* ET *om. B.* Lydus seruus. Pistoclerus adulescens *FZ*

109. LIDVS *prope constanter BCD* 110. Exspectans quas tu res *Weisius, Fritzschius ind. Rostoch. (a. 1846) p. 4, Bergkius Opusc. vol. I p. 130. 176.* Spectans quas tu res *libri, nisi quod* tures *B et* spectans *corr. ex* spectaris *expunctis* ri *et suprascripta* n D^2. Spectans quas tute res *Camerarius.* Inspectans quas tu res *Ritschelius, Hermannus* hoc] h *e* k *corr. B* *V. 111—127 exhibui ordine librorum servato: quos ita collocat Brachmannus: 113—117. 111. 112. 118—124, versus 125 sq. frustula alius recensionis esse suspicatus: contra tres recensiones Anspachius distinguit hasce: A: 111—120. 121. 124. 127. B: 111—120. 123. 122. 127. C: 111—112. 125. 126. 127. mihi duplicis recensionis vestigia incertiora esse videntur: nec probo, quod v. 125 et 126 olim post v. 112 transponebam Act. vol. VI p. 320, quos post 131 collocaverat Ladewigius Philol. vol. XVII (a. 1861) p. 269* 111. nanque *F.* nam *Z* diament *D.* dii ament *FZ* ligurgus *BCD*

Videtúr posse hic ád nequitiam addúcier.
Quo núnc capessis téd hinc aduorsá uia
Cum tánta pompa?

PISTOCLERVS

Húc.

LYDVS

Quid, huc? quis istíc habet?

PISTOCLERVS

Amór, Voluptas, Vénus, Venustas, Gaúdium,
Iocus, Lúdus, Sérmo, Suáuisauiátio.

LYDVS

Quid tíbi commercist cúm dis damnosíssumis?

PISTOCLERVS

Malí sunt homines quí bonis dicúnt male.
Tu dís nec recte dícis: non aequóm facis.

LYDVS

An déus est ullus Suáuisauiátio?

PISTOCLERVS

An nón putasti esse úmquam? o Lyde, es bárbarus,

---

112. hic] hisce *Ussingius* 113. ted *Guyetus*. te *libri*. tu te *Pylades* istinc *Umpfenbachius Mel. Pl. p. 29* aduersa *libri*. aliouersa *Ussingius*. auorsa *Brachmannus* 114. pompad *Guyetus, Ritschelius Nov. exc. Pl. p. 78*. pompa hac *Muellerus Pros. p. 503* huc] h *e* k *B* huc lidus. quid *CD*. Huc LY. Huc? quid *Hermannus* huc] h *e* k *B* habet̃ *B*. habitat *F* 115. Amor] A *ex* V B^2 116. Suauisauiatio *cum Hermanno Ritschelius:* suauis suauiacio *B* (u *del. m. 2)*. suauis sauiatio (sauiacio *D*) *CDFZ*. Suauisuauiatio *Ussingius coll. Pseud. v. 65 (A)*. Sauisauiatio *Bergkius Opusc. I p. 145* 117. lidus *quasi in contextu CD* commercist *B*. commercii est *CD*. commertii est *FZ* dis *BCD*. diis *FZ* dampnosissimis *D*. damnasissimus *C*. damnosissimis *BFZ* 118. bonis] deis *van Ijsendijk de Plauti Persa thes. III* 119. diis *F* nec recte dicis. non B^2CDF. non recte dicis. non B^1. nec dicis recte nec *FZ* aequum *C*. ęquum *DZ*. equum *BF* 120. lidus *quasi in contextu C* Suauisauiatio *Hermannus*. suauis suauiatio *BZ, nisi quod* u̱ *et* c *pro* t *B*. suauis sauiatio *DF*. suauis sauitio *C*. Suauisuauiatio *Ussingius: cf. v. 116* 121. putasti esse umquam (unquam *DF*. nunquam *Z*)? o *libri, quod defendi fortasse potest: si non potest, cum Bergkio Opusc. I p. 145* putasti esse umquem *scribam*. putasti esse? hem quam, o *Ritschelius*. putasti esse? nimium quam o *Gruterus*. putasti? est inquam. o *Hermannus, Fleckeisenus* (putas) *praef. Bacch. p. XII*. esse eum? quam o *Sigismundus de Haud p. 233* lide *BCDZ, nisi quod* olide *iungunt CZ* es *ex* ẽs *C*

Quem ego sápere nimio cénsui plus quám Thalem.
I, stúltior es bárbaro potício,
Qui tántus natu deórum nescis nómina.

LYDVS

Non híc placet mi ornátus.

PISTOCLERVS

Nemo ergó tibi
Hoc ádparauit: míhi paratumst quoí placet.

LYDVS

Etiám me aduorsus éxordire argútias?
Qui sí decem habeas línguas, mutum esse áddecet.

PISTOCLERVS

Non ómnis aetas, Lýde, ludo cónuenit.

---

123. *Festus Pauli p. 216:* Putitium Plautus dicit pro stulto *Apud Festum ignem effugerunt haec:* tior est barbaro*: quae melius quam O. Muellerus sic supplet Merklinus (Observ. p. 8):* Putitium Plautus in Bacchidibus rettulit pro stulto quom ait: 'is stultior est barbaro Putitio'. *Cf. Leidolphus de Festi et Pauli locis Pl. p. 247 et Buechelerus Mus. Rhen. vol. XXXVII (a. 1882) p. 530*

V. 122—124 hoc ordine collocat Bergkius l. s. s.: 124. 122. 123
122. ego *om. Hermannus* talem *C* 123. i *in litura B.* is *CDFZ* stultior es *BCDF, Ritschelius Proleg. Trin. p. CLXXV.* stultior est *Z.* stultior tu es *Hermannus.* tior est *apparent in Festi codice: quibus usus est Bergkius l. s. s.* is stultior est *scribens* barbare *DZ* poticio *vindicavit Buechelerus Mus. Rhen. vol. XXXVII (a. 1882) p. 530.* poticio *BCF, codd. Pyladis.* poticio *(ci s. v. m. 2) D.* putitio *legisse videtur Paulus.* Poticio *Ritschelius* 124. natu *in ras., in qua* deorum *fuit, B* *De v. 125 sq. cf. quae adnotavi v. 111—127* 125. hic] h *e* k *corr. B*[2] mihi *BC* 126. hoc *Z, Guyetus.* Haec *BC.* hec *DF.* Hunc *Bothius* apparauit *libri* Noenu ergo *(vel* ego*)* tibi *(vel* Non corgo tibi*)* haec apparaui *margini adscripsit Bergkius: cf. Opusc. I p. 674* michi *D* paratum est *libri.* paratust *Bothius* quoi *B.* cui *reliqui* licet *C* 127. me aduorsus *B*[2]*D*[2]. meaduorsus *B*[1]. me aduersus *CD*[1]*FZ.* med aduorsum *edidit Ritschelius, improbat Nov. exc. p. 44* argucias *B* 128. Qui si] quasi *F.* Quoi si *Bothius*
V. 129—169 triplicis recensionis esse vult Anspachius p. 11 sic discribendos: A. 129—136. 145—147. 151. 152. 148. 150. 161. 162. 163—165. 168. 169. B. 137—144. 145—147. 151. 153—158. 159. 160. 168. 169. C. 129—136. 145. 149. 161. 162. 166—169. duas recensiones agnoverat Brachmannus: 129—131. 163—165. 134. 135 = 129—131. 132. 133. 134. 135 et paulo post 147. 152. 148. 149. 153—160. 168. 169 = 147. 150. 151 (lacuna unius versus). 161. 162. 166—169. contra quos disputat Paulus Weise l. s. s. reliquorum sententiae suo loco commemorabuntur 129. ętas *C* lide *BCD*

Magis únum in mentemst míhi nunc, satis ut cómmode
Pro dígnitate opsóni haec concurét coquos.

LYDVS

Iam pérdidisti te átque me atque operám meam,
Qui tíbi nequiquam saépe monstrauí bene.

PISTOCLERVS

Ibidem égo meam operam pérdidi, ubi tú tuam:
Tua dísciplina néc mihi prodest néc tibi.

LYDVS

O praéligatum péctus.

PISTOCLERVS

Odiosús mihi's:
Tace átque sequere, Lýde, me.

LYDVS

Illuc sís uide:
Non paédagogum iám me, sed Lydúm uocat.

PISTOCLERVS

Non pár uidetur néque sit consentáneum,
Quom haec íntus sint et quóm erus cum amica áccubet

---

134. *Charis. p. 201. 23:* Ibidem Plautus in Bacchidibus: 'ibidem . . . tuam'

---

130. in mentemst *Ritschelius in adnotatione, Fleckeisenus praef. Bacch. p. XII.* in mentest *B, Ritschelius.* in mente est *D*[2]*CFZ.* in mente *D*[1] *Post* mentest *rasura circ. 7 litt. in B* 131. opsonii *B.* obsonii *CDFZ* hoc *Bothius* concurret *F* cocus *BCDF.* coquus *Z* 133. nequiquam *BCD.* nequicquam *FZ* sepe *BCDF* monstrauit *C* *Interrogationis signum ponit Ussingius* 134. ego meam operam perdidi ubi *B cum Charisio.* meam operam perdidi ubi *CDFZ.* meam operam perdidi ego, ubi *Ritschelius.* meam operam perdidi cubi *idem Opusc. vol. III p. 137 duce Bergkio Beitr. p. 119. hiatum excusant Lachmannus in Lucr. p. 387 et Luchsius Studemundi Stud. vol. I p. 23, vix recte* 135. nec tibi *BZ.* neque tibi *reliqui*
136. prȩligatum *B* (p *ex* p *rasura facta corr.).* preligatum *CDF.* perligatum *Z* mihi es *libri* 137. ac *FZ* lide *BCD* sise *corr. in* sis *B.* scis *Z* 138. pedagogum *libri* lidum *BCD* 139. uidere *Z* 140. Quom haec intus sint *scripsi.* Cum haec intus sit *B.* Cum haec intus intus sit *CD, nisi quod* hec *D.* Cum hic intus sit *FZ, Ritschelius coll. Proleg. Trin. p. CLXXXII.* Cum herus hic intus sit *Pylade duce Camerarius.* Cum hic intus erus sit *Muellerus Nachtr. p. 87 cum Ritschelio Nov. exc. p. 69.* Quom ephebus intus sit *Vahlenus Hermae vol. XV (a. 1880) p. 259.* Quom erus in conuentu

Quomque ósculetur ét conuiuae alii áccubent,
Praeséns ibi paedagógus una ut ádsiet.

LYDVS

An hóc ad eas res ópsonatumst, ópsecro?

PISTOCLERVS

Sperát quidem animus: quo éueniat dis ín manust.

LYDVS

Tu amícam habebis?

PISTOCLERVS

Quóm uidebis, túm scies.

LYDVS

Immó neque habebis néque sinam: i cursím domum.

PISTOCLERVS

Omítte, Lyde, ac cáue malo.

LYDVS

Quid, cáue malo?

---

sit *Ussingius.* Quom hic ipsus intus siet *Bothius.* Quom haece intus assint *Hermannus* et quom erus cum *scripsi.* et cum *libri* et una cum amica *Ritschelius.* et cum amica una *Muellerus l. l. s.* et cum amicad *vel* et cum sua amica *Ritschelius Nov. exc. p. 69.* et erus cum amica *Hermannus* accumbet *B* Quom cenet intus et cum amica amans cubet *Palmerus Hermath. vol. IV (a. 1881) p. 137* 141. cumque *BCD.* cunque *FZ.* et] et cum *F* conuiue *BF* 142. Praesens ibi paedagogus una *scripsi.* Praesentibus (presentibus *BF*) illis paedagogus (pedagogus *BCD*) una (unam *D*) *libri.* Praesens ibi illis paedagogus *Lindemannus Iahnii Annal. vol. XIX (a. 1837) p. 140.* Praesente una illis paedagogus *Hermannus Bothio duce.* Praesente ibus una paedagogus *Ritschelius cum Scaligero et Guyeto* (iis *pro* ibus): *cf. Spengelius ad Truc. I 2, 14* (praesente una ībus) *et Dziatzko Zeitschr. für roman. Philol. vol. VII p. 127.* Praesens ibi ullus paedagogus *Ussingius.* Praesentibus illis paedagogus *Frid. Schmidt de demonstr. pron. form. p. 68 et Vahlenus l. v. 140 indicato.* Praesens simitu paedagogus *Muellerus Nachtr. p. 87* ut adsiet *scripsi.* ut siet (sicet *D*) *libri.* ut sies *Lorenzius in Bursiani Annal. 1874/5 p. 663* 143. opsonatum st *B.* obsonatum est *reliqui.* est opsonatum *Hermannus.* obsonatumst *etiam Bentleius in Andr. II 6, 20* 144. PI.] *om. D (initio versus)* euenat *Bothius, Ritschelius* diis *BFZ* manu st *B.* manu est *reliqui* 145. PISTOCLERVS Habebis *ab initio versus D* quom *F.* cum *reliqui* tum *CDFZ.* tunc *B* 146. nec sinam *Z* i cursim *scripsi.* iturus sum *libri: in quo latere* i tu rursum ('*immo* russum' *Ritschelius*) *putat Scriverius.* ituru's *Bothius.* i rusum *Ritschelius.* intus te in *vel* te intus *idem olim.* i mecum *aptius esse annotat Ussingius* 147. LY. *om. C* lide *BCD* accaue *D.* aut caue *Teuffelius Mus. Rhen. vol. XXX (a. 1875) p. 317* LID D^2: *om.* D^1

O bárathrum, ubi nunc es? út ego te usurpém lubens.
[Videó nimio iam múlto plus quam uólueram.]
Vixísse nimio sátiust iam quam uíuere.
Magístron quemquam díscipulum minitárier?

PISTOCLERVS

Iam excéssit mi aetas éx magisterio tuó.

LYDVS

Nil móror discipulos míhi esse plenos sánguinis:
Valéns adflictat mé uaciuom uírium.

PISTOCLERVS

Fiam, út ego opinor, Hércules, tu autém Linus.

LYDVS

Pol métuo magis, ne Phoénix tuis factís fuam
Teque ád patrem esse mórtuom renúntiem.

PISTOCLERVS

Satis hístoriarumst.

---

148. *Praecedit in libris v. 152, quem conferas* baratrum *libri* ubi es nunc *Hermannus, Ritschelius* 149. Video nimio iam *libri.* Viuo nimio iam *Scaliger.* Video iam nimio *Ritschelius Proleg. Trin. p. CCXXIII.* Viuo nimio iam *idem edidit.* Iam uideo nimio *Hermannus. Versum parallelum esse sequenti voluit Teuffelius Mus. Rhen. vol. XXX (a. 1875) p. 318: uncis inclusit Ritschelius. certe una cum sequenti ferri non potest* 150. sacius est *BC.* saciuus est *D.* saciuus est *D*². satius est *FZ* 151. magistrum *Z* quenque *Z.* quãquã *F* 152. *Hic collocavit Ritschelius, qui in libris legitur post v. 147: post v. 138 parum apte inseruit Bothius: de Acidalio vide ad v. 166—169* mihi *libri* ętas *CD* magisterio *BCD.* magistratu *FZ* 153. nichil *D.* nihil *reliqui* moror (mor *D.* morũ *C) libri.* moro *Ritschelius edidit* mihi esse *Ritschelius.* mihi esse iam *libri* Nil mihi moror discipulos plenos s. *Hermannus, quibus* Nil iam moror *praestare dicit Ritschelius in adn.: cf. Langenus p. 63. Trochaicum septenarium e tragoedia petitum agnoscere sibi visus Bothius: ut spurium expungi Guyetus iubebat: quem si sequeris, v. 152 et 154 simul damnandi* 154. calens *FZ* aflictat *B.* afflictat *CFZ.* afflictat *ex* afflectat *D.* afflictat *def. Fritzsche Anal. Pl. p. 5, Ussingius, sed diversa ratione.* afflictet *Acidalius, Ritschelius, Bentleius in Heautont. I 1, 38* uaciuom *B.* uacuum *(et* u *s.* u *2 D*²*) CDFZ.* uociuom *Fleckeisenus: cf. Ritschelius Nov. exc. p. 59* uirum *D*¹ *(corr. D*²*) F* 155. Fiam ut ego *B.* fiam utet ego *D*³. fia mutet ego *CD*¹. Eia *(*Eya *F)* nunc esse ego *FZ, Vaticani Lipsii Ant. lect. II 7.* Fiam ego, ut *Acidalius* ercules *CD.* ercules *B* lynus *F* 156. fuam *BD*²*F.* suam *CD*¹. fiam *Z* 157. mortuum *B.* mortuum *CDZ* renunciem *DZ* 158. historiarum st *B.* historiarum est *CFZ.* istoriarum est *D* LY.] *om. Z* uereri (ri *s. v.) B*

LYDVS

Híc uereri pérdidit:
(Compéndium edepol haúd aetati optábile
Fecísti, quom istanc náctu's inpudéntiam.)
Occísus hic homost. écquid in mentémst tibi
Patrém tibi esse?

PISTOCLERVS

Tíbi ego an tu mihi séruos es?

LYDVS

Peiór magister te ístaec docuit, nón ego.
Nimio és tu ad istas rés discipulus dócilior
Quam ad ílla quae te docui, ubi operam pérdidi.
Edepól fecisti fúrtum in aetatém malum,

---

164. *Charis. p. 208, 5*: Nimio pro nimis . . . Plautus in Bacchidibus: 'nimio dociliter'

V. 159—162 edidi eo ordine quo libri exhibent; eosdem ita transponit Ritschelius 161. 162. 159. 160: cf. quae dicam ad v. 166—169
159. compedium *BCD*. ł cõpendiũ B^2 *in marg.* haud B^2DFZ. haut B^1. aut *C* ętati *CD* aetati haud *Sigismundus de Haud p. 255*
160. cum *libri* nactus inpudenciam *B ex rasura.* inpudentiamactus inpudenciam *B ante rasuram.* nactus inpudentiam *CD*. nactus es impudentiam *FZ*. nactus inp. *def. Olsenus p. 17* 161. Occisus] *cf. v. 485* homo est *libri (*h e k *corr. B)* et quid *C* mentem est *B*. mente est *reliqui* 162. an tu *(*antu *CD) CDFZ*. aut tu *B* seruus *libri* es *om.* B^1*: add.* B^2 163. istec *FZ*. ista ec *D*. ista et *C* 164. Nimio dociliter *Charisius omissis reliquis* testu *ras. corr. in* estu *B* discipulis D^1. discipulus *supra scr.* u *corr.* D^2
165. que *CDF* *V. 166—169 eo ordine posuit Ritschelius quo hos quattuor versus post v. 175 iterat B (ubi tamen lineolis subductis eos delendos esse indicat* B^2*): nam hoc quidem loco sic illi se excipiunt in BCDFZ: 168. 169. 166. 167. ceterum transpositionibus quibusdam opus esse in hac scaena Acidalius senserat, qui hunc ordinem commendabat: 147. 148—151. 153—158. 159. 160. 166—168. 152. 161. 162. 163—165. 169. atque vix ferri posse v. 166—167 una cum v. 159. 160 perspexerunt Teuffelius Mus. Rhen. vol. XXX (a. 1875) p. 318 et Seyffertus Stud. Pl. p. 10, qui v. 166—167 una cum sequentibus duobus a diasceuasta breviandi studio in locum v. 158. 161—165. 168. 169 esse substitutos suspicatus est: contra Langenus Anal. Pl. I p. 11 sqq. v. 159. 160 propter* compendium *et* nactus *vix esse Plautinos demonstravit Plautique hos esse versus statuit: 158. 166. 167. 168. 169, ex parte Brachmannum secutus: cuius sententiam una cum Anspachii supra adscripsi. mihi versus 159. 160 excludendi, reliqui ferri posse videntur* 166. furtum *B(B)CD (ex* fustum*) Z*. fustum *F* in aetatem *CD (ex* aetatum*)*. inetatem *(B)*. in aetate *B*. aetati *Z*. in archectum *F* malus *(B)*

Quom istaéc flagitia mé celauisti ét patrem.

PISTOCLERVS

Istáctenus tibi, Lýde, libertás datast
Orátionis: sátis est. sequere hac me ác tace.

CHRYSALVS

Erílis patria sálue, quam ego biénnio
Postquam hínc in Ephesum ábii conspició lubens.
Salúto te, uicíne Apollo, qui aédibus
Propínquos nostris áccolis, ueneróque te,
Ne Nícobulum mé sinas nostrúm senem
Prius cónuenire quám sodalem uíderim
Mnesílochi Pistoclérum, quem ad epístulam
Mnesílochus misit súper amica Bácchide.

---

167. Qum *(B)*. Cum *B cum reliquis* istec *CDF* cela . . . isti *(cum rasura)* D^1*: unde* celauisti *suprascripta* u D^2 168. Istec tenus *(B)*. Ista hactenus *F* tibi lide *(ex* idid*)* libertas data st *B*. tibi lyde libertas datast *F et, nisi quod* data est, *Z*. tibi lida et libertas data st *(B)*. tibi id delibtas dataẽ *D, unde* datast D^2 s *supra scripta*. ubi id delibertas data est *C* 169. est. Orationis satis est *iungebatur ante Beroaldum et rursus ante Meursium* hac me ac *Bothius*. me hac ac *BCD*. me kac ac *(B)*. me ac *FZ* seque me hac ac *Kochius Mus. Rhen. vol. XXV (a. 1870) p. 617*. sequere me ac *cum Hermanno Ussingius*

Act. II scaena 1 CHRYSALVS SERVVS *BCFZ. om.* D^1. CRISALVS SERVVS D^2 170. ego *om. Hermannus* 171. Posteaquam *Ritschelius: at vide Opusc. vol. II p. 547* ephesum *Z*. efesum *CD*. effesum *B*. ephebum *F*. Épheson *Bentleius* Post hinc in Ephesum quam *Muellerus Pros. p. 696*. Postquam hinc in Ephesum ego *Hermannus. cf. Koenig Quaest. Pl. (ed. a. 1883) p. 2* abiui *Reizius* lumbens *C* 172. Salutote *D* apolle *C* qui edibus *BCF*. quiedibus *D* 173. Propinquus BD^2Z. Propinquis CD^1F accollis *C* ueneroque *CDZ*, *'cod. prisci' Pii*. uenerorque *F et ex* ueneroque *suprascr.* r *B* 174. Ne nicobolum *FZ*. Nenicobolum *D* mesinas *D* 175. conuenire (en *ex* in) *B* *Post h. v. redeunt v. 166—169 in B* 176. Mnesilohi *B* epistolam *libri* 177. Nesilockus B^1. MNesilockus B^2. mnesilochis *C* bachide *BCD constanter*

PISTOCLERVS. CHRYSALVS

PISTOCLERVS

Mirúmst me, ut redeam, te ópere tanto quaésere,
Qui abíre hinc nullo pácto possim, sí uelim:
Ita mé uadatum amóre uinctumque ádtines.

CHRYSALVS

Pro di ínmortales, Pístoclerum cónspicor.
O Pístoclere, sálue.

PISTOCLERVS

Salue, Chrýsale.

CHRYSALVS

Compéndi uerba múlta iam faciám tibi.
Veníre tu me gaúdes: ego credó tibi.
Hospítium et cenam póllicere, ut cónueuit,
Peregre áduenienti: ego aútem uenturum ádnuo.
Salútem tibi ab sodáli solidam núntio.
Rogábis me, ubi sit: uíuit.

PISTOCLERVS

Nempe recté ualet?

---

185. *Charis. p. 212, 18:* Peregre . . . Plautus . . . in Bacchidibus: 'caenam peregre aduenienti'

Act. II scaena 2 PISTOCLERVS ADOLESCENS CHRISALVS SERVVS BCD^2F, *nisi quod* CHRYSALVS *C. om.* D^1. Pistoclerus adolescens. Charinus seruus *Z* 178. PIST.] *om.* CD^1. *add.* D^2 Mirun st *B*. Mirum ẽst *C*. Mirum est *reliqui* quesere *BC*. quefere D^1. querere D^3FZ 179. kinc *B ante ras.* 180. uictumque *F* attines *Z* 181. CH.] *om. C* Proh *Z et ex* pro D^3 dii *FZ* immortales *B* 182. Opisto dere *C* PISTOCLER͠ *in ras. D* chrisale (h *s. v.*) *D*. chrisale *ex* chrisele *B* 183. Compendii *BC*. Compendio *DFZ* 184. Venire tu(tu *s. v. add. m. 2*)me *B*. Venire tume *C*. ueni tu me *Z*. uenisse tu me '*prisca exemplaria*' *Pii* 185. Hospicium *BD* caenam *Charisius* pollicẽ *F* ut c̃uenit D^1, *ubi super* c̃ *scr.* cõ D^3 186. *Cf. Charisii testim.* Pregre *B* adnuo *BCZ. idem ex* adno *suprascr.* u *D*. annuo *F* 187. ab sodali *libri.* sodalis *cum Hermanno Ritschelius* nuncio *DZ* 188. me ubi sit. uiuit PI. Nempe recte ualet *BDFZ*. me sed uiuit. Pistoclerus. nempe recte ualet *C*. me ubi sit? PIST. Viuitne et recte ualet? *Gulielmius c. 4, Langenus p. 131.* me ubi sit? uenit. PI. Viuitne et ualet *Ritschelius coll. v. 246 et vv. 191. Trin. 52. 773. 1075.* me ubi sit? uenit. PI. Nempe r. u. *Fleckeisenus.* me ubi sit? uiuit. PI. Num recte ualet *Scaliger et, nisi quod* num et, *Pareus ed. tert. idem Bentleius, qui tamen altero loco* recte *delet.* me ubi sit PI. nempe uiuit et ualet? *Fritzschius Anal. Pl. (a. 1846) p. 4*

CHRYSALVS

Istúc uolebam ego éx te percontárier.

PISTOCLERVS

Qui scíre possum?

CHRYSALVS

Núllus plus.

PISTOCLERVS

Quemnam ád modum?

CHRYSALVS

Quia, sí illa inuentast quám ille amat, recté ualet.
[Si nón inuenta est, mínus ualet moribúndusque est.]
Animást amica amánti: si abest, núllus est.
Si adést, res nulla est, ípsus est, nequam ét miser.
Sed tú quid factitásti mandatís super?

PISTOCLERVS

Egon út, quod ab illoc áttigisset núntius,
Non ínpetratum id adueniénti ei rédderem?
Regiónes colere máuellem Accherúnticas.

CHRYSALVS

Eho, an ínuenisti Bácchidem?

189. percunctarier *B* 190. Quem nam ad modum *B.* quemadmodum *Z* 191. Quia *ex* Qui *(a s. v.)* *B* inuenta est *libri* quam ille amat, recte ualet *Bothius.* quam ille amat uiuit recte et ualet *libri, nisi quod* uit *ante* uiuit *B,* et recte *pro* recte et *Z,* et *autem om. D.* quam amat, uiuit et ualet *Bentleius in Heautont. II 3, 3, Ritschelius.* quam ille amat, uiuit, ualet *Ritschelius olim* 192. *Versum uncis circumdedit cum Hermanno Ritschelius* nimis *Z* moribundus est *Camerarius, Bentleius* Si minus inuentast, non ualet, moribundus est *Fritzschius Anal. Pl. p. 5 (cf. comm. a. 1846 ed. p. 4)* *V. 193—194 damnat Anspachius p. 12* 193. Anima st *B.* anima est *reliqui, sed tantum sup. scr. D* amanti amica *posuit Bentleius* ab est *B* 194. *Versum damnat Ribbeckius praef. Stich. p. 18* ad est *B* res nulla st *B.* res nulla est *CDF, codd. Pyladis.* res: nullus est *Z* ipsius *C* est, nequam *dixtinxit Hermannus.* est nequam *vulgo.* '*nisi forte integer versus excidit inter* est *et* nequam' *Ritschelius* 196. Egonut *(n s. v.)* *B* quid *Z* illoc attigisset *Ritschelius.* illo attigisset *libri.* illo attulisset '*alibi*' *scribi narrat Pius.* illo me attigisset *Hermannus.* illod attigisset *dubitanter Ritschelius cum Guyeto Nov. exc. p. 67* nuncius *DZ*
197. impetratum *libri* ei *om. Z* 198. regione scolere D^1*: corr.* D^3. religiones colere *F* mauelle colere mauellem *B (lineolam add.* B^2*)* collere *Z.* coleres *Dousa Expl. II 21* mauellem me *errore Bentleius* acheruntic as B^2 *ex* achaeruntic as *(*B^1*).* acheruntic as *CDZ.* acheruntidas *F* 199. 200. Eho *extra versum posuit cum Hermanno*

PISTOCLERVS

Samiám quidem.

CHRYSALVS

Vide quaéso ne quis tráctet illam indíligens:
Scis tu út confringi uás cito Samiúm solet.

PISTOCLERVS

Iamne út soles?

CHRYSALVS

Dic úbi ea nunc est, ópsecro,

PISTOCLERVS

Hic, éxeuntem me únde aspexistí modo.

CHRYSALVS

Vt istúc est lepidum: próxumae uicíniae
Habitát. ecquidnam méminit Mnesilochí?

PISTOCLERVS

Rogas?
Immo únice unum plúrumi pendít.

CHRYSALVS

Papae.

PISTOCLERVS

Immo út eam credis? mísera amans desíderat.

---

205. *Charis. p. 223, 11:* Viciniae . . . Plautus in Bacchidibus: 'proxime uiciniae' 207. *Charis. p. 223, 3:* Vnice Plautus in Bacchidibus: 'immo . . . pendit'

Ritschelius. Eo *Z* bachidem *libri* Et Samiam *Ritschelius et in edit. et Opusc. vol. II p. 314* 201. queso *BCDF* nequis *BD* indiligens *ex* indiliens *sup. scr.* g *B.* indilligens *Z* 202. Scis tu ut *libri, nisi quod inter* tu *et* ut *una littera erasa est in B.* Scin tu *vel* Scito *vel* Scis tu *Beckerus Studemundi Stud. vol. I p. 254* confringi|||| *B* uas] u *e corr. B.* uos *C: unde man. rec.* uas 203. *Post* ubi *ras. circ. 5 litt. B* obsecro *libri* 204. *Post* hic *ras. circ. 4 litt. B* inde *Z* de aspexisti *omnia e corr. ex rasura, in qua ultimae litterae* do *fuerunt B* aspexi *F* 205. proximae uicinię *B, nisi quod inter utramque vocem aliquid erasum est: cf. Buechelerus de decl.*[2] *p. 118.* proximę uicinę *D.* proxime uiciniae *C, Charisius, Ritschelius.* proxume uicine *F.* proxime uicine *Z* 206. ecquidnam *Pius.* et quid nam *B.* et qđ nam *C.* et quidnam *DFZ* Mnesilochi *ex* Mnesilochum *D* rogitas *B* 207. prurimi B^1. plurimi B^2 *cum reliquis.* plurimique *Charisius* pape *BCF* 208. eam *Acidalius in Curcul. c. 1 p. 106.* eum *libri, Fritzschius Anal. Pl. (a. 1846) p 4* credis] i *facta ex* o *D* misera B^1*CDFZ, Seyffertus Stud. Pl. p. 8.* miserae B^2. misere *cum Acidalio Ritschelius*

CHRYSALVS

Scitum ístuc.

PISTOCLERVS

Immo, Chrýsale, em non tántulum
Vmquam íntermittit témpus quin eum nóminet.

CHRYSALVS

Tanto hércle melior.

PISTOCLERVS

Ímmo

CHRYSALVS

Immo hercle ábiero
Potiús.

PISTOCLERVS

Num inuitus rém bene gestam audís eri?

CHRYSALVS

Non rés, sed actor míhi cor odio saúciat.
Etiam Épidicum, quam ego fábulam aeque ac me ípsum amo,
Nullam aéque inuitus spécto, si agit Péllio.
Sed Bácchis etiam fórtis tibi uisást?

PISTOCLERVS

Rogas?
Ni nánctus Venerem essem, hánc Iunonem dícerem.

CHRYSALVS

Edepól, Mnesiloche, ut rém natam esse intéllego,

---

209. scitum] dictum *FZ*. fictum *Dissaldeus. fuisse cum in mentem veniret* Scin tu istuc *annotat Ritschelius* chrisale *e corr. post ras. B.* chrisale *CD* em *Ribbeckius de partic. p. 31 cum Brixio.* hem *libri.* en *Ritschelius* Chrysale. Ch. Hem. Pi. Non *Bothius* tantullum *F.* tantillum *Z* 210. Vnquam *D* inter mittit *BD* 211. ercle *utroque loco BD* melior *suadente Bothio Hermannus, Bentleius.* melior bachis *libri* hercle *om. Pylades.* hercle ego *Hermannus* abiuero *vel* abscessero *vel* hinc abiero *Muellerus Pros. p. 645* 212. gestam at audis *B* 213. res *Bothius.* erus *BCD.* herus *FZ* s; *D* michi *D* odio sauciat *D*². odios auciat *D*¹ *In* sauciat *paenultima littera e corr. B* 214. eque *BCDF* 215. nulla *Z* eque *BCD.* ego *F* agit *(g s. v.) D* Pellio *BCD, Bentleius in Heautont. prol. 13: cf. Studemundus comm. in honorem Th. Mommseni edit. p. 800.* pelio *Z.* Pollio *Gulielmio duce Bothius, Ritschelius Parerg. p. 392* 216. bachis *libri* etiam etiam *B, ubi prius* etiam *del. m. 2* uisa st *B.* uisa est *reliqui* 217. nanctus *B.* nanctus *CD.* nactus *FZ* esse *Z* dicerem *libri: cf. Teuffelius Mus. Rhen. vol. XXX (a. 1875) p. 319.* ducerem *('veterem lectionem' Pii) Lipsius, Ritschelius* 218. mnesilokhe *B* rem natam esse *C. E. Schneiderus teste Ritschelio, Fritzschius Anal. Pl. (a. 1846) p. 4,*

Quod amés paratumst: quód des inuentóst opus.
Nam istíc fortasse auróst opus.

PISTOCLERVS

Philippó quidem.

CHRYSALVS

Atque eó fortasse iám opust.

PISTOCLERVS

Immo etiám prius:
Nam iam húc adueniet míles

CHRYSALVS

Et milés quidem.

PISTOCLERVS

Qui de ámittenda Bácchide aurum hic éxigit.

CHRYSALVS

Aduéniat quando uólt, atque ita ne sít morae.
Domíst: non metuo míhi nec quoiquam súpplico,

---

221. *Charis. p. 210, 13:* Prius pro melius ... Plautus in Bacchidibus: 'fortasse ... prius'

Muellerus Pros. p. 300. hanc rem natam esse *libri.* rem hanc natam esse *Pylades, Ritschelius.* hanc rem natam *Bentleius in Adelph. III 1, 18.* rém esse hanc natam *Ritschelius Prol. Trin. p. CXIII* intelligo *Z* 219. paratun st *B.* paratum est *reliqui* des *e corr. post ras. et cum rasura post* des *B: qua re ad* duis *formam commendandam abusus est Kochius Emend. Pl. p. 7* inuento st *B.* inuento est *reliqui* 220. istic *FZ.* istoc *(*o *ex* u *D) BCD* fortasse auro est opus *FZ.* fortasse aurum est opus *BCD, ubi* aurost opus *Ritschelius Proleg. Trin. p. CCLIII.* f. auro opus est *Camerarius.* f. opus auro est *Bothius.* fortassis auro opust *Brugmannus p. 20* Philippo *Brugmannus, Langenus p. 86.* Philippeo *FZ, Ritschelius.* Filippèo *BCD* 221. Chr.] *om. F* iam opust *Ritschelius olim et Proleg. Trin. p. CCLIX. CCCXXV.* iam opus est *libri cum Charisio* PI.] CH. *F* 222. PI. *praef. F* et miles *om. Z*
et miles quidem, *quae Pistoclero continuant libri (nisi quod* equidem *F), Chrysalo tribuit Gulielmius c. 4 et interrogandi nota addita Bentleius in Heaut. III 3, 44* 223. *De pers. cf. 222* amittenda C^1*: inde* admittenda *manus recentior.* admittenda *Z* hinc exiget *Bothius.* hoc exigit *Ussingius* 224. Adueniat *Hermannus.* Veniat *libri. cf. Proleg. Trin. p. CCXXII* uult *libri* Quando uolt ueniat *Guyetus* ne *Hermannus.* ne mihi *(fortasse e proximo v. ortum) BCDF.* ne sibi *Z* Veniat quando ita uolt atque ne mihi *Fritzschius Anal. Pl. p. 5* morȩ *C.* more *D* 225. Domi st *B.* domi est *reliqui* metuo mihi *Ritschelius Proleg. Trin. CLXXII.* metuo *cum trium litt. ante* nec *ras. B.* metuo *reliqui.* metuo quid *Fritzschius l. s. s.* nec quoiquam *B.* nec cuiquam *reliqui.* neque ego quoiquam *Bothius.* nec quoiquam homini *Ritschelius olim* subplico *D*

Dum quídem hoc ualebit péctus perfidiá meum.
Abi íntro: ego hic curábo. tu intus dícito
Mnesílochum adesse Bácchidi.

PISTOCLERVS

Faciam út iubes.

CHRYSALVS

Negótium hoc ad me áttinet aurarium.
Mille ét ducentos Phílippum attulimus aúreos
Ephesó, quos hospes débuit nostró seni:
Inde égo hodie aliquam máchinabor máchinam,
Vt aúrum eficiam amánti eríli fílio.
Sed fóris concrepuit nóstra: quinam exít foras?

NICOBVLVS. CHRYSALVS

NICOBVLVS

Ibo ín Piraeum: uísam eo ecquae aduénerit
In pórtum ex Epheso náuis mercatória.

226. hoc *om. Hermannus: vide Proleg. Trin. p. CCCXXVII* pectus pectus *C* 227. abintro *C* dicito *BCD.* dicito nunc *FZ: unde* nuncia *Scaliger* 228. mnesilochum *(*mne *ex* nunc *ut vid. et sup.* esi *script. et eras.* mnes*) D.* mnesilochum *ex ras. pro* mnesilockum *B* ad esse *BD* 229. negocium *FZ* ad me hoc *Ritschelius* adtinet aurarium *CD.* attinet aurarium *BFZ: defensum Proleg. Trin. p. CLXXXIV.* attinet. aurariam, *Hermannus* 230. Philippum attulimus *Bothius, Bentleius, Seyffertus Stud. Pl. p. 7, qui tamen vix recte solam reduplicatam formam poetae vindicat.* philippos attulimus *libri, nisi quod* philippeos *F.* Philippos tulimus *Ritschelius (*ferimus *dici possit).* Philippos attuli *Bergkius Opusc. vol. I p. 35* 231. Epheso quos *iungebat Gulielmius misc. qu. c. 3 p. 320* hospes] *prius* s *e corr. B.* ospes *D* 232. machimam *B* 233. Vt aurum *Ritschelius.* Vnde aurum *libri: quo servato versum parallelum esse v. 232 vult Anspachius p. 12: omnino versus 230—232. 239. 240. 234—238. 241 parallelos esse his: 230—231. 233. 234—238. 241: cf. v. 239, ubi idem* illam *(scil.* machinam*) scribit duce Buechelero.* Vt amicam *Ritschelius in adnotatione* efficiam *libri* erili C^1*: unde* herili C^3 234. s; *C.* st *Gruterus*

Act. II scaena 3 NICOBALVS SENEX · CHRISALVS SERVVS · *B. om.* CD^1. NICOBOL'. S. CRIS. SER D^2. Nicobolus Senex. Chrysalus Seruus *FZ* 235. NICOBOLVS *BD. om. C* Ibo] bo *C* pireum *BCD.* pireeum *Z.* pyreeum *F* eo ecquae *Muellerus Nachtr. p. 122.* et quae *C.* ec quę *B.* ecquae *FZ.* ecque *D.* ecquaenam *cum Hermanno Ritschelius* deuenerit *Palmerus Hermath. vol. IV (a. 1881) p. 136*

Nam méus formidat ánimus, nostrum tám diu
Ibi désidere néque redire fílium.

CHRYSALVS

Extéxam ego illum púlcre iam, si dí uolunt.
Haud dórmitandumst: ópus est chryso Chrýsalo.
Adíbo hunc, quem quidem ego hódie faciam hic árietem
Phrixi: ítaque tondebo aúro usque ad uiuám cutem.
Seruós salutat Nícobulum Chrýsalus.

NICOBVLVS

Pro di ínmortales, Chrýsale, ubi mist fílius?

CHRYSALVS

Quin tú salutem prímum reddis quám dedi?

NICOBVLVS

Salué. sed ubinamst Mnésilochus?

CHRYSALVS

Viuít, ualet.

NICOBVLVS

Venítne?

CHRYSALVS

Venit.

NICOBVLVS

Eúax, aspersísti aquam.

---

247. *Charis. p. 240, 5:* Euax Plautus in Bacchidibus: 'euax . . . aquam' fili nuntio *(f. n. om. Fabricius)*

238. desidem *Z* *V. 239 obelo notat Guyetus: eundem una cum 240 = 241. 242 esse vult Brachmannus p. 136: cf. ad v. 233* 239. pulchre *ex* pulckre *B.* pulchre *reliqui* dii *FZ* 240. Hau *Ritschelius* dormitandum st *B.* dormitandum est *reliqui* chryso *CFZ.* chriso *D.* chriso *ex* ckriso *B.* χρυσῷ *Bothius* chrysalo *CF, Pius.* ckrisalo *ex* ckrisolo *B.* chrisali D^1. chrisalo D^2. chrysale *Z* 241. ego *om. Hermannus* hic faciam *Luchsius Comm. prosod. I p. 22*

242. Phrixi: itaque tondebo *defendi potest.* Phrix itaque tondebo *B.* phrixitaque tondebo *D.* phrix itque tondebo *C.* phryxi itaque tondebo *Z.* Phrixi: ita detondebo *Hieron. Grosslotius in marg. Dous., Ritschelius.* Phrixi: ita tondebo *Bothius.* Phrixi atque detondebo *deleto* auro *(vel* ita eum tondebo*) Bergkius Opusc. I p. 674* 243. seruus *libri* salutat *ex* salutet *C* nicobolum *BDFZ* ckrysalus *B* 244. pro D^1*: inde* proh D^3 immortales *BFZ* chrisale *ex* ckrisale *ras. B* mihi st *B.* mihi est *reliqui* 245. quantu *(et i s. a) D* salutem primum *Bothius.* primum salutem *libri (cum rasura circ. 7 litt. inter utramque vocem B). cf. Prol. Trin. p. CCXXI* 246. ubi nam st *B.* ubinam est *reliqui* mnesilo ckus *B.* mnesilochis *C.* mnesilogus *D* ubi Mnesilochus nam est *Bothius: cf. Proleg. Trin. p. CCXII* 247. *Cf. testim.* Venit ne *BD* ashersisti *Z.* asperxisti *F*

Benene úsque ualuit?

CHRYSALVS

Páncratice atque athlétice.

NICOBVLVS

Quid hóc, qua causa eum hínc in Ephesum míseram?
Accépitne aurum ab hóspite Archidémide?

CHRYSALVS

Heu, cór meum et cerebrum, Nícobule, fínditur,
Istíus hominis úbi fit quomque méntio.
Tun hóspitem illum nóminas hostém tuom?

NICOBVLVS

Quid ita, ópsecro hercle?

CHRYSALVS

Quía edepol certó scio,
Volcánus, Luna, Sól, Dies, dei quáttuor,
Sceléstiorem núllum inluxere álterum.

NICOBVLVS

Quamne Árchidemidém?

CHRYSALVS

Quam, inquam, Archidémidem.

NICOBVLVS

Quid fécit?

CHRYSALVS

Quid non fécit? quin tu id mé rogas?

---

248. Bene ne usque *B*. Beneneusque *D*. Benene usquam *Z*. Benine usque *Ritschelius Opusc. vol. II p. 560* paneratice *F*. pancratie *Z* adletice *D* 249. hinc *Camerarius. om. libri* 250. Accepit ne *BD* hospide *C*. ospide D^1. ospite D^3 251. Heu cor *FZ*. Eu cor (Eucor *C*) *BCD* mi *Ritschelius cum Hermanno* crebrum *Z* nichobole *Z*. nicobole *reliqui* 252. sit D^1: fit D^2 quomque *Lambinus: cf. Proleg. Trin. p. XCIV*. quaque *libri* 253. Tum *D*. tu *Z* ospitem *D* tuum *libri* 254. obsecro *(infra versum D) libri* ercle *B* certo *B*. certe *reliqui* 255. uulcanus *libri* Luna, Sol, Dies *Guyetus, Ritschelius Proleg. Trin. p. CCXXXI*. sol luna dies *libri*. Sol, luna et dies *Camerarius* dei B^2 *ex* dies *corr*. dei D^2FZ. diei CD^1. diui *Bothius*. di *Hermannus* quatuor *BDF* 256. scelestiarulluxere *corr. in* scelestiorem illuxere D^1: *inde* scelestiorem nullum illuxere D^3 inluxure B^1: *inde* inluxere *suprascripta* e B^2. illuxere *CZ*. inluxe *F* 257. Quam ne *B*. Quam ni CD^1. Quemne D^3FZ archidemidem] h *ex* k *corr*. *B* hem *add. post* Archidemidem *cum Hermanno Ritschelius coll. Proleg. Trin. p. CCLXXXIV* quam inquam BCD^1, *codd. Pyladis*. quem inquam D^3F. quem inquam me *Z* arckidemidem *B* 258. NIC.] *om. CZ, non delcto proximo* CHR. quintu *D* merogas *D*. me rogis *Z*

Primúmdum infitias íre coepit fílio:
Negáre se debére tibi trióbulum.
Contínuo ibi antiquom hóspitem nostrúm sibi
Mnesílochus aduocáuit, Pelagoném senem:
Eo praésente homini extémplo ostendit sýmbolum,
Quem túte dederas ád eum ut ferret fílio.

NICOBVLVS

Quid, úbi ei ostendit sýmbolum?

CHRYSALVS

Infit dícere
Adúlterinum et nón eum esse sýmbolum,
Adúlterare eum aíbat rebus céteris:
Quotque ínnocenti ei díxit contumélias.

NICOBVLVS

Habétin aurum? id prímum mihi dicí uolo.

CHRYSALVS

Postquám quidem praetor récuperatorés dedit,
Damnátus demum, uí coactus réddidit
Mille ét ducentos Phílippum.

---

259. NIC. *praem. C* Primum dum *B.* Primundum *F* inficias *DFZ* cepit *BCDF* 260. sedebere *D* triobolum *CD.* obolum *Z* 261. Continuo ibi antiquom *Hermannus*: Continuo antiquum *libri.* Continuo antiquum ibi *Pylades.* Continuo anticuum *Schneiderus Gramm. lat. I p. 332.* Continuod antiquom *Ritschelius Nov. exc. p. 86* hospitum D^1*: corr.* D^2 262. Mnesilockus *B.* mnesilochis *C.* mnesilogus *D* pelago|||nem *(erasa* s*) B* 263. presente *BF* ex templo *B* symbolum *BZ.* simbolum *CDF. Et sic etiam v. 265. 266.* sumbolum *Ritschelius coll. Prol. Trin. p. XCVI* 264. uite D^1*: corr.* D^2 adeum *D* 265. *Ante* ubi *una litt. erasa B* insit *Z Cf. v. 263* 266. et non eum *libri.* non uerum *Guyetus, Ritschelius.* non tuum *Ussingius cum Gertzio, Fritzschius Anal. Pl. p. 6 Cf. v. 263 V. 267. 268. hoc ordine collocat Ribbeckius praef. Stich. p. XVIII: inverso libri, Ritschelius* 267. eum *libri.* etiam *cum Bothio Hermannus* aibat *Guyetus.* aiebat *BF.* alebat *C.* agebat *DZ* cęteris *BC.* exteris *Z Ceterum v. delet Ussingius* 268. quodque *C* ei *om. Bothius* 269. Habetin *D (ex* Habet in*) F.* Habet in *CZ.* Kabet in *B.* Habetne *Dousa ms.* primum mihi *Bothius.* mihi *libri.* id adeo mihi *Braunius Obs. gramm. p. 39.* mihi primum *Pylades* 270. Postquam quidem] Nam postquam *Bentleius in Adelph. III 4, 44* pretor BCD^2F. precor D^1 271. dampnatus *ex* damnatus *supra scr.* p *D* demum BD^3FZ. deotium *C.* de otium D^1*: ubi* doenicum *quaerebat Bergkius Opusc. I p. 674* 272. Mille et ducentos Philippum *Pareus ed. tert., Seyffertus Stud. Pl. p. 7.* ducentos et mille philippum *libri,*

NICOBVLVS

Tantum débuit.

CHRYSALVS

Porro étiam ausculta púgnam quam uoluít dare.

NICOBVLVS

Etiámnest quid porro?

CHRYSALVS

Ém, accipitrina haec núnc erit.

NICOBVLVS

Decéptus sum: Autolyco hóspiti aurum crédidi.

CHRYSALVS

Quin tu aúdi.

NICOBVLVS

Immo ingenium áuidi haud pernoram hóspitis.

CHRYSALVS

Postquam aúrum abstulimus, ín nauem conscéndimus,
Domí cupientes. fórte ut adsedi ín stega,
Dum círcumspecto me, átque ego lembum cónspicor

---

278. *Fulgentius Exp. serm. p. XVII ed. L.:* Istega nauis est proscenium uel tabulatum, super quod nauite ambulant. sicut Plautus ait in Crisalo: 'forte . . . consedi'. *cf. Parerg. p. 163*

Bentleius in Adelph. III 4, 44. cf. Ballas p. 18. Mille et ducentos Philippos *Ritschelius coll. v. 230.* Philippum mille et ducentos *Guyetus.* Ducentos Philippum et mille *Ussingius.* Ducentos mille Philippum *Hermannus* 273. etiam] et *Z* *Post* ausculta *erasa* te *D* 274. Etiam ne st? quid *B.* etiam ne est quid *reliqui.* Etiam quid *Hermannus, Ritschelius.* Etiamne *Ussingius.* Etiamst quid *Fritzschius Anal. Pl p. 6* Em — erit *quae Chrysalo libri tribuunt, Nicobulo continuant Hermannus, Ritschelius* Em *B, Brixius Emend. in Capt. p. 21, Ribbeckius de part. p. 32.* Hem *CDFZ.* Immo *Fritzschius Anal. Pl. p. 6* accipitrina *Hermannus.* accipe trina *BCDF.* accipe trine *Z* hec *D* 275. Autolyco *Camerarius.* auiolico *CD.* auioloco *B.* a uilico *F.* aurilego *Z.* autolico *Scutarius* 276. Quintu *D* audi me *(me pro* Immo*) Bergkius Opusc. I p. 643* NI.] NICOBALVS *B, qui solet* NICOB. Immo *libri.* Hem *Ritschelius.* Enim *Bothius. del. Ussingius* ingenium auidi *BDF.* ingenii auidi *C.* ingenium audi *Z.* auidi ingenium *cum Bothio Ritschelius* haut *B*[1] pernoram *(*o *ex* u*) D* 277. Postquam] t *ex* a *corr. B* consendimus *Z* demum, in nauem inscendimus *Ritschelius.* inde, nauem conscendimus *Bothius.* atque in nauem escendimus *Hermannus.* '*fortasse tamen dedit poeta* Posteaquam abstulimus aurum, in nauem inscendimus' *Ritschelius: quod improbat Opusc. vol. II p. 547* Postquam aurum abstulimus, post in nauem inscendimus *proponens* 278. Domi *Ritschelius Proleg. Trin. p. CCCXXIII.* domum *libri* forte ego ut istega consedi *Fulgentius* gesta '*codex Romanus*' *Longolii* 279. circumspecto me *Ritschelius coll. Trin. v. 146. 863.* circum specto

Longúm, strigorem máleficum, exornárier.

NICOBVLVS

Perii hércle: lembus ílle mihi laedít latus.

CHRYSALVS

Is erát communis cum hóspite et praedónibus.

NICOBVLVS

Adeón me fuisse fúngum ut qui illi créderem,
Quom mi ípsum nomen éius Archidémides
Clamáret dempturum ésse, si quid créderem?

CHRYSALVS

Is nóstrae naui lémbus insidiás dabat.
Occépi ego obseruáre eos quam rém gerant.
Intérea e portu nóstra nauis sóluitur.
Vbi pórtu eximus, hómines remigió sequi,
Neque aués neque uenti cítius. quoniam séntio
Quae rés gereretur, náuem extemplo státuimus.
Quoniám uident nos stáre, occeperúnt ratem

---

libri. circumspecto ibi *Hermannus.* me circumspecto *Fleckeisenus* adque *B.* at ecce *Geppertus Trin.*[2] *p. 140* 280. Longum, strigorem maleficum *Fritzschius Anal. Pl. p. 6 cum Dacerio.* Longum st rigorem maleficum *B et, nisi quod* est *pro* st, *reliqui.* Longum, strigonem, maleficum *Salmasius, Muretus Var. lect. XII 19.* Longum abs tricone malefico *Ritschelius.* Longum a strigore malefico *vel ut supra Dacerius in Fest. v.* strigores *p. 314 ed. M.* Longum est triconem maleficum *Acidalius transponens hunc v. post 268.* Longum, strigore maleficum *Hermannus praef. p. VII.* Longum e regione maleficum *Beckerus Quaest. Pl. p. 6.* Longum, trygonem maleficum *Gertzius.* Longum, triremem, maleficum *Palmerus Hermath. vol. IV (a. 1881) p. 137* ex ornarier *B.* '*alias* exnarrier'*: Longolius* *Versum delet Weisius* 281. herole *D.* ercle *B. om. Z* ilie *cum ras. sup.* ie *B* ledit *libri* lembus lumbos laedit is mihi *van Ijsendijk de Pl. Persa thes. IV* 282. cum hospite] hospiti *Geppertus Trin.*[2] *p. 130* predonibus *BF* 283. me ẽẽ fuisse *CD*[1]*: corr. D*[2] utqui *D* crederem *om. C.* credere *D*[1]*: corr. D*[2] 284. Qum *B.* cum *reliqui* mihi *libri* Archidemides *Fleckeisenus ep. cr. p. 23.* archidemidis *libri, nisi quod* dem *in lit. B* 285. dempturus *D*[1] *et D*[3]*:* dempturum *D*[2]. adempturum *Z* siquid *B.* si quod *ex* si quid *D.* si quod *FZ* *De v. 286—293 levem suspicionem movit Brachmannus p. 132: de v. 286 Anspachius p. 13* 286. nostrae naui lembus *Pylades.* lembus nostrae naui *libri, nisi quod* nostre *D et* nostri *Z* 287. occaepi *D.* accepi *Z.* hoc coepi *C* *Post* obseruare *rasura duarum litt. B* quamnam rem *Hermannus* 288. eportu *D* 289. exiimus *Camerarius* remulco *Z* 290. quoniam *Z.* q̃m *BCD.* quom *F* 291. que res *D*[3]. queres *D*[1] gerentur *Z* 292. Quoniam *Pylades.* q̃m *CD.* Qum *B.* quom *F.* qũo *Z*

Tardáre in portu.

NICOBVLVS

Édepol mortalís malos.
Quid dénique agitis?

CHRYSALVS

Rúrsum in portum récipimus.

NICOBVLVS

Sapiénter factum a uóbis. quid illi póstea?

CHRYSALVS

Reuórsionem ad térram faciunt uésperi.

NICOBVLVS

Aurum hércle auferre uóluere: ei rei operám dabant.

CHRYSALVS

Non mé fefellit, sensi: eo exanimatús fui.
Quoniám uidemus aúro insidias fíeri,
Capimús consilium cóntinuo: postrídie
Auférimus aurum omne íllim illis praeséntibus
Palam átque aperte, ut ílli id factum scíscerent.

293. Tardare in portu *Hauptius Opusc. III p. 209, Britzlmayrius progr. Landishut. a. 1867/68 p. 5.* Turbare in portu *libri, defensum a Rostio Opusc. I p. 113.* Seruare in portu *Ritschelius*, *qui postea Nov. Exc. p. 78* Tardare in portud *probavit.* Urbare *(i. e.* uruare*)* in portum *Salmasius.* Turbare in ponto *Acidalius.* Inhibere in portu *Gronovius.* Turbare inportune *Bothius. de* turbare in apertum *vel* Probere portu *vel* gyrare *cogitavit Bergkius Opusc. vol. I p. 674* Hem edepol *Hermannus.* Heu edepol *Camerarius: cf. Muellerus Pros. p. 645* 294. portu *F* 295. *Ante* auobis *(ita BD)* Qu *erasum B* nobis *Z* qui D^1*: corr.* D^2 296. reuersionem D^1*: corr.* D^2. reuersionem *FZ* ad terram] alteram D^1, *cod. Scaligeri: corr.* D^2 297. ercle *BCD* dabant *om. C* 298. *V. obelo notat Guyetus* fe fellit *C* sensĩ eo *C.* sen sieo *D* eo *del. Ussingius 'Tidskrift for Fil.' a. 1880 p. 59 sqq.* ex animatus *B.* exanimus *cum Bothio Ritschelius.* animatus *Brachmannus p. 132* 299. CHRIS. *praem.* D^1*: del.* D^2 Quoniam *D: cf. v. 290. 292.* Qum *B.* quõ *C.* quom *F.* cum *Z* uidemus *Gruterus, Bentleius.* uidimus *libri* *Ceterum v. expellit Brachmannus p. 132; longius progreditur Anspachius hasce recensiones parallelas dignoscens: I. 300. 302. 306. 307. 312—314. 315. 330. 342 sqq. II. 299—301. 303—306. 308—311. 315—330. 331—334. 337—341. 342 sqq.* 300. Consilium capimus *Hermannus* continuo hoc *cum Hermanno Ritschelius* posttridie *(sed* t *altera s. v.) B.* post tridie *CD* 301. inde aurum *Camerarius* illim illis *Ritschelius.* illis *libri.* illis ibi *Hermannus.* illi omnibus *Bergkius Opusc. I p. 674* presentibus *BCF.* praesente omnibus *Muellerus Pros. p. 340* 302. scirent B^1

NICOBVLVS

Scite hércle: cedo, quid ílli?

CHRYSALVS

Tristes ílico,
Quom extémplo a portu íre nos cum auró uident,
Subdúcunt lembum cápitibus cassántibus.
Nos ápud Theotimum omne aúrum deposíuimus,
Qui illíc sacerdos ést Dianai Éphesiae.

NICOBVLVS

Quis istíc Theotimust?

CHRYSALVS

Mégalobuli fílius,
Qui núnc in Ephesost Éphesiis caríssumus.

---

305. *Serv. ad Georg. I 74:* Quassante . . . . Plautus: 'capitibus quassantibus'

---

303. Scite] sic ite *C* ercle *B.* crede *D*[1]*: expunxit et* ercle *s. v. scripsit D*[2] cedo *om. Z* ilico *D*[2]. uico *D*[1] 304. Qum *(post eam v. erasa* aportu *in B.* qm̃ *C.* qvm *D*[1]*:* dum *D*[3]. quom *F, Scioppius Susp. lect. V 15.* cum *Z)* extemplo *libri.* Quom extempulo *Bentleius, Fleckeisenus Misc. crit. p. 41, Muellerus Pros. p. 489.* Quoniam extemplo *Ritschelius: cf. E. Hoffmann 'Studien zur lat. Syntax' p. 29 adn.* Quom extemplod *Ritschelius Nov. exc. p. 73* aportu ire *B.* aportuire *D.* a portud ire *idem Ritschelius l. s. s.* a portu abire *Bergkius Opusc. I p. 35* 305. cassantibus *Ritschelius ut Mil. v. 852. 856.* quassantibus *libri, Servius.* casantibus *Lambinus* 306. apud] ad *Hermannus* theothimum *BCD, ut fere constanter.* teothimum *F.* Theutimum *Muellerus Nachtr. p. 57* omne | Omne *D in fine et ab initio: in fine expunxit D*[2] deposiuimus *Acidalius, Scioppius l. s. s., Bentleius.* deposuimus *libri* 307. est Dianai *Camerarius.* est diane (dianae *Z)* *libri.* est Dianas *post Buechelerum de decl. p. 62*[2] *commendat Ritschelius Nov. exc. p. 115, qui* est Dianae *ediderat. cf. Proleg. Trin. p. CCIV.* deae Dianaest *Muellerus Pros. p. 528.* Dianaist *Abraham Stud. Pl. p. 217. hiatum tutatur Lachmannus in Lucr. p. 161 ante alios. totum v. sic Hermannus formavit:* Illic sacerdos qui Dianae est Eph.*: insequenti postponit cum Bothio Bergkius Opusc. I p. 35* ephoesię *e corr. D.* et thiresie *F* *Ceterum versum tollit Brachmannus p. 133*

308. *Pers. Nic. om. C* Quis *Brunckius, Seyffertus Stud. Pl. p. 27.* Qui *libri, Ritschelius* theothimus est *BCDF* Megalobuli *BCF.* margalobuli *D.* megaloboli *Z.* Megalobyzi *Ritschelius (cf. Parerg. p. 410) cum Hemsterhusio in Lucian. I p. 135.* Megalobuzi *Meursius et sic edidit Ritschelius.* Megabyzi *Pius, Turnebus Adv. XVIII, 31. 'Μεγάβυζος fuit apud Menandrum' Ritschelius. cf. Bergkius Opusc. I p. 35*

309. epheso st *B.* epheso est *reliqui* ephesiis] ii *ex* ei *ras. B* karissimus *B.* carissimus *reliqui*

NICOBVLVS

Ne ille hércle mihi sit múlto tanto cárior,
Si me ílloc auro tánto circumdúxerit.

CHRYSALVS

Quin ín eapse aede Díanai cónditumst:
Ibidém publicitus séruant.

NICOBVLVS

Occidístis me:
Nimio híc priuatim séruaretur réctius.
Sed nílne huc attulístis inde aurí domum?

CHRYSALVS

Immo étiam: uerum quántum attulerit néscio.

NICOBVLVS

Quid, néscis?

CHRYSALVS

Quia Mnesílochus noctu clánculum
Deuénit ad Theotímum, nec mihi crédere
Nec quoíquam in naui uóluit, eo ego néscio,
Quantum íllim attulerit: uérum haud permultum áttulit.

NICOBVLVS

Etiám dimidium cénses?

---

312. 313. *Charis. p. 214, 1:* Publicitus . . . Plautus in Bacchidibus: ʻin aede . . . seruantʼ

---

310. ercle *BCD* michi *D* 311. me illoc *Pylades.* me illo *libri.* is illo me *Hermannus.* med illo *(ita Fleckeisenus) vel* me illod *vel* me illoc *Ritschelius Nov. exc. p. 43. 67* circunduxerit *F.* circumduxeriṣ (t *sup.* ṣ *scr. m. 2) D* 312. in eapse *Ritschelius.* in ipsa *libri.* ipsa in *Pylades* aede Dianai *Goellerus in Trin. v. 358, Abraham l. s. s.* ede (ęde *Z)* dianę (diane *CDF.* diantę *Z) libri.* aede deae Dianae *Hermannus, Ritschelius* *Aliquid excidisse velut* Ephesiae *statuit Ussingius* conditum st *B.* conditum est *reliqui*
in aede Dianae publicitus aurum seruant *memoriter Charisius*
314. hic] id *Ritschelius.* ʻ*nisi delendum est* hic *ut e v. proximo invectum*ʼ *idem* 315. nilne huc *Hermannus.* nihil ne *B.* nihilne *CF.* nichil ne *D.* nihil nam *Z.* uos nihilne *Pylades.* nilne adeo *Braunius Obs. gramm. p. 35.* nilne eius *Muellerus Nachtr. p. 49.* nil nec *Kochius Mus. Rhen. vol. 25 (a. 1870) p. 622.* nilne ad me *Belowius de hiat. Pl. p. 85*
317. Qui nescis *Bothius* mnesilogus *D.* mnesilo chus *B* 318. adthe othimum *D et ex* adte otimum *C, post quam vocem colon ponit Ritschelius*
V. 319. 320 in unum contrahit Brachmannus p. 132: Nec quoiquam uoluit: uerum h. p. a. 319. cuiquam *libri* innaui *D* 320. Quantum illim *Bothius.* Quantulum *libri.* Quantillum *Pylades, Bentleius in Heaut. IV 2, 1.* Quantum ille *Hermannus* adtulerit (d *ex* t) *D* hau *Fleckeisenus* 321. Etiam] *cf. Langenus p. 160 et Brixius Nov. annal. vol. CXXI (a. 1881) p. 50 sq.* Noedepol B^1: *corr.* B^2

CHRYSALVS

Non edepól scio.

Verum haúd opinor.

NICOBVLVS

Fértne partem tértiam?

CHRYSALVS

Non hércle opinor: uérum uerum néscio.
Profécto de auro níl scio nisi néscio.
Nunc tíbimet illuc náui capiundúmst iter,
Vt illúd reportes aúrum ab Theotimó domum.
Atque heús tu.

NICOBVLVS

Quid uis?

CHRYSALVS

Ánulum gnatí tui
Facito út memineris férre.

NICOBVLVS

Quid opust ánulo?

CHRYSALVS

Quia id sígnumst cum Theotímo, qui eum ílli adferet,
Ei aúrum ut reddat.

NICOBVLVS

Méminero, et recté mones.
Sed istíc Theotimus díuesnest?

CHRYSALVS

Etiám rogas?
Quin hábeat auro sóccis subpactúm solum?

322. opinior *D* Fert ne partem *B*. Fert nepartem *D* 323. *V. delet cum Guyeto Brachmannus p. 132* Non *om. C.* ercle *BCD* uerum uerum] uerum *Z* 324. deauro *D* nihil *libri* 325. Nunc *BC*. Nec *D*. Ne *F*. Nę *Z* tibimet] m *e corr. post ras. 1 litterae B* capiundum st *B*. capiundum est *CDZ*. capiendum est *F* 326. theothimo *D*. theothimum *C* demũ (ũ *ex* o *vel* a) *C* 328. Quod *D* opu st *BD*. opus *C*. opus est *FZ* 329. id *(s. v.)* signum st cum theothimo *B*. id signum est cum theotimo *CDFZ, nisi quod* teothimo *(ut aliquoties) F*. signum id cum Theotimost *Ritschelius* afferet *Camerarius*. adferret *B* (re *expunxit m. 2)*. adfert *CD*. affert *FZ*. adferat *Ussingius* 330. NI. D^2 et *om. Bothius* 331. istic Theotimus diuesne est *Bothius, Ritschelius Proleg. Trin. p. CCXIII.* diuesne (diues ne *B*: ne *s. v. D)* est istic theotimus (teothimus *F*. theothimus *B) libri*. diuesne iste est Theotimus *Hermannus*. diuesne = disne *def. Spengelius T. Macc. Pl. p. 96: at cf. Langenus p. 279* 332. Quin habeat auro soccis *Bergkius Opusc. I p. 33.* Qui auro habeat soccis *libri*. Quin auro soccis habeat *Ritschelius*.

NICOBVLVS

Quor íta fastidit?

CHRYSALVS

Tántas diuitiás habet:
Nescít quid faciat aúro.

NICOBVLVS

Mihi dederít uelim.
Sed quí praesente id aúrum Theotimó datumst?

CHRYSALVS

Populó praesente: núllust Ephesi, quín sciat.

NICOBVLVS

Istúc sapienter sáltem fecit fílius,
Quom díuiti homini id aúrum seruandúm dedit.
Ab eó licebit quámuis subito súmere.

CHRYSALVS

Immo ém tantisper númquam te morábitur,
Quin hábeas illud quó die illuc uéneris.

NICOBVLVS

Censébam me effugísse a uita márituma,
Ne náuigarem tándem hoc aetatís senex.
Id mi haúd utrum uelím licere intéllego:
Ita béllus hospes fécit Archidémides.
Vbi núnc est ergo méus Mnesilochus fílius?

Quin aurod habeat soccis *idem Nov. exc. p. 63.* Qui soccis habeat auro *Pylades.* Qui auro sibi habeat soccis *Hermannus.* Quine *iam Bothius* subpectum D^1*: corr.* D^2. subpictum *FZ* 333. Quor *F.* Qur *BD.* Cur *CZ* ita] tam *vel* sic *Braunius Obs. gramm. p. 17* 334. quid *BFZ.* qui *C.* quid *ex* qui *D* auro] auro aliquid *C. adscriptum fuit* aliquid *proximis Nicobuli verbis* mihi dederit *libri.* mi dederit *Bergkius Opusc. I p. 32. cf. Luchs Studemundi Stud. vol. I p. 30.* mihi duit *cum Hermanno Ritschelius V. 335 sq. del. Brachmannus p. 133* 335. Set *D* presente *B* datunst *B.* datum est *reliqui* 336. presente *BF* nullu st *BD.* nullus est *reliqui* effesi *BCD* sicat *C* 338. quom *F.* cum *reliqui* 340. em *Brixius Emend. in Capt. p. 21, Ribbeckius de part. p. 31.* hem *libri.* en *Ritschelius.* enim *Bothius.* hau *Bergkius Opusc. I p. 674* tantis per *BD* te morabitur *BCD.* remorabitur *FZ* 341. illud] d *pro* m *minio B.* illum *C.* illuc D^1*: corr.* D^2 quo die *BCD, codd. Pyladis.* quom *FZ* 342. *Post* me *una litt. erasa B* effugisse] ef *e corr. B* maritima *Z* 343. ętatis *C.* etatis *D* 344. Id mihi aut utrum uerim (*sed in marg. ead. m. additis* al haud utrum uelim licere) *B.* id mihi haud utrum uelim *CDF.* id mihi haud ut uelim *Z.* Id iam mi, utrum uelim, haud *Ritschelius Proleg. Trin. p. CCXVIII* intelligo *Z* 345. ospes *D.* ospes *C* 346. |||m̄s *ex* om̄s *D* mneselochus *D.* mnesclochus *C*

CHRYSALVS

Deos átque amicos íit salutatum ád forum.

NICOBVLVS

At ego hínc eo ad illum ut cónueniam quantúm potest.

CHRYSALVS

Illést oneratus récte et plus iustó uehit.
Exórsa haec tela nón male omninó mihist,
Vt amántem erilem cópem facerem fílium.
Ita féci, ut auri quántum uellet súmeret,
Quantum aútem lubeat réddere, ut reddát patri.
Senéx in Ephesum hinc íbit aurum arcéssere:
Hic nóstra agetur aétas in malacúm modum,
Siquidem híc relinquet néque secum abducét senex
Med ét Mnesilochum. quás ego hic turbás dabo.
Sed quíd futurumst, quóm hoc senex rescíuerit?
Quom se éxcucurrisse ílluc frustra scíuerit,
Nosque aúrum abusos, quíd mihi fiet póstea?
Credo hércle adueniens nómen mutabít mihi

347. iit *(puncta minio picta) B.* it *cum Bothio Fleckeisenus Exerc. p. 8, Ritschelius* 348. eo ad illum *Ritschelius.* ad illum *libri.* abeo, illum *Bergkius Opusc. I p. 35.* ibo, illum *Abraham p. 208* conuenam *Ritschelius cum Bothio ut v. 144. cf. Proleg. Trin. p. CCXI* quantum potis *Fleckeisenus* 349. Ille est *libri* honeratus *D. post* oneratus *erasum* et plus iusto *in B* iusto] *add. signum D, quod ad marginis scripturam* secum *spectat* uehit *ex* uekit *B* 350. hec *D* omnino mihi est *BDF.* omni. ñ mihi est *C (ut* omni *sit in fine versus).* est omnino mihi *Z* 351. copem *Scutarius.* quopem *BD.* quiopem *C.* inopem *F.* ope *(et iunctim quidem* opefacerem*) Z.* compotem *codices quidam Pii, item codices Pyladis.* al. ut amanti erili opẽ facerẽ filio *in marg.* B^2, *colore paullo pallidiore: ubi* copiam *pro* opem *proponebat Camerarius* 352. aurum *Z* 354. Epheson *Bentleius* hinc *Camerarius. om. libri* bitet *pro* hinc ibit *Loewius Gloss. nom. p. 225* ibi taurum CD^1*: corr.* D^2. ibi aurum *Z* arcessere *Z.* arcesere *BCD.* accersere *F* 355. etas CD^1F mala eũ *C.* malachum *Z* 356. Si quidem *CD* hic *om. Hermannus: vide Prol. Trin. p. CCCXXVII* relinquit *Z* senex] semul *Brachmannus p. 135* 357. Med et *B.* Medet CD^2. Mede D^1. Me et *FZ.* Meque et *Muellerus Pros. p. 732.* Me hinc et *Umpfenbachius Melet. p. 32* 358. futurum st *B.* futurum est *reliqui* quom *F.* cum *reliqui* *V. 359—360 damnat ut interpolatos Brachmannus p. 134* 359. quom *FZ.* cum *reliqui* excurrisse *Z.* excucurrisse *ex* excurrisse *D.* excucurrissẽ *C* 360. abusos? quid *vulgo* mihi] me *Bothius* *V. 361. 362 = 363. 365 esse vult deleto v. 364 Brachmannus p. 135: sic collocandos abiectis v. 361 sq. putat Anspachius p. 17: 365. 363. 364: cf. Langenus 'Phil. Rundschau' vol. I (a. 1880) p. 435* 361. ercle *BD*

Faciétque extemplo Crúcisalum me ex Chrýsalo.
Aufúgero hercle, sí magis usus uénerit.
Si eró reprehensus, mácto ego illum infortúnio:
Si illí sunt uirgae rúri, at mihi tergúm domist.
Nunc íbo: erili fílio hanc fabricám dabo
Super aúro amicaque éius inuenta Bácchide.

LYDVS

Pándite atque aperíte propere iánuam hanc Orci, ópsecro:
Nam équidem haud aliter ésse duco: quippe quo nemo áduenit,
Nísi quem spes relíquere omnes, ésse ut frugi póssiet.
Bácchides non Bácchides, sed Bácchae sunt acérrumae.
Ápage istas a mé sorores, quae hóminum sorbent sánguinem.

---

362. cruci salumme *C* crisalo *BCD*. Chrusalo *vel potius* Crusalo *olim scriptum fuisse significavit Ritschelius Prol. Trin. p. CCCXXV* 363. ercle BD^1*: corr.* D^2 364. Siero *BD* reprensus *Z* macto ego *BCD*. matto ego *F*. in acto ego *Z*. macto *Guyetus, Ritschelius* 365. uirge B^1CDF aut *F* domi st *BDF*. domi est *CZ* *V. 366 sq. ut suspectos notavit Ussingius. post 366 lacunam esse credit Anspachius p. 18* 366. filio *FZ*. filio eius *BCD, lineola per* eius *ducta in B* 367. auroque amica *F*

Act. III scaena 1 LIDVS SERVVS BD^2. *om.* CD^1. lydus seruus *FZ* *Totam scaenam uti nunc est Plautinam vix esse intellexerunt multi frustraque negavit P. Weisius p. 56 sqq.: in qua cum v. 379—381 Guyetus damnasset, v. 377—378 (quibus v. 382 addit Fleckeisenus) Ritschelius, v. 379—382 (quibus v. 378 adicit Langenus p. 165) Ussingius, v. 380 solum Fritzschius Anal. Pl. p. 6 versu 381 (sic correcto:* (Quos tua infamia) *post 378 collocato: duplices recensiones nobis hasce indagasse videbamur ego (Acta soc. phil. Lips. vol. VI p. 259): 375—378. 383. 384 = 379—382; Bergkius (Opusc. I p. 33): 375. 376. 379—381. 383. 384 = 375. 376. 379. 377. 378. 382. 384; Brachmannus (p. 124): 379—381. 383. 384 = 375—378. 382. 384 (simul coniciens v. 368—374 sic uti nunc sunt posterioris rec. esse); Anspachius (p. 20): 368—370 = 371—374 et 375—377. 383. 384 = 375. 376. 379. 377. 378. 382 (addens v. 374 indicare, scaenam a retractatore post I 2 positam esse). Rebus iterum perpensis v. 375—382 eiusdem esse cuius v. 368—374. 383. 384 sunt negasse satis habeo* 368. andite *C* horci *Z* obsecro *libri* 369. quipe B^1. *corr.* B^2 quo *Lambinus, Cavallin 'Nordisk Tidskrift f. Fil.' vol. I (a. 1874) p. 279.* qui *B.* cui *reliqui.* qui huc *vel* (huc quippe qui) *Fleckeisenus Misc. cr. p. 33* nemet D^1*: corr.* D^2 ad uenit *D* 370. relinquere *C* esse] ex se *FZ* frugi *BC*. frui *DFZ* possidet *C* 371. bachides *utroque loco libri* bache *BCDF* acerrumę *C*. acerrume *BF*. acerrime *Z* 372. Apage *ex* Apages *rasura D* istas *sup. scr. B* ame *D* *Post*

Ómnis ad perníciem instructa dómus opime atque ópiparest:
Quaé ut aspexi, mé continuo cóntuli protinam ín pedes.
(Égone ut haec conclúsa gestem clánculum? ut celém patrem,
Pístoclere, túa flagitia aut dámna aut desidiábula?
Quíbus patrem et me téque amicosque ómnes adfectás tuos
Ád probrum, damnúm, flagitium adpéllere una et pérdere.
Néque mei neque té tui intus púditumst factis quaé facis:
Quíbus tuom patrém meque una amícos adfinís tuos
Tuá infamiá fecisti gérulifigulos flágiti.
Núnc prius quam malum ístoc addis cértumst iam dicám patri.)
Dé me hanc culpam démolibor iám et seni faciám palam,
Vt gnatum ex lutulénto caeno própere hinc eliciát foras.

---

376. 377. *Nonius p. 75:* affectare afficere. Plautus Bacchidibus: 'tua . . . tuos' 379. *Priscian. in Gramm. lat. vol. II p. 421, 1:* Quamuis antiqui 'puditum ire' dicebant et 'puditus' participium, ut Plautus in Bacchidibus: 'neque mei . . . facis' *Idem p. 560, 28:* quamuis quidam puditum posuerunt, ut Plautus in Bacchidibus: 'neque mei . . . facis'. *A Prisciano pendet excerptor, de quo egit Kleinius de cod. Cus. p. 36*

---

sorores *erasa* se *ut vid. B* que *BDF* omnium *Z, cod. Schobingeri* 373. permitiem B^1. pernitiem *B rasura.* pernitiem *CD* optime *Z* opiparest *Ritschelius.* opipare (opi pare *D) libri.* '*nisi* instructast *scriptum fuit' Ritschelius. cf. Olsenus p. 28* 374. Que *D* continuo *om. Z* 375. Ego ne *B* haec conclusa *B.* haec conclusi *C.* clusa *DFZ* clanculum *ex* clancula *D* 376. sua *Z* desidiabola *(et* u *sup.* o*) D.* desi diabula *C.* dispoliabula *Nonius.* despoliabula *Dousa V. 377. 378 non posse ab eodem scriptos esse qui versus 380. 381 scriberet adnotat Ritschelius* 377. tecum *Fritzschius l. s. s. p. 7* affectas *Z e Nonio.* adflictas *B.* aflictas C^1. afflictas C^2DF, *Scioppius lect. V 15, Langenus p. 166* 378. appellare *F* 379. mei] me D^1 *(corr.* D^2*), libri Prisciani fere omnes* neque te tui *(te e* tu *corr. B) libri, Priscianus priore loco.* neque tui te *Priscianus posteriore loco.* neque tui ted *Fleckeisenus cum Bergkio Opusc. I p. 35.* te neque tui *olim Ussingius* puditum st *B.* puditum est *reliqui, Priscianus* factisque *CD.* factis q, B^1*: corr.* B^2 380. tuum *libri* adfinis *B.* affinis *C.* affines *DFZ* 381. Tua tu *Ritschelius Proleg. Trin. p. CCIII.* De tua *placebat Camerario.* Tuad *Ritschelius Nov. exc. p. 68: cf. Mahlerus p. 18. hiatum tutantur cum alii tum Lachmannus in Lucr. p. 200* geruli figulos *BCD.* feruligerulos *Bergkius Opusc. I p. 36 ναρθηκοφόρους interpretatus* flagitii *libri* 382. priusquam *C* malum ístoc *Hermannus.* málum istoc *Ritschelius* adis *Z.* addis *etiam codd. Pyladis* certum st *B.* certum est *reliqui* 383. Deme *BD* culpam hanc *Z* demolibor | demo: libet *F.* demo. ibo *Z* 384. Vt gnatum

MNESILOCHVS

Múltimodis meditátus egomet mécum sum et ita esse árbitror:
Hómini amico quíst amicus íta uti nomen póssidet
Nísi deos ei níl praestare: id ópera expertus sum ésse ita.
Nám ut in Ephesum hinc ábii — hoc factumst férme abhinc biénnium, —
Éx Epheso huc ad Pístoclerum meúm sodalem lítteras
Mísi, amicam ut mi ínueniret Bácchidem. illum intéllego
Ínuenisse, ut séruos meus mi núntiauit Chrýsalus.
Cóndigne is quam téchinam de auro aduórsum meum fecít patrem,
Vt mihi amanti cópia esset. (séd eccum uideo incédere.

Ritschelius. Vt eum *libri.* Vt suem *Palmerus Hermath. vol. IV (a. 1881) p. 137.* Vt eum isto *Hermannus.* Hinc eum, *mox autem* ut *pro* hinc *Bothius.* Vt ille eum *Fleckeisenus.* Vt te una *Fritzschius l. s. s.* Meum ut erum *vel* Vt puerum *Britzlmayrius progr. Landishut. a. 1867/8 p. 6* luculento *Z, Gulielmius* ceno *BF.* coeno *CDZ.* hocce coeno *Bentleius* eliceat *D.* eiciat *FZ*

Act. III scaena 2 MNESILOCHVS ADOLESCENS *BDFZ, nisi quod* MNESILOCVS *B. om. C* *Novi actus hic principium statuit Ritschelius: cf. ad I 2* 385. Mnesilochus *praemittit C* Multimodis *Camerarius.* Multis (ultis *C*) modis *libri* arbitros (r *s. s*) *D* 386. qest *B.* qui est *reliqui* 387. nihil *libri* prestare *BCDF* esse ita *CDFZ.* ita esse *B* 388. Nam ego *Seyffertus Stud. Pl. p. 20* habii *D* factum st *B.* factum est *reliqui* 389. meum sodalem *Camerarius.* sodalem meum *libri* 390. mihi *libri* intelligo *Z* 391. seruus meus mihi *libri.* meus mihi seruos *Ritschelius (ubi* mi *Fleckeisenus).* seruos mihi meus *Hermannus* nunciauit *DZ* chrisalus *D.* ckrisalus *B* 392. Condigneis *D* techinam *Ritschelius Opusc. vol. II p. 476 sq.* tecnam *BCD.* technam *FZ* aduorsum *B.* aduersum *reliqui* facit *Z* *V. 393 a* sed eccum *usque ad vocem* celabis *v. 403 non simul olim lecta esse cum reliqua scaena primus vidit Weisius in editione (cf. eiusdem libri 'Die Komoedien des Pl.' p. 55): quem secuti sunt Ritschelius et Brachmannus p. 93 sqq. (ubi simul coniectura proponitur quomodo exclusa paullatim nata sint): contra Plauto omnia vindicarerunt Ussingius, Paulus Weise p. 12 sqq., Kiesslingius Anal. Pl. p. 17 adn. (nisi quod v. 396 utpote ex 394 male detortum expellit): ex diversis exemplaribus (breviato altero) scaenam consutam etiam Anspachius p. 23 vult, Plauti tamen haec esse statuit: 392. 399. 400. 402. 396. 394. 398. 403. 404. versus 395 et 397 e margine irrepsisse. eosdem v. sic transponi Scaliger iubebat: 393. 398. 394—397. 399. 402. 400. 401. 403, sic autem Rostius Opusc. p. 114: 393. 396. 394. 397. 395. mihi non dubium est quin diversae recensiones sint, quarum altera et in fine et in principio mutila sit* 393. mi *Hermannus*

Nám pol meo quidem ánimo ingrato hómine nihil inpénsiust.
Málefactorem amítti satiust quám relinqui béneficum.
Nímio inpendiósum praestat té quam ingratum dícier.
Íllum laudabúnt boni: hunc etiam ípsi culpabúnt mali.
Quá me causa mágis cum cura esse aéquomst: obuigiláto opust.
Núnc, Mnesiloche, spécimen specitur, núnc certamen cérnitur,
Sísne necne ut ésse oportet: málus, bonus quoiquoímodi:
Iústus, iniustús: malignus, lárgus: comis, incómmodus.

---

sed eccum uideo incedere *scripsit qui diversas partes conglutinavit.* aequom uideo id reddere *cum Bothio Ritschelius.* sed aequum id ei reddere *Muretus Var. lect. XIII 18.* enarrauit ordine *vel similem exitum versum habuisse et alium post intercidisse versum censet Palmerus Hermath. vol. IV (a. 1881) p. 138* 394. pol meo quidem *cum Bothio Ritschelius:* pol quidem meo *libri.* pol equidem meo *Brachmannus p. 96* ingratod *vel* homone *Ritschelius Nov. exc. p. 75 sq.* ingratost *(et paullo post* inpensius*) Muellerus Pros. p. 549.* grato *Salmasius* inpensiu st B^1. inpensius st B^2. inpensius est *CD.* impensius est *Z.* impensus est *F.* infensiust *Ussingius* 395. Malifactorem *Ritschelius Opusc. vol. II p. 562* amitti *(alt.* t *s. v. m. 2) B* satiust *Hermannus.* satius *libri* beneficum *F, Pylades.* beneficium *(*bene ficium *D)BCDZ.* benificum *Brachmannus p. 98 duce Ritschelio* 396. impendiosum praestat *Hermannus.* prestat inpendiosum *libri, nisi quod* praestat *Z,* inpendi usũ CD^1 *(corr.* D^2*),* impendiosum *FZ* Praestat nimio impendiosum *Anspachius l. s. s.* quam te *Hermannus.* quamde *Acidalius* 397. Illud *Ussingius* laudabunt *ex* ladabunt *(supr. script.* u*) B.* laudauit *F* hunc *Aldus.* hoc *libri* 398. Quamecausa *B.* Qua te causa *Brachmannus p. 97 collato Ter. Phorm. v. 203* cum cura esse aecumst: obuigilato opust *Ritschelius.* eum cura e͠e ea cum obuigilato st opus *B.* eum cura esse ea cum obuigilato *(*ob uigilato *D)* est opus *CD.* eum cura esse ea cum obiurgato est opus *FZ, nisi quod* curam *Z.* accurare atque aduigilare est opus *Pylade duce Lambinus.* cum cura esse atque aduigilare est opus *idem.* concurato atque aduigilato est opus, *simul* me *mutato in* mi, *eodem Lambino duce Bothius olim,* cum cura esse aequom et obuigilato opust *idem postea.* concurare atque obuigilare est opus *Guyetus.* curare est aequom: obuigilatost opus *Hermannus.* cum cura esse et cum obuigilatu est opus *Anspachius p. 24* 399. mnesiliche *(*n *s. v.) D.* mnesilocho *F* nun certamen *BC.* nuncertamen *ex* nunce tamen *D* 400. Sis ne *B.* Scis ne *Z* nec ne *BD* te esse *Brixius Nov. ann. CI (a. 1870) p. 768.* bonus cuicuimodi *Scaliger.* bonus quacuius modi *(*qua cuius modi *B.* qua cuiusmodi *C) BCD.* bonusque cuiusmodi *FZ.* bonus cuiusmodi *Camerarius.* bonus quoiuismodi *Luchsius de genet. p. 32.* bonusne aut quoiusmodi *Ussingius. fortasse scriptum fuisse aut* quoiquoimodi ‖ Tu fueris *aut* quoiuismodi ‖ Tute eris *suspicatur Brachmannus p. 97* 401. comis incommodus *Bugge 'Tidskrift for Fil.' vol. VI (a. 1865) p. 1 sq.: quod in loco spurio ferendum sit.* com in comodus

Cáue sis te superáre seruom síris faciundó bene.
Vtut eris, moneo haúd celabis.) séd eccos uideo incédere
Pátrem sodalis ét magistrum: hinc aúscultabo quám rem agant.

LYDVS. PHILOXENVS. MNESILOCHVS

LYDVS

Núnc experiar sítne aceto tíbi cor acre in péctore:
Séquere.

PHILOXENVS

Quo sequár? quo ducis núnc me?

LYDVS

Ad illam quaé tuom
Pérdidit, pessúm dedit tibi fílium unice única.

PHILOXENVS

Éia, Lyde, léniter qui saéuiunt sapiúnt magis.
Mínus mirandumst íllaec aetas sí quid illorúm facit

---

odus
B^1. com in comodus B^2. commodus incommodus *reliqui.* comincom modus *Bergkius Opusc. I p. 145.* tristis commodus *cum Hermanno Ritschelius* *Num Plautinus sit versus dubitat Ussingius: inconditum glossema esse statuit Brachmannus p. 98. eiectis glossematis unum esse versum efficiendum credidit Guyetus hunc:* Sisne necne ut esse oportet iustus, largus, commodus 402. Cauesis te *D.* Caue siste *B* seruum *Scutarius.* serum *libri* siris *BCD.* syris *F.* sinas *Z.* sieris *Fleckeisenus* *Post* siris *erasa* s *ut vid. B* 403. Vt uteris *BCDF, codd. Pyladis.* Vt eris *Z* celabis *B, Pylades.* celabas *reliqui* equos B^1: q *exp. et* cc *supr. scr.* B^3 404. Mei patrem sodalis *Ritschelius Proleg. Trin. p. CLVIII: cf. tamen Opusc. vol. IV p. 404* magistrum. ausculto *Ritschelius l. s. s.* magistrum. auscultabo hinc *Fleckeisenus* agam CD^1: *corr.* D^2. agat *Z*

Act. III scaena 3 LID' SERVVS PHILOXENVS SENEX. MNESILOCVS ADOLESCENS · *B.* LIDVS SERVVS Philoxen' senex M^n^esiloc' ADOL D^2. *om.* CD^1. Lydus seruus. Philoxenes senex. Mnesilochus adolescens *FZ, nisi quod* Philo. senex *Z* 405. LIDVS unc *C* experior *cum signo quodam super* p *B.* experier D^1: a *s.* ier *add.* D^2 sit ne *BC* aceto *Lambinus, Dousa.* acetum *libri, Ussingius* cor acre] peracre *Gruterus.* teracre *Ussingius* acetum — corque acre *Bergkius Opusc. I p. 675. an* tibi et? sitne acetum tibi acore acre i. p. *Fritzschius Anal. Pl. p. 5.* sitne necne tibi acetum acre in pectore *Acidalius* inpectore *B* 406. PHILOXENVS *praemittit* D^1, *sed rursus induxit* D^2 que *BCDF* tuum *libri* 407. pessundedit *FZ* unice *Bothius.* uni *BCDF. om. Z* 408. PH. *om.* D^1: *add.* D^2 Eya *F* lyde *libri hoc loco habent* que *F* seuiunt *BCDF* 409. Nimis *F* mirandum st *B.* mirandum est *reliqui* illec *CDF* ętas *C* siquid *BD*

Quám si non faciát: feci ego istaec ítidem in adulescéntia.

LYDVS

Eí mihi, ei mihi, pérdidit illum ístaec adsentátio.
Nam ábsque te esset, égo illum haberem réctum ad ingeniúm bonum:
Núnc propter te tuámque prauos fáctus est fidúciam
Pístoclerus.

MNESILOCHVS

Di ínmortales, meúm sodalem hic nóminat:
Quíd hoc negotist, Pístoclerum Lýdus quod erum tám ciet?

PHILOXENVS

Lýde, paulispér lubidost hómini suo animo óbsequi:
Iam áderit tempus, quóm sese etiam ipse óderit. morém geras:
Dúm caueatur praéter aequom né quid delinquát, sine.

LYDVS

Nón sino neque équidem illum me uíuo corrumpí sinam.
Séd tu qui pro tám corrupto dícis causam fílio,
Éademne erat haec dísciplina tíbi, quom tu adulescéns eras?

415. *Huc pertinere dicit Placidi glossam (p. 25, 14 ed. Deuerl.)* ciet : mouet uel inuocat *Kochius Mus. Rhen. vol. 26 (a. 1871) p. 550*

---

410. sinon D istec *CDF*. istęc *B*[1]*:* istaec *(a s. v.) corr. manus Camerarii* inadulescentia *D* 411. L͠. *(pro* LYD*) D*[2]*: om. D*[1] Hei mihi hei *FZ, Ritschelius* perdidit illum istaec *(vel* istaec perdidit illum*) Fleckeisenus Nov. ann. vol. LXI (a. 1850) p. 37.* istaec *(*istec *CDF)* illum perdidit *libri.* istaec illum perdit *Bentleius, Bergkius Opusc. I p. 674* assentatio *(*ti *in ras. C) libri omnes.* assectatio *Dousa* 412. LIDVS *praemittit D*[1]*: del. D*[2] 413. prauus *BCD* fidutiam *BC* 414. dii *FZ* im mortales *D.* immortales *reliqui* 415. quid] quod *CD* hoc *fortasse delendum adnotat Ritschelius: delevit Fleckeisenus praef. Bacch. Ritsch. p. XIII: quam sententiam in editione recte improbat* negotii est *BCD.* negocii est *FZ* erum *B.* herum *FZ, raro exemplo etiam CD* 416. Lyde, paulisper lubido est *Bothium secutus Hermannus.* Paulisper lide est libido *libri, nisi quod* paulus p lide *D,* lyde *FZ. traditum ordinem retinuit Ritschelius coll. Prol. Trin. p. CCXLI et CXCIV* Paulisper homini lubidost, Lyde *inter alia Muellerus Pros. p. 550* 417. qum *B.* cum *reliqui* *Post* sese *lacuna trium litterarum e rasura B* gerans *B* 418. preter *BCF* equm *B.* ęquum *CD.* equum *F* nequid *BD* 419. illum meuiuo *D.* me uiuo illum *Hermannus: quod fortasse verum esse annotat Ritschelius et recepit Fleckeisenus* sinam|||| *B* 420. Sedtu *D* protam *B.* tam pro *Z* conrumpto *Fleckeisenus* 421. Eadem ne *B.* eadem *D*[1]*:* ne *s. v. add. D*[2] hec *CDF* tibi *BC. om. DFZ* quom

Négo tibi hoc annís uiginti fuísse primis cópiae,
Dígitum longe a paédagogo pédem ut ecferres aédibus.
Íd quom optigerat, hóc etiam ad malum áccersebatúr malum:
Ét discipulus ét magister pérhibebantur ínprobi.
Ánte solem nísi tu exorientem ín palaestram uéneras,
Haúd mediocris gýmnasi praeféeto poenas pénderes.
Íbi equo, cursu, lúctando, hasta, dísco, pugilatú, pila,
Sáliendo sese éxercebant mágis quam scorto aut sáuiis.
[Íbi suam aetatem éxtendebant, nón in latebrosís locis.]
Índe de hippodromo ét palaestra úbi reuenissés domum,
Cíncticulo praecínctus in sella ápud magistrum adsíderes

FZ. qum *B.* cum *C.* quin *D* adolescens *BFZ* 422. Nego ego *Hermannus: vide Proleg. Trin. p. CLXVII* hoc *Z.* haec *B.* hec *CD.* ee *F* annis *radendo ex* amnis *D* fuis se *D* 423. Digitum D^2: Dignum D^1 pedagogo *BCF et sic plerumque.* pedagoga *D* pedem ut] pedemue *F.* pedem ne *Z* efferres edibus *BF.* efferre sedibus *CD.* efferres ex aedibus *Z* *V. 424. 425 qui in libris secuntur post v. 427 huc reposuit Grosslotius apud Dousam* 424. Id quom *Bothius.* Id quoi *B (cum ras. circ. 4 litterarum ante* optigerat*).* id quio D^1. id quo CD^2. idque *FZ* optigerat *BCD, sed* o *ex* n *corr. B.* obtigerat *FZ* accersebatur *BCDF.* arcesebatur *Z.* accensebatur *Dousa. vide Bentleium in Phorm. III 3, 11* 425. dicipulus B^1 peribebantur B^1. prohibebantur *F* Inpbi *D.* improbi *reliqui* 426. Ante] Adue *Petitus Miscell. II 17* nisi tu exorientem *Ritschelius Proleg. Trin. p. CCXXXVIII.* exorientem nisi *libri (*ex *in litura B)* palestram *omnes* 427. Haud mediocris gymnasi praefecto poenas p. *Bergkius Opusc. I p. 33.* Gymasii *(*gimnasii *D)* praefecto *(*prefecto *B.* profecto *FZ)* haud mediocris poenas *(*penas *BF)* penderes *(*penderes *ex* penderas *supra scripta* e *B) libri.* Gymnasi praefecto poenas haut mediocris penderes *Ritschelius cum Hermanno.* Guminasi *idem Opusc. II p. 484* 428. Ibi] Illi *et hic et v. 430 Bothius olim* equo *add. Luchsius Herm. vol. XIII (a. 1878) p. 498. om. libri* cursura *Palmerus Hermath. vol. IV (a. 1881) p. 138* asta *BC* luctantod *Bothius, Ritschelius Nov. exc. p. 63, qui cum Hermanno* disco hasta *ediderat. alia hiatus removendi conamina vide apud Muellerum Pros. p. 602* pugilatu *Lambinus.* pugillatu *(*pugil|latu *D) libri* 429. suauiis *F* *Versum 430, quem parallelum esse versibus 428. 429 sic olim scriptum* 'suam aetatem exercebant' *suspicatus est Bergkius Opusc. I p. 33, rectius cum Guyeto et Fleckeiseno exstirpandum esse monuit Brachmannus p. 68 sq.* etatem *BCF* excudebant *'alibi legi' Pius ait* 431. inde dephippodromo *C.* indede hippo dromo *D.* inde de hyppodromo *F.* inde hippodromo *Z* palestra ubi *libri.* palaestrad ubi *vel* palaestra cubi *Ritschelius Opusc. III p. 141, hoc cum Bergkio Beitr. p. 119, cum illud iam Nov. exc. p. 75 commendavisset* ubire *et in novo v.* Venisses *D.* ubi re Venisses *F* 432. precinctus *CDF* assideres *FZ*

Cúm libro ut legerés: si hercle unam péccauisses sýllabam,
Fíeret corium tám maculosum quámst nutricis pállium.

MNESILOCHVS

Própter me haec nunc meó sodali díci discruciór miser:
Ínnocens suspícionem hanc sústinet causá mea.

PHILOXENVS

Álii, Lyde, núnc sunt mores.

LYDVS

Íd equidem ego certó scio.
Nam ólim populi príus honorem cápiebat suffrágio,
Quám magistro désinebat ésse dicto obédiens.
Át nunc prius quam séptuennis ést, si attingas eúm manu,
Éxtemplo puer paédagogo tábula disrumpít caput.
Quóm patrem adeas póstulatum, púero sic dicít pater:
'Nóster esto, dúm te poteris défensare iniúria.'
Próuocatur paédagogus: 'ého senex minumí preti,
Ne áttigas puerum ístac causa, quándo fecit strénue.'

---

445. *Nonius p. 75:* Attigat contingat ... Plautus Bacchidibus: 'ne . . . strenue'

---

433. Cum libro ut legeres: si hercle unam *scripsi.* Cum librum legeres si unam (siunam *D*) *libri, nisi quod* tum *FZ.* Si librum quom l. unam *Hermannus.* Ibi librum quom l. *Ritschelius.* Ac librum quom l. si unam *Ussingius ut videtur.* Quom librum l. si in una (*et* syllaba) *Bergkius Opusc. I p. 36* (in unam *idem ibidem p. 674*), *Brixius Nov. ann. vol. CI (a. 1870) p. 430.* Quom libellum l. si unam *Kochius Mus. Rhen. vol. XXXII (a. 1877) p. 97 sq.* Quom librum l. modo si unam (*vel* legeres si unam ullam) *Muellerus Pros. p. 601: cf. Nachtr. p. 97*
peccauisses B^2*FZ.* peccauisset B^1*CD* sillabam *BCD.* syllabam *F.* syillabam *Z* 434. fieret *CD* quam est *libri* palium *Z* 435. me haec (hec *CDF*) nunc meo sodali dici *libri, Ritschelius Proleg. Trin. p. CCLXV.* me nunc meo sodali haec dici *Hermannus* discrutior (dis crutior *D*) *CDF* 436. suspitionem *BCD* 437. lyde *BFZ.* lide *CD* equidem] quidem *Bentleius* ego certo] certe *Z*
438. capiebat *Z.* capiebant *BCDF* 439. magistro (i *s.* o *m. 1*) *B* oboediens *C* 440. priusquam *CFZ* antingas B^1 septuennist, si attigas puerum *Ritschelius.* septuennist, si tu eum attingas *Hermannus.* attigas *ante Ritschelium iam Dousa* 441. Puer extemplo *post Guyetum Hermannus: cf. Proleg. Trin. p. CLXIV.* '*fortasse tamen e glossemate est* puer, *ut Plautinum sit* Extemplo ille' *Ritschelius* pedagogo *BD* disrumpit *B.* dirrumpit *CD.* dirumpit *FZ* 442. Cum *libri* ad eas *Z* 443. deffensare *Z* iniuria *proximis iungunt FZ* 444. Prouocatur] uo *e corr. B parum perspicue: qua re in marg. iteratum est* prouocatur *ead. m.* pedagogus *BD* eho] h *e* k *corr. B* minimi *libri* pretii *C.* precii *BDFZ* 445. Ne

Íta magister quási lucerna úncto expretus línteo
Ágitur illinc iúre dicto. hócine hic pactó potest
Ínhibere imperiúm magister, si ípsus primus uápulat?

MNESILOCHVS

Ácris postulátio haec est: quom húius dicta intéllego,
Míra sunt ni Pístoclerus Lýdum pugnis cóntudit.

LYDVS

Séd quis hic est quem astántem uideo ante óstium? o Philóxene,
Déos propitios mé uidere quám illum haud mauellém mihi.

PHILOXENVS

Quís illic est?

LYDVS

Mnesílochus, gnati tuí sodalis. pól hic quidem

---

446. *Festus Pauli p. 79:* Expreta antiqui dicebant quasi expertia habita

---

attigas *Nonius, Bentleius.* Ne adtingas *BC.* Ne attingas (Neattingas *D*) *DFZ* istac *BC.* ista *DFZ cum Nonio* 446. Ita *Leidolphus de Festi et Pauli loc. Pl. p. 249.* It *FZ.* Et *C.* Id *B: ubi* ał it *sup. scr. eadem manus.* Fit *D, Ritschelius.* Vt *Brantium secutus Bothius.* Sit *Ussingius* lucerna uncto *(ex* unde *fecit* D^2*) D.* laterna uncto *Salmasius.* lucerna uncta *Fritzschius Anal. Pl. p. 7* expretus *CD, Turnebus Adv. III 5, Dousa Expl. II 22, O. Muellerus in Fest. p. 79.* ex pretus *B.* expletus *FZ et ante* uncto *collocatum cum Pylade Rostius Opusc. p. 116.* extertus *Salmasius, sed* 'expretta *pro* expressa' *idem alibi.* spretus *Gronovius.* expletust *Bothius.* exspreta *Scaliger, Hermannus.* expertus *Scaliger alibi. intacta reliqui cum Ritschelio verba obscurissima* lacerna Punica exornatus sit *Britzlmayrius progr. Landishut. a. 1867/8 p. 6* *Cf. Fritzschius l. s. s.* 447. Agitur *Leidolphus l. s. s.* Itur *libri, Ritschelius.* Ilicet *Scaliger* dictod *Ritschelius Nov. exc. p. 75 cum Guyeto* hoccine (hoc cine *B.* occine *D*) *libri.* istoccine *Camerarius.* istocine *Muellerus Nachtr. pr. 96* 448. Inhiberi imperium, magister *Acidalius* uapulat *Langenus p. 47.* uapulet *libri* 449. Postolatio *B: corr. eadem manus* u *sup. scripta* hec *CD* cum *libri, quod cum superioribus construebatur ante Hermannum* 450. lidum *BCD* contutit *D (ubi supra hac voce et supra* pugnis *rasura est).* contuderit *FZ* *V. 451. 452 Lydo continuavit post Pyladem Hermannus* 451. LY.] PHIL *B.* Philoxen' *DF. om. CZ* est quem astantem hic *Ritschelius: cf. Seyffertus Stud. Pl. p. 26* ostium. LID' O *B.* ostium LIDVS. PHILOXENVS. O *(ut ab* O *novus versus incipiat) C.* hostium. Lidus. O *DFZ* philexene *B* 452. MNE *praem. FZ, nihil BCD* propicios *BD* me] minus *Sigismundus de Haud p. 250* haud *Hermannus. om. libri* quam hunc haud *Anspachius l. s. s.* 453. mnesilogus *D* sodalis. pol hic quidem *scripsi.* sodalis pistocleri (pisto cleri *B*) *libri, Spengelius T. Macc. Pl. p. 167.* sodalis hic quidemst *Ritschelius.* sodalis qui fuit

Haúd consimili ingénio atque illest quí in lupanari áccubat.
Fórtunatum Nícobulum, qui íllum produxít sibi.

PHILOXENVS

Sáluos sis, Mnesíloche: saluom te áduenire gaúdeo.

MNESILOCHVS

Dí te ament, Philóxene.

LYDVS

Hic enim ríte productúst patri:
Ín mare it, rem fámiliarem cúrat, custodít domum:
Óbsequens obédiensquest móri atque imperiís patris.
Híc sodalis Pístoclero iám puer pueró fuit:
Tríduom non ínterest aetátis ut maiór siet:
Vérum ingenium plús triginta ánnis máiust quam álteri.

PHILOXENVS

Cáue malum et conpésce in illum dícere iniusté.

455. *Donatus ad Andr. I 1, 70:* Plautus: 'fortunatum . . . sibi'

Ussingius *Sic totum versum Hermannus transformavit:* Quis illic est homo? LY. Sodalis Mnesilochus gnati tui 454. ille est *libri* 455. fortunatum qui illum eduxit (eduxiti *A.* adduxit *cod. Canonic.*) sibi *Donatus* nicobolum *BDFZ et ante corr. C* 456. Saluus *libri* saluum *libri* 457. dii *FZ* ament *ex* |||oment (doment?) *D.* donent *FZ* productu st *B.* productust *D.* productus est *CFZ* 458. inmari *C* it *FZ.* ut *BCD, nisi quod Camerarius in B* it *correxit* curã D^1: *inde* curāt D^2 459. obediensque (obediens que *B*) est *BCD.* obediensque *FZ* mori *Pius.* more *BCDF.* morę *man. Camer. in B. idem Z* *Post hunc v. inserit Ribbeckius praef. Stichi p. XVIII v. 465 sq. omisso* Nam *et velut tali versu adiecto:* Pol profecto ab adulescente quantum adulescens discrepat: *quem sequitur Fleckeisenus: cf. v. 462 et 465. 466* 460. hic *ex* kic *ras. B* 461. Triduum *libri* inter est *B cum lacuna post* inter *septem litterarum, quarum ultima* m *fuit* (triduum?). inter eos est *Camerarius* ętatis *C.* etatis *BDF* ut *Hermannus.* uter *BCFZ.* iter *D* 462. triginta annis maiust (maius est *CFZ*) *libri: quod firmare conatur Buechelerus de decl. p. 93² improbante Bergkio Beitr. p. 92.* triginta huic annis maiust *Ritschelius simul de* ei *cogitans.* triginta est annis maius *post Bothium Hermannus.* triginta maiust annis *Scaliger, Guyetus, Ritschelius Proleg. Trin. p. CXCV.* huic *post* Verum *inserebat Dousa ms. cum Lambino* maius quam alterist *Fleckeisenus* *Post hunc v. inserit v. 465 sq. Ussingius: cf. 459 et 465* 463. malo *Scaliger, Bothius: 'nescio an vere' Ritschelius addit* conpesce BD^3. conpeste D^1. compesce *CFZ.* comperce *Dousa, Dacerius in Fest. p. 387 Lind. (ut Poen. 350), Iordanus Beitr. p. 139: at cf. Langenus p. 292* *Ante* tace *ras. 4 litterarum B*

LYDVS

Tace:
Stúltus es qui illí male aegre pátere dici quí facit.
(Nám illum meum malúm promptare málim quam peculium.

PHILOXENVS

Quídum?

LYDVS

Quia, malúm si promptet, ín dies faciát minus.)

MNESILOCHVS

Quíd sodalem meúm castigas, Lýde, discipulúm tuom?

LYDVS

Périit tibi sodális.

MNESILOCHVS

Ne di sírint.

LYDVS

Sic est út loquor:
Quín ego quom períbat uidi, nón ex audito árguo.

MNESILOCHVS

Quíd factumst?

LYDVS

Meretrícem indigne déperit.

MNESILOCHVS

Non tú taces?

LYDVS

Atque ea acerrume aéstuosa absórbet, ubi quemque áttigit.

471. *Vix huc spectat glossa quam Loewius Prodr. p. 287 adfert Placidi p. 12, 1 ed. Deuerl.*

---

464. '*Mirer ni accentuum concinnitati sic potius poeta consuluerit:* Stúltus es, qui mále illi dici aégre patere, quí facit' *Ritschelius Ceterum hunc v. suo loco omissum in margine posuit B, ubi nunc* facit *abscissum* egre *BCDF* pateret *D* quifacit (f *inter scribendum ex* q *facta) D* 465. 466. '*Bonos alioqui versiculos, sed hic mire frigidos, ut suppositicios notavit Guyetus' Ritschelius. eosdem ex alia recensione repetit Anspachius p. 26* 465. promptare *CFZ*. promtare BD^2. prom·tare *(quod fuisse videtur Ritschelio* promitare*)* D^1 peculum D^1*: corr.* D^2 466. Qui dum *B* promtet *B*. ppromtet *D* (p *exp. m. 3)* 467. sosodalem *C*. sosodalem (so *exp. m. 2) D* lide *CD* tuum *libri* 468. disirint *D*. di sirint *(et sup. v.* al na, *h. e* aliter sinant*) B*. deserint *C*. difruit *F*. dixeris *Z* 469. quom *F*. qum *B*. qtum *D*. cum *CFZ* audito B^1*:* auditu *fecit* u *sup. scripta* B^2 470. factum est *libri* 471. Atque ea acerrume aestuosa *Ritschelius addens:* '*nisi* Ac quae acerrume aestuosa

MNESILOCHVS

Vbi ea mulier hábitat?

LYDVS

Hic.

MNESILOCHVS

Vnde ésse eam aiunt?

LYDVS

Éx Samo.

MNESILOCHVS

Quaé uocatur?

LYDVS

Bácchis.

MNESILOCHVS

Erras, Lýde: ego omnem rém scio
Quemádmodumst: tu Pístoclerum fálso atque insontem árguis.
Nám ille amico et béneuolenti suó sodali sédulo
Rém mandatam exséquitur: ipsus néque amat nec tu créduas.

LYDVS

Ítane oportet rém mandatam gérere amici sédulo,
Vt ipsus in gremio ósculantem múlierem teneát sedens,

---

476. *Festus Pauli p. 60*: Creduas credas. Plautus: 'ipsus . . . creduas.' ipsus pro ipse

---

audebis': quod recepit Fleckeisenus. Atque acerrume ae(c *sup.* e)stuose *B.* atque acerrumea est uos *C.* atque acerrum ea ẽ uose *D.* Atque acerruma ea est: uos *F.* Atque acerrime uiros ea *Z.* Atque acerrime ac aestuose *Camerarius.* Atque acerrime ea est, uiuos *Gulielmio duce Acidalius.* At quae acerrime atque aestuose *Lambinus.* Atque acerrime est uiuosque *Guyetus.* Atque acerrumam: aestuose *Bothius.* Atque quae acerrume, aestuose *Hermannus.* Atque acerrumo aestu uos *Fritzschius Anal. Pl. (a. 1846) p. 5.* Quae *pro* Atque *iam Bentleius:* At quae *Muellerus Pros. p. 438* queque *CDF* 472. esse eam *Guyetus.* eam esse *libri* 473. Que *D.* Quis *Fleckeisenus Epist. cr. p. 27* lide *BC* 474. Quem admodumst *B.* Quem admodum st *D.* quemadmodũš *C.* quemadmodum est *FZ* 475. beniuolenti suo C^2. beneuolentis uo D^1: *corr.* D^3 476. *Ita A, nisi quod* MANDATAMEXSEQUITURIPSUS *et* NETU exequitur *FZ* ipsius *C* nec amat *libri praeter A, Paulus* nec *libri praeter A, Paulus. cf. Gepperti Stud. Pl. II p. 36* creduas *DF cum A, 'prisca exemplaria' Pii, Paulus.* credas *(sed* u *sup* a *addita) B.* crederas *C.* creditas *Z* *De v. 477—488 egerunt Brachmannus p. 129 (ex cuius sententia 477—478. 481—485 = 479. 480. 486. 488 sunt deleto v. 487), Anspachius p. 27 (qui sequitur Brachmannum nisi quod v. 487 retinet), P. Weisius p. 59 sqq. (cui omnia optime cohaerere videntur). cf. Langenus 'Phil. Rundschau' vol. I (a. 1881) p. 434. mihi v. 484 sq. suspecti sunt una cum verbis extremis v. 483, item v. 479* 477. *Ita A, nisi quod* ITANEOPORTET *et* AMICISEDULO gerere] agere *B* 478. Vt ipsus *B cum A.* Vt ipsius *CD.* Et ipsius *FZ.* Ipsus ut *Pylades.* Ipse

(Núllon pacto rés mandata pótest agi, nisi idéntidem)
Mánus ferat ad éius papillas, lábra a labris nusquam aúferat?
Nám alia memoráre, quae illum fácere uidi díspudet:
Quóm manum sub uéstimenta ad córpus tetulit Bácchidi
Mé praesente néque pudere quícquam: (quid uerbis opust?
Míhi discipulus, tíbi sodalis périit, huic suos fílius:
Nám ego illum perísse dico, quoí quidem periít pudor.)
Quíd opust uerbis? si ópperiri uéllem paulispér modo,

---

481. *Charis. p. 198, 8:* Dis pro ualde Plautus in Bacchidibus: 'nam illa ... dispudet'

---

ut *Hermannus* ingremio osculantem *D.* DEO(DEO *incertissimae*)SCULANTEMINGREMIO *A* TENEATSEDENS *A* 479. Nullon B^2DF. Nulloñ *C.* Nullo B^1Z. NULLO(NUL *incertissimae*) *A* pactores *D* potis *Bothius, Bentleius* IDENTIDEM *A.* itidem *C* 480. *De versus syntaxi suspecta cf. Langenus p. 50* Manus ferat ad eius papillas *scripsi.* MANUSFERAT . . . . . PAPILLAS *A, ubi lacunam explet* contra*: quod tamen recte reiecit Anspachius p. 27.* Manus (u *e corr. D*) ferat ad papillas *BCDFZ: quod defendit Ritschelius coll. Proleg. Trin. p. CXLII.* Manus suas ferat ad papillas *Anspachius l. s. s.* Ad papillas manus ferat *Weisius, Brixius de pros. p. 37, Fleckeisenus.* Manum ad papillas adferat *Muellerus Pros. p. 200* labra *insequente lacuna 5 litterarum B.* aut labra *Ritschelius.* nisi labra *Ussingius* nunquam *Bothius* auferat] ateferat D^1: *corr.* D^2 *Totum versum sic formavit Hermannus:* nisi item manus ‖ Ad papillas adferat, labra a labris nusquam auferat *et sic Buggius Philol. t. XXX (a. 1871) p. 652*: Manus ferat ad papillas, a labellis labra n. a. 481. Nam alia *libri cum A, nisi quod* Namq, *manus recens in B.* Nam illa *Charisius.* Nam alia me *cum Bothio Hermannus: cf. Proleg. Trin. p. CCXXV* QUAEILLUM *A.* que (quē *C*) illum *CD* FACERE *A* DISPUDET *A.* disputet *C.* dispudet, et *ex corr. B* 482. Quom *F.* Qum *B.* Cum *reliqui cum A* manu *D cum A.* manus *Anspachius l. s. s.* UESTIMENTA *A* CORPUS *A* tetulit *C cum A, 'prisca exemplaria' Pii, Lambinus.* detulit *BDFZ* BACCHIDI(CHIDI *incertissimae*) *A* 483. presente *B* QUICQUAM *A* opust *BD.* opus est *CFZ.* OPUS- *apparere visa sunt in A* 'Quid uerbis opust *huc irrepisse e v. 486 videntur atque aliud quid loco movisse, velut* neque pudere quicquam factis prodidit' *Ritschelius optime* 484. MIHI *A* DISCIPULUS *A.* dispulus *B* TIBI *A* huic suos *Muellerus Nachtr. p. 131.* huic *libri cum A.* huice *Ritschelius Proleg. Trin. p. CLXXIII cum Hermanno: cf. Schmidtius de pron. demonstr. p. 48 sq. et 57* 485. DICO *A.* dico *BCDF.* duco *Z* cui *libri cum A* E(*vel* I)QUIDEMPERIIT *A* *V. 486—488 solos uncis inclusit Ussingius: versum 487 ex interpretamentis conflatum censet Loewius* 486. OPUST *A. idem BCD.* opus est *FZ* uelbis *B ante corr.* SIOPERIRI *litteris omnibus praeter* IRI *incertissimis A.* si operiri BD^3F

Vt opinor illius ínspectandi mi ésset maior cópia,
Plús uidissem quám deceret, quám me atque illo aequóm foret.

MNESILOCHVS

Pérdidisti mé, sodalis. égone ut illam múlierem
Cápitis non perdám? perire mé malis malím modis.
Sátin ut quem tu habeás fidelem tíbi aut quoi credas, néscias?

LYDVS

Víden ut aegre pátitur esse gnátum corruptúm tuom,
Suóm sodalem, ut ípsus sese crúciat aegritúdine?

PHILOXENVS

Mnésiloche, hoc tecum óro ut illius ánimum atque ingeniúm regas.
Sérua tibi sodálem et mi autem fílium.

MNESILOCHVS

Factúm uolo.

487. Vt opinor illius *libri cum A: quod corruptum est.* Vt illi illius *Ritschelius* opinor *ex versu proximo invectum esse suspicatus: cf. Opusc. vol. II p. 697 sqq.* Vt opinor si illum *Hermannus.* Vt opino illius *Spengelius T. Macc. Pl. p. 64.* Aut inopinato *exspectabat Bothius.* Vt opera illius *Buechelerus teste Anspachio p. 27.* Vt opinor illi *Vahlenus Hermae vol. XV (a. 1880) p. 260* mihi *libri* 488. uiderem *Guyetus* miser opinor quam me atque illo *Fleckeisenus.* opinor quam med atque illoc *Ritschelius* opinor *e superiore versu ascito. cf. Ritschelius Opusc. vol. II p. 697 sqq.* illo] illi *'codices antiquiores' Pii.* eo *Guyetus* equm *BD.* ęquum *C, man. rec. in B.* equum *F.* aequum *Z.* dignum *Guyetus* 489. ego ne *B.* EGON *A* ut illam mulierem *Pylades.* illam mulierem *BCDFZ: idem ut vid. A, sed litteris praeter ultimas tres incertissimis* 490. *Ita A, nisi quod* MODIS *Post* perire *rasuram circa 6 litterarum B* 491. SATINEUTQUEM *litteris* EUTQUE *incertissimis A* HABEAS *A* Satin] Itan *Guyetus* quem habeas tibi fidelem *Ritschelius.* quem fidelem tu habeas *Hermannus* tibi aut *libri, nisi quod* tibi *om. Z et* AUT *litterae incertae in A: cf. Buechelerus de decl. p. 113². an* tibi*?* cui *BDFZ et ut vid. A. om. C* credas nescias *in A legi nequeunt* nescis (*et* a. s. i) *B* Satin ut quem habeas tibi fidelem aut quoi tu cr. n.? *Muellerus Pros. p. 386* 492. ęgre *C.* egre *BDF*

patiatur *F* ESSEGNATUM *A, sed ut litterae* EGNATUM *incertissimae sint: atque ita post Bothium Hermannus.* gnatum esse *BCDFZ.* gnatum tam esse *Muellerus Nachtr. p. 87* *Post* GNATUM *in A nihil legi potuit* correptum *C ante corr.* tuum *libri* 493. *Post* ipsus *in A nihil apparuit nisi quod* AEGRITUDINE *in fine videtur fuisse* Suum *libri* sese cruciat *C.* sese cruciatur *DZ.* sese excruciatur *F.* secruciat *B.* sese excruciat *Muellerus Nachtr. p. 88* ęgritudine *C.* egritudine *BDF* 494. PH. *om. D* MNESILOCHE *A* UT *A, quod post* ingenium *transposuit Hermannus: vulgatum ordinem tenuit Bentleius in Adelph. III 1, 10* ATQ·INGENIUMREGAS *(litteris* TQ·IN *incertissimis) A* 495. *Ita A, nisi quod* autem *omittit* mi autem *Hermannus.* mihi *libri cum A* tibi simul sodalem et gnatum mihi *Guyetus: atque*

LYDVS

Méliust multo mé quoque una sí cum hoc hic relíqueris.

PHILOXENVS

Ádfatimst. Mnesíloche, cura et cóncastiga hominém probe.
[Quí dedecorat té me amicum atque álios flagitiís suis.]
Ín te ego hoc onus ómne inpono. Lýde, sequere hac mé.

LYDVS

Sequor.

MNESILOCHVS

Inimíciorem núnc utrum credám magis
Sodálemne esse an Bácchidem incertum ádmodumst.

---

simul *intercidisse videtur etiam Haulero Stud. Vindobon. vol. IV p. 323* *V. 496—499 hoc ordine A exhibet, sic dispositos B cum reliquis: 499. 496. 497. 498* 496. Meliust (= M. erit) multo *scripsi duce Muellero Pros. p. 251.* Melius esset *libri praeter A.* MELIUSMULTO *A, Ritschelius* si cum hoc hic *scripsi.* SICUMHOC *A.* si cum (sicum *CD)* illo *BCDFZ, nisi quod post* illo *aliquantulum crasum in B.* hic cum illo *Ritschelius.* cum illo si *Hermannus.* cum illoc hic *Fleckeisenus., Muellerus Pros. p. 251* reliqueris *scripsi ex A (in quo pro* E *secundo loco etiam* I *legi potest).* relinqueres *BCDFZ, Ritschelius.* relinquier *Muellerus l. s. s.* Melius . . . una hic cum illo te relinquerest *idem Muellerus eodem loco. an* melius esset multo me quoque una si relinqueres? 497. Adfatim est *BCDFZ, nisi quod* adsatim est *D*¹ *(corr. D*³*) et* affatim est *F.* ADFATIM *A* *Pers. Lydi ante* Mnesiloche *add. Hermannus* cura et] CURAT *A* Adfatim Mnesilocho curaest. Lyd. *Ritschelius.* Adfatim Mnesilocho est curae. Lyd. *Ussingius.* Adfatim Mnesilocei curast *Buechelerus de decl. p. 5* congastiga *D*¹*:* o *sup.* g *1 add. D*²*:* c *sup.* o *D*³. castiga *FZ* *V. 498 uncis inclusi ut fictum e 377. 380* *Ita A, nisi quod* DEDECORATTEMEAMICUM *et* FLAGITIIS Quidedecorat *D* te me amicos atque *libri praeter A.* me te amicum atque *Ritschelius.* te me amicosque *Camerarius, Bentleius* aliis *in* alios *corr.* o *supr. scripta D* 499. *Ita A, nisi quod* SEQUERE Inte *BD* ego] ergo *libri praeter A, Mahlerus p. 19* onus hoc *Ritschelius cum Hermanno* impono *Z.* inpone *B.* impone *CDF*

Act. III scaena 4 *Novam scaenam ordiuntur libri* MNESILOCVS ADOLESCENS *inscriptam in B,* MNĒ adol. *in D*², Mnesilochus adolescens *in FZ (nisi quod* adul. *F), inscriptione carentem in C. unius v. intervallum est in A: contra Ritschelium qui hanc scaenam cum antecedente coniungit cf. Spengelius 'Sitzungsberichte der bayr. Acad.' 1883 p. 274* 500. MNESILOC' *praem. C,* M *D*² *Ita A, nisi quod* INIMICIOREM *et* UTRUM Immitiorem *B.* Immitior c̃ *D.* mmitior c̃ *cum spat. init. C.* Amiciorem *Z, Dousa.* In uitio *F, cod. Scaligeri, duo libri Lambini. verum inuenit iam Lambinus* Non uideo nunc utrum credam amiciorem magis *e cod. affert Sambucus.* Amissiorem nunc utinam credam magis *adscripsit Scaliger* 501. ESSEANBACCHIDEM *A* sodalem ne *B* admodum

Illum éxoptauit pótius? habeat: óptumest.
Ne illa íllud hercle cúm malo fecít suo:
Nam míhi diuini númquam quisquam créduat,
Ni ego íllam exemplis plúrumis planéque—amo.
Ego fáxo haud dicet náctam, quem derídeat:
Nam iám domum ibo atque—áliquid subrupiám patri. 507a
Id istí dabo. ego istanc múltis ulciscár modis. 507b
Adeo égo illam cogam usque út mendicet — méus pater.
Sed sátine ego animum ménte sincerá gero,
Qui ad húnc modum haec hic quaé futura fábulor?
Amo hércle opino, utpóte quod pro certó sciam:
Verúm quam illa umquam dé mea pecúnia

---

st *B*. admodum ẽ *DF*. est admodum *Z* 502. *Ita A, nisi quod* EXOPTAUIT *et* OPTUMUMEST optume st *B, Bentleius in Phorm. III 2, 30.* optũ ẽ *D*. optumum est *F*, *Pylades.* opertum est *Z* *In v. 503—519 duplicis rec. vestigia esse statuit Kiesslingius Anal. Pl. p. 18 (503* c. malo fecit suo. *506—514 = 503* c. malo fecit meo. *504. 505. 515—519. 512. 513. 519a—519c), non male, quamvis contra disputet Brachmannus p. 84 sqq. de duplici recensione cogitat etiam Anspachius p. 30 (503. 504. 505.* Sed autem quam illa umquam ex meis opulentiis Ramenta fiat grauior aut propensior, Moriri memet malim excruciatum inopia. *515—519 = 503. 506 — 514). Ussingio v. 506 — 511 additicii videntur: cf. Tidskrift for Filologi vol. V (a. 1880) p. 59* 503. illa illud *BCDZ*. illa haud *F*. ILLAID *A* HERCLE *A*. ercle *D*. hrecle *Z* FECIT *A* suo *A, Dousa, Pareus ed. tert., Hermannus.* suo meo *BCD*. summo meo *FZ*. meo *post Pyladem Fritzschius Anal. Pl. (a. 1846) p. 5, Brachmannus p. 82: cf. 503—519* 505. NI*(vel* E*) A* EXEMPLIS *A* plurimis *FZ* 506. HAU *A*. haud *reliqui* nanctam *Fleckeisenus* derideat *BCDFZ*. DELUDERE*(vel* I*)*T *A*. deluserit *Ritschelius sic in A esse testans Versum deleri iubet Brachmannus p. 83 Pro 507—509 unum v. exhibet A hunc:* NAMIAMDOMUMIBOATQ·UTMENDICETMEUSPATER 507a. ibo domum *D* surrupiam *BCD*. subripiam *FZ* 507b. *Versum qui Hermanno e glossematis consutus videbatur omisit Ritschelius: at non prorsus abhorret a totius loci ratione* ulciscar] lc *e corr. B* 508. Adeo illam *Bothius* usque] *cf. Langenus p. 141, qui propter hanc vocem totum v. expellit* pater meus *ante corr. B* meus mendicet pater *Hermannus* 509. SATINE *A*. satin D^3*FZ* animi mentem sinceram *Lipsius Ant. lect. II 15* 510. Quiadhuc *ante corr. B:* n *add. eadem man. s. v.* quiahunc *et* d *s.* a *D:* d *paullo distinctius expressit m. 2* hęc *C*. hec *D* quę *C*. que *D* futura] futtilia *Teuffelius Nov. annal. vol. CXIII (a. 1876) p. 539: cf. Brachmannus p. 85 adn.* 511. ercle *D* opino ut pote quod pro *Weisius, Ritschelius in adn.* opinor utpote quod pro certo *(*procerto *B) libri cum A.* opinor ut quod pro certo *Ritschelius edidit cum Hermanno.* opinor ut pote quod *Bothius cum Camerario* 512. UERUMQUAM *A cum*

Raménta fiat plúmea propénsior,
Mendícum malim méndicando uíncere.
Numquam édepol uiua me ínridebit: nám mihi
Decrétumst renumeráre iam omne aurúm patri.
Igitúr mi inani atque ínopi subblandíbitur
Tum, quóm blandiri níhilo pluris réferet,
Quam si ád sepulcrum mórtuo narrét logos.
[Sed autem quam illa umquam meis opulentiis 519a

---

513. *Nonius p. 222:* Ramenta generis neutri ut saepe. feminini Plautus: 'ramenta . . . propensior'

---

reliquis, nisi quod Verum antequam *F*. Set autem quam *Ritschelius cum Hermanno e v. 519a* UNQUAM *A ut C* de mea (demea *B*) pecunia (peccunia *D*) *BCDFZ*. de meis opulentiis *Ritschelius cum Hermanno e v. 519a: cf. Langenus p. 105* 513. FIAT *A cum reliquis.* fiam *Nonius* plumia *Z.* plumbea *Nonius, probantibus Ussingio, P. Weisio, aliis* PROPENSIOR *A* 514. MENDICUM *A* MENDICANDO *A* UINCERE *A.* uiuere *Sambuci codex, Pylades: quod probans Scaliger* Mendicus *proponebat* 515. uiua me *ACDZ.* uina me *F.* uiua *B, ubi* uiua me *man. Camerarii.* uiuom *Ritschelius* inridebit *B cum A.* irridebit *reliqui* 516. decretumst *C.* decretum st *B.* decretum est *DFZ cum A* re numerare *D.* remunerare *CFZ* OMNEM *A* 517. IGITUR *A.* gitur *C* mihi *libri cum A* INANI *A* subblan(u *s. v.*)dibitur *B.* sublandibitur *F* 518. Tum quom blandiri nihilo pluris referet *Brachmannus p. 83.* TUMQUOMNIHILOPLURISMIHIBLANDIRIREFERT *A.* Tum cum mihi nihilo pluris referet *reliqui, nisi quod* quom *F,* eum *Z,* nichilo *D exhibent et ante* nihilo *littera erasa est in B.* Quom mihi blandiri nihilo pluris referet *Niemeyerus de Plauti fab. rec. dupl. p. 37 et ante eum, nisi quod* nihili *scribit, Kochius Ind. phil. vol. V (a. 1873) p. 90.* Tum quom nihilo plus ad suam rem illut referet *Ritschelius.* Tum quom illut nihilo plus ad suam rem referet *Brugmannus p. 35.* Tum cum mea illud nihilo pluris referet *Camerarius.* Tum cum mea mihi nihilo pluris referet *Haasius in Reisigii Schol. gramm. p. 388, Fleckeisenus Exerc. p. 16.* Tum quom sibi ea res nihilo pluris referet *Pylade duce Bothius.* Tum quom nihilo plus ad meam rem refferet *Hermannus. cf. Parerg. p. 421 et Proleg. Trin. p. CCXXI* 519. sepulcrum *B.* sepulchrum *reliqui cum A* NARRETLOGOS *A (idem vel* NARRES *teste Studemundo 'Abh. d. 36. Philol.-Vers.' p. 53).* dicat iocum *reliqui.* dicat logos *Hermannus.* dixit logos *Ritschelius de A errans.* narret iocos *quasi ex A Geppertus* *V. 519a—519c om. A: eosdem damnat Guyetus adiuncto v. 511, quo versu servato Ritschelius eum sequitur Parerg. p. 422, cum in editione Hermanno assentiatur: cf. v. 512. aliam viam ingressus Osannus Anal. cr. p. 201 v. 512—516 = 519a. 519b. 519c. 520 esse voluerat. de Anspachii sententia vide ad v. 503—519. omnia concoxit formula mira excogitata P. Weise p. 46 sqq. de glossematis a nescio quo in versus redactos cogitavi Actor. Soc. philol. Lips. vol. VI p. 236 ac ne nunc quidem audeo retractatori talia attribuere* 519a. *Cf. v. 503—519*

Ramenta fiat grauior aut propensior,
Mori me malim excruciatum inopia.]
Profécto stabilest mé patri aurum réddere.
Eadem éxorabo, Chrýsalo causá mea
Patér ne noceat neú quid ei suscénseat,
Mea caúsa de auro quód eum ludificátus est.
Nam illi aéquomst me consúlere, qui causá mea
Mendácium ei díxit. uos me séquimini.

Sed antequam *FZ* unquam *CD* 519c. Mori me malim misera excruciatum inopia *ms. Schobingeri, Pylades.* Mori me mauelim e. i. *Camerarius.* Mori mala me malim e. i. *Lambinus.* Moriri malim med e. i. *vel* Moriri malim excruciatum me inopia *Bothius.* Moriri memet malim e. i. *Anspachius l. s. s. cf. Langenus p. 82* 520. STABILEST *A.* stabile est *reliqui* PATRI *A* arum *C* 521. Eodem *F* chrisalo *BCD* mea causa *Z* MEA *A* *V. 522. 523 in unum contrahit Brachmannus hunc:* Pater ne noceat quod eum ludificatus est 522. ei *BCDFZ.* EO *A* SUSCE*(vel* I*)*NSEAT *A.* succenseat *F.* subcenseat *Z* 523. EST *A* *Versum delet Kiesslingius Anal. Pl. p. 18* 524. illi *BCDFZ.* EI *A* ęquūst *CZ.* equum st *BD.* AEQUOMEST *A.* equum est *F* 525. Mendatium *B* EI *A. om. reliqui.* illud *Hermannus cum Reizio.* nunc *vel* iam *Bothius.* modo *Kampmannus de reb. mil. Pl. p. 17* *Ante* uos *rasura unius litt. in B* ME *A*

ACTVS III

PISTOCLERVS

Rébus aliis ánteuortar, Bácchis, quae mandás mihi:
Mnésilochum ut requíram atque ut eum mécum ad te adducám simul.
Nám illud animus méus miratur si á me tetigit núntius,
Quíd remoretur. íbo ut uisam huc ád eum, si fortést domi.

MNESILOCHVS. PISTOCLERVS

MNESILOCHVS

Réddidei patrí meo omne aurum. núnc ego illam mé uelim
Cónuenire, póstquam inanis súm, contemptricém meam.

Act. III scaena 5 PISTOCLERVS ADOLESCENS *BF.* Pistoclerus *Z. om. CD. unius versus spatium A. scaenas 5 et 6 coniunxit Ritschelius cum A: at cf. A. Spengelius 'Sitzungsberichte der bayr. Acad.' 1883 p. 283* 526. PISTOCLER' *praem. CD* ebus *C* anteuortar *CF.* ante uortar *D.* anteuortat *Z.* ante uertar *praecedente trium litt. lacuna B.* ANTEUERTAR *A.* anteuortam *Scutarius.* anteuortas *codd. Pii* quę *C* 527. UṬ *A* ADQ· *A* aducam *(altera* d *addita s. v.) B* SỊMUL *A* 528. Nam *BCDFZ.* NUNC *A, Ussingius* ILLUD*(vel* T*) A* ANỊMUS *A* MIRAṬUR *A* si a me *(*si ame *B.* siame *D) BCDFZ: atque* SIẠME *in A legit Loewius, ubi* SIIAM *exstare testatur Studemundus 'Verhandlungen der 36. Philologenversamml.' p. 65* TEṬIGIṬ *A.* te tegit *B*[1]*: corr.* i *supra scripta B*[2] nuntius *F cum A.* nuncius *reliqui* 529. REMORETUR *A, Bentleius in Eun. III 4, 7 et Heaut. I 1, 18.* remoratur *BCDFZ* IBOUT *A.* ibo et *BCDFZ* forte est *libri cum A*

Act. III scaena 6 MNESILOCVS PISTOCLERVS ADOLESCENTES *B.* MNESILOCHVS PISTOCLERVS ADOLESCENTES DVO *F.* Mnesilochus. Pistoclerus *Z. om. CD. eandem scaenam continuat cum A Ritschelius: cf. ad III 5* 530. MNESILOCH' *praem. CD* REDDIDEỊ*(vel* IẸ*) A.* Reddidi *BDFZ.* eddidi *C* meo omne *Ritschelius cum Pareo.* oṁe *B.* omnem *D*[1]. omne *D*[3] *cum reliquis:* iam omne *Reizius, Muellerus Nachtr. p. 122.* omne id *Fritzschius Anal. Pl. (a. 1846) p. 6* ego *om. A* 531. POSṬQUAM *A* ỊNANISSUM *A.* inanissum *B*

Séd ueniam mihi quám grauate páter dedit de Chrýsalo:
Vérum postremo ínpetraui, ut né quid ei suscénseat.

PISTOCLERVS

Éstne hic meus sodális?

MNESILOCHVS

Estne hic hóstis quem aspició meus?

PISTOCLERVS

Cérte is est.

MNESILOCHVS

Is ést.

PISTOCLERVS

Adibo cóntra et contollám gradum.
Sáluos sis, Mnesíloche.

MNESILOCHVS

Salue.

PISTOCLERVS

Sáluos quom peregre áduenis,
Céna detur.

MNESILOCHVS

Nón placet mihi céna quae bilém mouet.

PISTOCLERVS

Númquae aduenienti aégritudo obiéctast?

MNESILOCHVS

Atque acérruma.

CONTEMPTRICEM *A* 532. UENIAM *A* grauate *ex* grauote *B* *Ante* pater *rasura 7 litt. B* PATERDEDIT *A*. dedit pater *Fleckeisenus* Set ille ueniam quam grauate mihi dedit *cum Hermanno Ritschelius: cf. Proleg. Trin. p. CLVIII* chrisalo *BD*. crysalo *C*. CRI*(vel* Y*)*SALO *A* 533. impetraui *libri cum A* nequid *BCD* SUSCENSEAT *A*. subcenseat *FZ* 534. Est ne *BD* meus hostis quem aspitio *C* MEUS *A* 535. *Ita A, nisi quod ab initio* CERTEISEST ⌗ ISESTADIBO *A, sed litteris* RTEIS *et* SEST *incertissimis* MN. Is est PI. Adibo contra et contollam gr. *Hermannus* contollam *(quod confirmat A) sumens a Camerario.* MN. is est. adibo contra et tollam gradum *BCDFZ*. MN. Is est. PI. adibo contra. MN. contollam gradum *Acidalius, Goellerus in Truc. p. 68* 536. Pistocleri *notam praem. BCD* SALUUS *A, item reliqui* mnesilochę *D*. mnesilo che *C* Saluus *libri praeter A, ubi teste Loewio* SALUOS *exstare videtur* quom peregre *BF*. cum peregre *CDZ cum A*. peregre quom *cum Hermanno Ritschelius* 537. cęna *C*. coena *Z: item paullo post* *Post* Cena *lacuna duarum litt. e ras. in B* DETUR *A, sed* TUR *litteris admodum incertis.* detur *e* ditur *B* mi *Fleckeisenus: cf. Bergkii Opusc. vol. I p. 84* cęna *C* quę *C*. que *D* 538. Num quę *C*. Numque *D*. *in A litt.* QUAE *apparere visae sunt: quid ante has litteras fuerit dici nequit* aduenienti aegritudo (ęgritudo *C*. egritudo *BDF*) *BCDFZ*. AEGRITUDOADUENIENTI *A*

PISTOCLERVS

Vnde?

MNESILOCHVS

Ab homine quém mi amicum esse árbitratus sum ántidhac.

PISTOCLERVS

Múlti more isto átque exemplo uíuont, quos quom cénseas
Ésse amicos, réperiuntur fálsi falsimóniis,
Língua factiósi, inertes ópera, sublestá fide.
Núllus est quoi nón inuideant rém secundam optíngere.
[Sibi ne inuideatur ipsi ignaui recte cauent.]

MNESILOCHVS

Édepol ne tu illórum mores pérquam meditaté tenes.

---

545. *Charis. p. 205, 5*: Meditate Plautus in Bacchidibus: 'edepol . . . tenes.' in quibusdam non ferunt*: ubi* in quibusdam non feruntur *Ritschelius Parerg. p. 418, cui adsensus est Studemundus 'Festgruss' p. 40 ad v. 545—551 referens. (ad v. 545—547 rettulerat Fritzschius Anal. Pl. (a. 1846) p. 6): at rectissime Keilius de lacuna cogitavit*

---

obiectast *C.* obiecta est *reliqui cum A* ACERRUMA *A, Pius.* acerrume *BCDF.* acerrime *Z* 539. mihi *libri cum A* AMICUMESSE *A, sed litteris praeter* AM *admodum incertis.* antiacum esse *D.* antucū *(ex* antiūcū *rasura factum)* esse *C* antid hac *C.* antidhac D^1. andedhac *cum nescio quo signo* (t?) *sup.* n *B.* anteac *(et* h *s.* e*) sup. scr.* D^3. antehac *FZ. in A proprium occupabat hoc voc. versum: sed legi nil potuit V. 540—551 iam Studemundus 'Festgruss an die Wuerzburger Philologenvers. (a. 1868) p. 42' abesse ab Ambrosiano et retractatori tribuendos dixit: cui obsecutus est Brachmannus p. 90, nisi quod v. 544 et 548 prorsus tollit. Anspachio p. 32 Ambrosiani recensio posterior visa est: Plautinam esse hanc: 539. 540—542. 545. 549. 550. 551. 553. omnia retinet ut solet P. Weise p. 13. mihi de duplici recensione constare videtur: utram priorem dicam anceps haereo: sed inclinat animus in Studemundi vel potius Brachmanni sententiam* 540. uiunt *(*u *s.* i *add. m. 2) B: quod tutatur Kochius Nov. annal. vol. CI (a. 1870) p. 284.* uiuunt *CDFZ* quom *F.* cum *BCDZ* 541. esse *BCD.* tibi *FZ* repperiuntur *B* falsi *Pius.* falsis *libri* falsimoniis *CDF.* falsi||moniis *(erasa* s*) B.* testimoniis *Z* 542. sublesta *Z.* subuesta *(et* rs *sup.* st*) B.* subuesta *DF.* subuecta *C.* subficta *cod. Sambuci, cod. Pauli Stephani ap. Pareum.* sublesti *Acidalius* 543. quoi non inuideant *Dousa, Scaliger.* qui non inuideat *libri* secdm̄ *D ante corr.* optingere *B.* obtingere *reliqui* 544. *Dedi ex librorum scriptura et uncis circumscripsi cum Lachmanno et Brachmanno l. s. s.* Sibimet ne *cum Bothio Ritschelius.* Sibi nec *Kochius Mus. Rhen. vol. XXV (a. 1870) p. 622.* Ne sibi *et mox* ipsis *Acidalius.* Sibi illi ne *Hermannus* ignauia *Hermannus, Ritschelius* 545. MN. *om.* D^1*: add.* D^2 ne tu] tu ne *F.* ne tu *et s. v.* certe *CD* perquam *et s. v.* ualde *CD* meditate *et s. v.* sapienter *CD*

Séd etiam unum hoc: éx ingenio málo malum inueniúnt suo:
Núlli amici súnt, inimicos ípsi in sese omnís habent.
Átque i se quom frústrant, frustrari álios stolidi exístumant.
Sícut est hic, quém esse amicum rátus sum atque ipsus súm mihi:
Ílle, quod in se fúit, accuratum hábuit, quod possét mali
Fáceret in me, incónciliaret cópias omnís meas.

PISTOCLERVS

Ínprobum istunc ésse oportet hóminem.

MNESILOCHVS

Et ego ita esse árbitror.

PISTOCLERVS

Ópsecro hercle, lóquere quis is est?

MNESILOCHVS

Béneuolens uiuít tibi:

---

546. *Post* hoc *interpunxit primus Vahlenus ind. lect. Berol. a. 1880 p. 8* malum malo *post Bothium Hermannus* 547. *Post* sunt *lac. 5 litt. e ras. B* insese *B.* in se *Z* 548. *Hunc v. damnavit Brachmannus p. 91 probante Langeno 'Philol. Rundschau' vol. I (a. 1881) p. 433* i *Ritschelius, ut Trin. v. 17.* ii *B.* hi *DF et C ex rasura, ubi* c *fuerat: om. Z* quom *F.* qum *B.* cum *CDZ* frustrant *Acidalius.* frustrantur *libri, nisi quod* frustantur *B* frustrare *Acidalius* existimant *FZ* 549. sum atque ipsus sum *BCDF.* ipsus sum *Z.* sum aeque ipse ut sum *Brachmannus suasore Ribbeckio p. 92.* aeque ut ipsus sum *Fuhrmannus Nov. annal. vol. XCVII (a. 1868) p. 847* quem aeque esse *(vel* quem esse aeque*)* amicum ratus sum atque ipsus sum *Muellerus Pros. p. 305.* quem aeque amicum ratus sum atque ipsus sum *Teuffelius Nov. annal. vol. CXIII (a. 1876) p. 537 sq.* 550. Ille *B.* ipse *reliqui* inse *B* posset ut mali *ante rasuram D* 551. facere in me *Z.* Facere et in me *Camerarius.* Facere in me et mi *Acidalius* inconciliaret *Ritschelius.* inconciliare *(ex* inconcillare *ras. B et* ł incciliare B^2 *in marg.) BCDZ.* conciliare *F* 552. IM*(vel* N*)*PR *et paullo post* N, *dein in exitu* BITRO *ita ut vix videatur* R *secuta esse A* Inprobum *B.* Improbum *CDFZ* istuc *Z* MN. *om.* D^1*: add.* D^2 Et ego ita esse *Seyffertus Stud. Pl. p. 12 simul de* item *cogitans.* Ego ita esse *libri defensum ab Olseno thes- IV.* Ita ego esse *Ritschelius.* Ita esse ego *Bothius.* Ego ita eum esse *Muellerus Pros. p. 645.* Ego esse ita *post Guyetum Hermannus* 553. O *ab initio, dein post* BSECROHERCLE *litterarum incertissima vestigia* LOQUERE *et in fine* BENEUOLENSUIUITTIBI *A* Obsecro *Camerarius et ut vid. A.* obsequere *BCDFZ* hercle *ex* heccle *B* loquere *libri cum A ut videtur, Ritschelius: cf. Langenus p. 183 sqq.* eloquere *Fleckeisenus, Muellerus Nachtr. p. 3* is *om. Z* MN *om.* D^1*: add.* D^2 bene uolens *B.* beneualens D^1 *(littera* l *incerta) FZ.* boneuolens D^2

Nám ni ita esset, técum orarem ut éi quod possés mali
Fácere faceres.

PISTOCTERVS

Díc modo hominem quí sit: si non fécero
Eí male aliquo pácto, me esse dícito ignauíssumum.

MNESILOCHVS

Néquam homost, uerum hércle amicus ést tibi.

PISTOCLERVS

Tantó magis
Díc quis est: nequam hóminis ergo párui pendo grátiam.

MNESILOCHVS

Vídeo non potésse quin tibi éius nomen éloquar.
Pístoclere, pérdidisti mé sodalem fúnditus.

PISTOCLERVS

Quíd istuc est?

MNESILOCHVS

Quid ést? misine ego ád te ex Epheso epístulam
Súper amica, ut mi ínuenires?

PISTOCLERVS

Fáteor factum, et répperi.

MNESILOCHVS

Quíd? tibi non erát meretricum aliárum Athenis cópia,

---

554. TQUODPOSSESMALI *A in fine, reliquis incertissimis* ne *Z* ut *om. F* ut eii quod posses *Bothius.* ego ut ei quod posses *Guyetus.* ut ei quod potis esses *Hermannus.* ut quod potesses ei *Fleckeisenus praef. Bacch. ed. R. p. XIII* male *Z* 555. QUISITSINONFECERO *apparuerunt in A* siñ *C* faecero *C* 556. IGNAUISSIMUM *apparuerunt in A* esse] etiam *Z* ignauismum *(et si s. v.) C.* ignauissimum *BDFZ* 557. *Incertissimas reliquias litterarum* OST *et* TIBI ⌗ TANTOMAGIS *in A indagasse sibi visus est Loewius* homo st *B.* homo est *reliqui* Hem tanto *Hermannus* 558. DICQUIS *et in fine* PARUIPENDOGRATIAM *A* nequam h. ergo parui *Brixius progr. Brig. (a. 1847) p. 12.* nequam hominis ego parui *libri, ubi* pol ego *Ritschelius.* nam nequam ego h. parui *Hermannus.* homonis nequam ego parui *Teuffelius Nov. annal. vol. CXIII (a. 1876) p. 539 sq.* nequam h. ego perparui *Spengelius T. Macc. Pl. p. 230* 559. UIDEO(DEO *dubiae)*NONPOTESSEQUINTIBIEIUS(TIBIEIU *incertissimae)*NOMENE(ENE *incertissimae)*LOQUAR *A* potesse *BC cum A.* posse *DFZ* eloquar *om. Z* 560. *Ita A: versus qui sequuntur 561—662 interciderunt in palimpsesto* 561. Quid sit *Beckerus in Studemundi Stud. vol. I p. 200 fortasse vere* misi ne *B.* me sine *C* ephoeso *D* epłam *B.* epistolam *reliqui* 562. mihi *libri* 563. Quid? *Angelius, Seyffertus Philol. vol. XXIX (a. 1870) p. 392* Qui *cum libris Ritschelius* merc-

Quíbuscum haberes rém, nisi cum illa, quám ego mandassém tibi,
Éam ut occiperes tute amáre et mi íres consultúm male?

PISTOCLERVS

Sánun es?

MNESILOCHVS

Rem répperi omnem ex tuó magistro: né nega.
Pérdidisti me.

PISTOCLERVS

Étiamne ultro tuís me prolectás probris?

MNESILOCHVS

Quíd amas Bacchidém?

PISTOCLERVS

Duas ergo hic íntus eccas Bácchides.

MNESILOCHVS

Quíd, duas?

PISTOCLERVS

Atque ambás sorores.

MNESILOCHVS

Lóqueris nunc nugás sciens.

PISTOCLERVS

Póstremo, si pérgis paruam míhi fidem arbitrárier,

---

tricum aliárum érat *Ritschelius: cf. Proleg. Trin. p. CCLXXIII* meritricum *corr.* e *supr. scripta C et* abarum *idem exhibet* athaenis *(*ae *in ras.) C* 564. Quibus cum *BD* quam *ex* qum *supr. scripta* a *B* 565. Eam ut occiperes tute *Ussingius.* Occiperes tute *(*Occiperestute *D.* Occiperes tu te *B) libri.* Occiperes tute ipse *Ritschelius.* Ipse occiperes tute *Hermannus.* Tute amare occiperes *et mox* med *Bothius.* Quin occiperes tute *Muellerus Nachtr. p. 123* mi *Ritschelius.* me *libri ut v. 684* 566. sanun es *BD*[3]. sanun es *ex* sanũn es *C.* sanum es *D*[1]*FZ* MN. *om. D*[1]*: add. D*[2] reperi *B* nega] n *e corr. D* 567. Etiam neultro *BD* ꝓlectas *B ut cod. Scaligeri. idem ex* ꝓiectas *D.* proiectas *CFZ* 568. Quid amas Bacchidem? PI. Duas *Camerarius.* Quid amas *(pro* amas *D* duę *et s. v.* amas*)* PI. *(*PI. *om. D*[1]*: add. D*[2]*)* bachidem duas *BCD.* quid clamas? MN. bachidem. PI. Duas *FZ, et nisi quod* amas, *cod. Sambuci, Pylades.* Quid? amas Bacchidem. PI. Duas *cum Scaligero et Hermanno Ritschelius.* Quid, amas Bacchidem? PI. Duas *vulgo.* Quin' amas Bacchidem? PI. Duas *Seyffertus Philol. vol. XXIX (a. 1870) p. 392.* Quia amas Bacchidem. PI. Duas *Ussingius* 569. MN. *om. D*[1]*: add. D*[2] Quid duas *Pylades, Muellerus Pros. p. 176, Seyffertus l. s. s.* Quid duae *(*Quiddue *D) libri, Ritschelius.* Qui duae *Hermannus* sorores *om. FZ* MN. *om. D*[1]*: add. D*[2] 570. Postremo *libri, nisi quod* Posteemo *B ante corr.* Postremo ego *cum Bothio Hermannus* si spergis *Z* paruam *Scaliger, Bentleius in Eun. I 2, 117.* parum *libri*

Tóllam ego ted in cóllum atque intro hinc aúferam.

MNESILOCHVS

Immo ibó: mane.

PISTOCLERVS

Nón maneo neque tú me habebis fálso suspectúm.

MNESILOCHVS

Sequor.

PARASITVS. PVER. PISTOCLERVS

PARASITVS

Ego súm parasitus hóminis nequam atque ínprobi,
Milítis qui amicam sécum auexit éx Samo.
Nunc me íre iussit ád eam et percontárier,
Vtrum aúrum reddat ánne eat secúm semul.
Tu dúdum, puere, cúm illac usque istí semul:
Quae harúnc sunt aedes, púlta: adi actutum ád fores.
Recédin hinc dierécte? ut pulsat própudium.
Comésse panem trís pedes latúm potes,
Forés pultare néscis. ecquis in aédibust?

---

571. Sustollam *Muellerus Pros. p. 30* ego ted *BC*. ego tet *DF*. ego te *Z*. iam te *Hermannus*. ego te hoc *Umpfenbachius Mel. Pl. p. 30* MN. immo ibi *F*. imo. MN. ibi *Z* 572. PI. *om. D*[1]*: add. D*[2] manebo neque me *Hermannus*

Act. IV scaena 1 PARASITVS · PVER · ADOLESCENS *BD*[2]. *om. CD*[1]. Parasitus. Puer *Z*. Parasitus *F* 573. PARASIT' *praem. D* Ego sum parasitus hominis *Muellerus Pros. p. 761.* Parasitus (arasitus *C*. Paratus *corr. in* Parasitus *sup. scriptis* si *D)* ego sum hominis *libri*. Parasitus hominis ego sum *cum Guyeto Ritschelius.* Parasitus ego sum homonis *Usenerus de Pseud. p. 9. hiatum tutantur Fleckeisenus, Spengelius T. Macc. Pl. p. 198, alii* inprobi *CD*. improbi *BFZ* 574. amicam qui *deleto* ex *Guyetus* 575. meire|||| *D*. mei re *C* adeam *BD* percontarier *FZ*. percunctarier *BCD* Nunc me ad eam ille ire iussit perc. *Hermannus* 576. Vtrumne *Z* reddit *D*[1]*: corr. D*[2] semul *BCF*. simul *DZ: cf. Prol. Trin. p. XCVII* 577. puere cum illac *Bothius*. puer cum illa *libri*. puere, qui cum illa *Pylade duce Hermannus. de* iuisti *cogitat Belowius de hiat. Pl. p. 54* semul *BCDF*. simul *Z* 578. quę *D*[2]. que *CD*[1] *F* harunc *Studemundus Nov. annal. vol. CXIII (a. 1876) p. 60.* harum *libri, Ritschelius* edes *CDF* actutum *D*[2]*:* actitcū *ut vid. D*[1] foris *Pareus, Ritschelius* 579. PA. *praem. Z*. PV. *autem post* dierecte Recedin *Bothius*. Recede *libri*. Recede tu *Hermannus* 580. Commesse *B*. cõmesse *C* 581. foris *Ritschelius* pultares *C*[1] *Post* nescis *personae notam* PVER *habent BC*, puer *D*[1], Puer *D*[2], PA. *Z: nullam F* ecquis in aedibust *Ritschelius duce Scaligero* (aedibus est) *post Linde*

Heus, écquis hic est? écquis hoc aperit óstium?
Ecquis éxit?

PISTOCLERVS

Quid istuc? quae ístaec est pulsátio?
Quid est? quaé te mala crux ágitat, qui ad istúnc modum
Aliéno uiris tuás extentes óstio?
Forés paene exfregísti. quid nunc uís tibi?

PARASITVS

Aduléscens, salue.

PISTOCLERVS

Sálue. sed quem quaéritas?

PARASITVS

Bacchídem.

PISTOCLERVS

Vtram ergo?

PARASITVS

Níl scio nisi Bácchidem.
Paucís me misit míles ad eam Cléomachus,
Vel út ducentos Phílippos reddat aúreos
Vel ut hínc in Elatiam hódie eat secúm semul.

---

mannum Nov. annal. vol. XIX (a. 1837) p. 147. ecquis his in aedibus est *BCZ, nisi quod* edibus *B.* hecquis is inaedibus est *D.* ecquis is in edibus est *F* his *defendit* hauscis *reposito pro* nescis *Muellerus Pros. p. 186: quod* hisce *esse debuit: cf. F. Schmidtius de dem. pron. form. p. 18* 582. est hic *F* hecquis *D:* ecqui *Fleckeisenus ep. crit. p. 20* hocaperit *D.* aperit *Guyetus* hostium *DFZ* 583. Ecquis *(*ec quis *C:* hecquis *D) libri.* Ecqui *Ritschelius*

Act. IV scaena 2 *Post* exit *novam scaenam ordiuntur libri, eandem recte continuavit Bothius.* PISTOCLERVS ADOLESCENS *inscripsit* B^1, PARASITVS *addidit* B^2*: om.* CD^1. PIST M̃ PA D^2. Pistoclerus adolescens. Parasitus *F.* Pistoclerus. Parasitus *Z* que *CDF* istec *libri* pultatio *F* 584. Quid est? quae te *Seyffertus.* Qui te *(*Quite *D) BCD.* Quid? quae te *Ritschelius.* quae te *Z.* que te *F.* Pol qui te *Ussingius simul de* Quaenam te *cogitans: cf. Seyffertus Diurn. gymn. vol. XXXIII (a. 1879) p. 470* exagitat *Fritzschius Anal. Pl. (a. 1846) p. 6* quia distunc *C.* ad istunc qui *Acidalius* 585. uiris tuas *BCD.* iuris tui *FZ* hostio *DFZ* 586. Foris *Ritschelius* pene *BCZ.* pone *F* exfregisti *B.* effregisti *reliqui.* ecfregisti *Bothius* 587. adolescens *F* PI. D^2 *in ras. ubi* MNESIL̃ *fuerat: idem tota hac scaena factum. pro* PI. *habet* MN. *C tota scaena* queritas *omnes* 588. Vtran *F.* Vtramne *cum Bothio Ritschelius* *Suspicor aliquid intercidisse* nihil *libri* bachidem *BCD* 589. *Post* Paucis *colon ponit Ussingius* adeam *D* cleomatus *F* 590. philippos *ex* philippios *rasura B* 591. Velut *D* inelatiam *D* '*Pro* elatia *scriptum est* ilecia'*: Pius* semul CD^1F. semel *(et* u *s.* e *post.) B.* simul D^3Z

PISTOCLERVS

Non ít: negat se itúram. abi et renúntia
Alium ílla amat, non íllum. duc te ab aédibus.

PARASITVS

Nimis íracunde.

PISTOCLERVS

At scín quam iracundús siem?
Ne tíbi hercle haud longest ós ab infortúnio:
Ita déntifrangibula haéc meis manibus géstiunt.

PARASITVS

Quom ego húius uerba intérpretor, mihi caútiost,
Ne núcifrangibula excússit ex malís meis.
Tuo ego ístaec igitur dícam illi perículo.

PISTOCLERVS

Quid aís tu?

PARASITVS

Ego istuc ílli dicam.

PISTOCLERVS

Díc mihi,
Quis tú's?

PARASITVS

Illius sum íntegumentum córporis.

---

592. *Parasito continuat C.* PA *praem.* D^1 id *Z* negat se *Ritschelius.* negato esse *libri.* negat esse *Acidalius.* negato *Hermannus, Muellerus Pros. p. 645.* negat eo se *Britzlmayrius progr. Landishut. a. 1867/8 p. 6.* negito esse *Bergkius Opusc. vol. I p. 130* abiet *D.* abei *Kiesslingius Nov. ann. vol. XCVII (a. 1868) p. 629* 593. edibus *BCDF* 594. iracundus sum *Beckerus in Studemundi Stud. vol. I p. 281*

595. Ne tibi hercle *def. post Bentleium in Heaut. IV 2, 1 et Hermannum Op. VIII p. 441 Seyffertus Stud. Pl. p. 5.* Ne tibi pol *Ritschelius cum Fleckeiseno Philol. vol. II (a. 1847) p. 85 collatis Mil. gl. v. 1270 et Proleg. Trin. p. CXXVII.* Tibi hercle *Hermannus in editione* longe est os *(*estos D^1. es tu D^3*) libri* infortuno D^1*: corr.* D^2 os ab infortuniost *cum Fleckeiseno Ritschelius* 596. denti frangibula *BCD.* dentifragibula *Bergkius Opusc. vol. I p. 124, fortasse vere*

hec *D* 597. Quom *F.* Cum *reliqui* interpretor] *mediam* r *litt. ex* i *corr. BD* cautiost *C.* cautio st *B.* cautio est *reliqui.* cauitiost *Fleckeisenus* 598. Ne nuci frangibula *B.* Nenuci frangibula *D.* Ne nūcifrangibula *Z.* Ne nucifragibula *Bergkius Opusc. vol. I p. 124* excusserit *F* ex *add.* D^2*: om.* D^1FZ 599. ergo D^1*: corr.* D^3

istęc *C.* istic D^1*:* istec D^2 600. PI. Dic] M̃ dic D^1*: corr.* D^2*. pers. om. C* 601. tu es *(*tues *D) libri* integimentum *BC et, nisi*

Pistoclervs

Nequam ésse oportet quoí tam integumentum ínprobumst.

Parasitvs

Sufflátus ille huc uéniet.

Pistoclervs

Disrumptúm uelim.

Parasitvs

Numquíd uis?

Pistoclervs

Abeas: céleriter factóst opus.

Parasitvs

Vale, déntifrangibule.

Pistoclervs

Ét tu, integumentúm, uale.
In eum haéc reuenit rés locum, ut quid cónsili
Dem meó sodali súper amica nésciam:
Qui irátus renumeráuit omne aurúm patri,
Neque númmus ullust quí reddatur míliti.
Sed húc concedam: nám concrepuerúnt fores.
Mnesílochus eccum maéstus progreditúr foras.

---

quod e *post. ex* o *inter scrib. corr., D* 602. cui *libri* tam integumentum improbum est *Bothius.* tu integumentum inprobus (impr. *FZ*) es *libri.* tu integimentum improbum es *Lambinus, ubi* probum *Fritzschius Anal. Pl. (a. 1846) p. 6.* tu integumentum sies *Hermannus.* tu integumentum, improbe, es *Gertzius teste Ussingio* Nequam esse oportet scutum: integumentum improbum est *Turnebus Advers. XXIV 11: atque* scutum: integumentum improbust *Scaliger quoque in suo cod. esse testatur* 603. PA. *om. C: item v. 604. 605 personarum notas omnes* PI. *om. CD*[1]*: add. D*[3] dirrumptum *B.* dirrumptum *CD.* diruptum *FZ: cf. Proleg. Trin. p. CII et Neumannus de compos. a dis (di) incip. p. 13* 604. Numquid *Z.* Nunc quid *BCDF, nisi quod* nc *ex corr. C* abeas celeriter *iungebatur ante Hermannum* factost *D.* facto st *BCF.* facto est *Z* 605. Vale denti frangibule *BC.* Valenti (*et* de *s.* en) frangibule *D.* Vale dentifragibule *Bergkius Opusc. vol. I p. 124* intugumentum *ex* integumentum *C* 606. eum haec reuenit *Bothius.* eum nunc haec reuenit *libri, nisi quod* secum *super* eum *et* hec *D*[2]. eum reuenit *Guyetus.* eum haec nunc reuĕnit *Muellerus Nachtr. p. 82.* eum haec deuenit *Gertzius* qui *D*[1]*F: corr. D*[3] consilii *libri* *V. 607—610 in margine habet C* 607. dem meo] deo *Z* 608. ratus *F* remunerauit *Z* 609. ullu st *B.* ullust *CD.* ullus *FZ* 610. crepuerunt *Z* 611. mestus *BCDF.* molestus *Z* pergreditur *Z*

MNESILOCHVS. PISTOCLERVS

MNESILOCHVS

Pétulans, propteruo, íracundo ánimo, indomito, incógitato,
Síne modo et modéstia sum, síne bono iure átque honóre,
Íncredibilis ínposque animi, ínamabilis, inlépidus uiuo,
Máleuolente ingénio natus: póstremo id mist quód uolo aliis.
Credíbile hoc est? nequiór nemost

Act. IV scaena 3 MNESILOCVS PISTOCLERVS ADOLESCENTES *B. om. CD*[1]. MNESILOCHVS *D*[2]. Mnesilochus. Pistoclerus *FZ (nisi quod* c *pro* ch *Z)* '*Miris modis depravatam scaenam cum secundum vulgatam versuum distributionem, quae Camerarium auctorem habet, inde a v. 626 nos olim trochaicis numeris descripsissemus, contra iambicis septenariis Hermannus nuper: ut in tanta opinionum fluctuatione certiore fundamento niteremur, nunc ab ea versuum descriptione profecti sumus quam B servavit. Quam dum tenemus quantum fieri potuit, trochaici prodierunt post tres octonarios continui septenarii undecim' Ritschelius: eandem viam secutus paullo propius ad libros accedere studui. tractaverunt autem numeros post Ritschelium Spengelius de vers. cret. p. 31 (v. 620—625), T. Macc. Pl. p. 158 sq. (v. 620—639), 'Reformvorschläge' p. 343 (v. 612—639): Crainius 'über die Compos. der Pl. Cant.' p. 18 sqq. (v. 612—624): Seyffertus de bacch. vers. p. 10 (v. 615—617), p. 28 (v. 625—627): Studemundus de cant. p. 85 totam scaenam paucis stringens: Muellerus Pros. p. 352 (v. 612—617). a quibus quid sumpserim accurate adnotabitur: quid improbem rarius disertis verbis dicam: nisi quod consentaneum est, quotiens ab Ritschelio recesserim diligenter commemorari De v. 612—614 vide Hermannum Elem. d. metr. p. 92* 612. MNES. etulans *C.* Pecculans *D*[1]. Pectulans *D*[2]. *de* Petulanti *cogitat dubitanter Spengelius 'Reformvorschl.' p. 138* propteruo *BCD: quod obscurare nolui: cf. Bergkius Opusc. vol. I p. 380 et Loewius Gloss. Nom. p. 184: quamvis non nesciam quid contra monitum sit a Kellero 'Wochenschrift für klass. Philol.' a. 1885 p. 433 sq.* proteruo *FZ* iracundod *Ritschelius Nov. exc. p. 75 cum Bothio* 613. Sinemodo *D* honore] iure honore *D.* more *Acidalius* 614. Incredibiles *(et* i *s.* e*) B* imposque *ex* sim postque *B.* impos quę *C.* impos quem *D*[1]*: corr. D*[3] illepidus *FZ* 615. Male uolente *B* genio *Pius, Meursius, Gronovius Lect. Pl. p. 177 Post* natus *rasura 5 litterarum (*natus?*) B* id mihi *(*idm̃ *D) est libri* uolo *CDFZ: idem ex* nolo *corr. B.* nolo *'vetus lectio' Pii: cf. Wolffius de cant. p. 38, Muellerus Pros. p. 352* aliis *Hermannus.* ego esse *(*esse *om. Z)* aliis *BDFZ, ita ut ab* ego *novus versus incipiat in B: item C, ubi verba* ego — nemost *in margine tantum sunt.* ego aliis *Spengelius 'Reformvorschl.' p. 138 V. 616 sq. sic discripsit Ritschelius:* Néquior némo quisquámst, neque indígnior ‖ Quoi dí bene faciánt nec quem homo aút amet aut ádeat *simul verba* credibile hoc est *in v. 623 collocans 'sententia exigente': at cf. Seyffertus de bacch.*

Neque indígnior, quoi di béne faciant neque quém quisquam homo aut amet aút adeat.
Inimícos quam amícos aequómst med habére,
Malós quam bonós par magís me iuuáre.
Ómnibus probris, quae ínprobis uiris
Dígna sunt, dígnior núllus est homo,
Quí patri réddidi omne aúrum amens modo,
Quód fuit praé manu? Súmne ego homo miser?
Pérdidi me ác simitu óperam Chrysali.

---

vers. p. 9 et Spengelius 'Reformvorschl.' p. 37. eosdem octonario et dimetro anapaesticis discripsit Spengelius loco modo commemorato de homo quisquam *vel delenda* aut *voce cogitans. sic olim Hermannus Elem. p. 220 disponebat:* Incrédibilior, nequiór nemo núnc est ‖ Neque índignus, quoí di ‖ Benefáciant, neque quém quisquam *e. q. s.: ad hoc autem exemplum idem in edit.:* Incrédibile hoc ést: nequiór nemo est quoí di ‖ Benefáciant *e. q. s.* 616. hoc est *(*est *om. D^1 FZ: add. D^2) libri* nemo st *B.* nemo est *FZ* 617. quoi dii *Z.* cui dii *F.* quo di *C.* quidi *(et* o *sup.* i *priore) D, ubi* i *priorem expunxit D^2* quispiam *F.* quisque *Z* *De exitu versus molliendo cf. v. 616 sq.* 618. aequomst med habere *Hermannus olim (idem postea* aequom mest habere*): cf. Ritschelius Nov. exc. p. 75.* equust *(*equiûst *D.* equiust *C.* equum est *F.* aequum est *Z)* me habere *libri.* aequomst me habere *def. Seyffertus de bacch. vers. p. 46, Studemundus de cant. p. 44, Bergkius Beitr. p. 51.* habere aequiust me *Fleckeisenus* 619. par magis *(*permagis *D^1 FZ: corr. D^2) libri, Olsenus p. 88.* par magist *Ritschelius* 620. probis *Z* quę *B.* que *CD.* quam *FZ* improbris *B.* improbris *CD.* improbis *FZ* 621. digna est *Z.* dignust *'antiqua exemplaria' Pii* est] aeque est *Hermannus* *V. 622—624 sic discripsit Ritschelius:* Quí patri réddidi quód fuit praé manu. ‖ Crédibile hoc quoípiamst? súmne ego améns homo? ‖ Quí misere pérdidi me átque operam Chrýsali: *sic autem Hermannus:* Quí patri réddidi quód fuit praé manu. ‖ Súmne ego améns homo? ‖ Heí miser, pérdidi me átque operam Chrýsali *(cf. idem Elem. p. 220): quas discriptiones impugnavit Spengelius de vers. cret. p. 32, T. Macc. Pl. p. 159, 'Reformvorschl.' p. 22* 622. reddidi *(sed* di *post. s. v. m. 2) B* *Post* aurum *rasura 3 litterarum B* amens *Saracenus.* amans *libri* modo *addidi: om. libri* 623. pręmanu *B.* prae manis D^1. prae manus D^3. prae manibus *FZ* *Post* ego *rasura 5 litterarum, in qua* miser *fuerat, B* 624. me ac simitu *scripsi.* me atque *libri* chrisali *libri* *Ceterum iambicum dimetrum esse vult Spengelius 'Reformvorschl.' p. 307* *V. 625—627 discripsi cum Spengelio 'Reformvorschl.' p. 344 (ex parte cum Muellero Nachtr. p. 27: cf. Seyffertus p. 28, Studemundus Diurn. gymn. vol. XVIII (a. 1864) p. 548): eosdem sic ordinavit Ritschelius:* Consólandus híc nunc mihíst: ad eum adíbo. ‖ Heús, Mnesiloche, quíd fit? MN. Perii. PI. Dí meliora fáxint. MN. Perii. ‖ PI. Nón taces, insípiens? MN. Taceam? PI. Sánus satis nunc nón. es. MN. Perii

PISTOCLERVS

Consólandus hic mist: íbo ad eum.
Mnesíloche, quid fit?

MNESILOCHVS

Périi.

PISTOCLERVS

Di mélius faciant.

MNESILOCHVS

Périi.

PISTOCLERVS

Non táces, insipiens?

MNESILOCHVS

Táceam?

PISTOCLERVS

Sanús satis non es.

MNESILOCHVS

Périi.
Múlta mala mi in péctore nunc ácria atque acérba eueniunt.
Críminin fidém me habuisse? inmérito iratus tíbi fui.

PISTOCLERVS

Éia, habe bonum ánimum.

MNESILOCHVS

Vnde habeam? mórtuos plurís pretist quam ego sum.

PISTOCLERVS

Mílitis parasítus, qui modo aúrum petere hinc uénerat,

---

625. Consolandus] secum *sup. scr.* D^2 hic mihist *BCDF*. hic mihi est *Z* adeum *BD* *Bacchiacum trimetrum esse vult Christius 'Metrik' p. 422*[2] *V. 626*[a] *et 626*[b] *coniungit B* 626[b]. dii *FZ* meliora faxint *Fleckeisenus Exerc. crit. p. 19* *V. 627*[a] *et 627*[b] *coniungit B* 627[a]. tacens *Z* 627[b]. satine sanus nunc es *Ritschelius in adnot.* 628. mihi in pectore *(*inpectore *B) libri.* mihi in pectóre *defendunt Studemundus de cant. p. 14, Spengelius ad Truc. II 7, 43.* mi in pectorē *Buechelerus de decl. p. 97*[2]. *Ritschelius* nunc *post* acerba *collocat* acri *CDF* acerba eueniunt *Z.* acerua eueniunt *C.* acerbę ueniunt *(et* a e *s.* ę*) B.* acerbi eueniunt *DF* 629. Criminin fidem me habuisse *Bothius.* Criminin me *(*crimini in me *F.* crimin in me *C.* crimini me *Z)* habuisse fidem *libri* immerito *FZ* iratus tibi fui *Fleckeisenus duce Hermanno.* tibi iratus *(*iartus *Z)* fui *libri.* iratus fui tibi *Ritschelius* 630. Eiia B^1 *notabili scriptura.* Eia *ex ras.* B^2. eya *F* habe bonum *Ritschelius duce Hermanno.* bonum habe *libri* mortuos *(et* u *sup.* o*) C* preciist *D.* pretii est *B.* preci ist *CFZ* pluris quam ego sum mortuost *Ritschelius.* pluris mortuos quam ego sum pretist *Spengelius 'Reformvorschl.' p. 344 iambice versum dimetiens* 631. qui

Éum ego meis dictís malis his fóribus atque hac múliere
Réppuli reiécique hominem.

MNESILOCHVS

Quíd mi id prodest, díc mihi?
Quíd faciam? nil hábeo miser: illé quidem hanc abducét, scio.

PISTOCLERVS

Si míhi sit, polliceár.

MNESILOCHVS

Scio dares: nouí. sed nisi ames nón habeam 635
Tibi fídem tantam. nunc ágitas sat tuté tuarum rerum: égone ut opem 636. 637
Mihi férre putem posse ínopem te?

PISTOCLERVS

Tace módo: deus respiciét nos 638

---

modo aurum petere hinc uenerat *Kiesslingius Mus. Rhen. vol. XXIII (a. 1868) p. 423.* modo uenerat aurum petere hinc *libri.* huc modo, aurum petere hinc uenerat *Ritschelius.* aurum uenerat petere hinc modo *Spengelius l. s. s.* 632. eum *sup. scr. C* meis] me his *Z* his *BC*D^3*F*. hic *Z.* is D^1 atque *post* reppuli *F* hac muliere *Ritschelius.* hac *BC.* ac D^2. *om.* D^1*FZ.* hac semita *Ussingius* Eum égo meis dictís malis his fóribus atque hac réppuli *Spengelius l. s. s.* ianua *add. in B man. Camerarii* 633. Repuli *BDZ* reiecique *Ritschelius (postea* homonem *Acta soc. phil. Lips. vol. II p. 462).* reieci *libri, nisi quod* reici D^1*: corr.* D^2 id *sup. scr. C* Quid mi id prodest, dic mihi? *scripsi.* quid mihi id prodest *libri.* Quid id autem prodest mihi *Ritschelius* Reiéci hominem. Quid mi íd prodest? *Spengelius l. s. s.* 634. *Iambos discribit Spengelius l. s. s.* faciam miser? nil habeo *Ritschelius* equidem *Spengelius l. s. s.* *V. 635—640 sic discripsi: quorum in B initia haec sunt:* Si mihi, Sed nisi, Nunc, Ego ne, Tace, Mane*: eosdem sic disposuit Ritschelius:* Pól si mihi sit, nón pollicear. MN. Scío, dares: nouí tuum, ‖ Ét, nisi ames, nunc tíbi fidem habeam tántam quantam máxumam. ‖ Núnc agitas sat túte tuarum rérum, ego ut opem té mihi ‖ Férre putem posse ínopem. PI. Tace modo: áliquis respiciét deus. ‖ MN. Núgae. PI. Mane. MN. Quid ést? PI. Tuam copiam éccum uideo Chrýsalum. *alii ubi hos versus tractaverint supra indicavi: adde Studemundum Diurn. gymn. vol. XVIII (a. 1864) p. 540* 635. mihi sit *Camerarius.* mihist *C.* michist *D.* mihi est *BF.* mihi non est *Z* pollicear *Spengelius T. Macc. Pl. p. 160, 'Reformvorschl.' p. 344.* non pollicear (polliceor *DZ.* policeor *F) libri, ubi* sed dem *supplet Ritschelius* deres *(et* a *sup.* e *prior.) B.* dare D^1*: corr.* D^2. des *Spengelius l. s. s., fortasse vere* 636. 637. sat tute] satrute *C*D^1*: corr.* D^2 Ego ne ut *B.* Ego neut *D.* Egone *Z* 638. posse] ēē posse *D* PI. *om.* D^1*: add.* D^2 deus *BC.* deus *ex* dš D^1. deus *sup. scr.* D^3. deus secundus *FZ*

Aliquís.

MNESILOCHVS

Nugae.

PISTOCLERVS

Mane, máne.

MNESILOCHVS

Quid est?

PISTOCLERVS

Tuám copiam éccam Chrysalum uídeo.

CHRYSALVS. MNESILOCHVS. PISTOCLERVS

CHRYSALVS

Hunc hóminem decet auro éxpendi: huic decet státuam statui ex aúro.
Nam dúplex hodie facinús feci: duplicíbus spoliis sum adféctus.
Erum méum maiorem ut ego hódie lusi lépide, ut ludificátust.
Cállidum senem cállidis dolis
Cónpuli et pérpuli mi ómnia ut créderet.

Post deus *rasura 3 litt. B* respiciet] r *e corr. B* 639. Nuge *libri* PI. Mane] PI. *om.* D^1*: add.* D^2 mane *addidi: om. libri* eccam *(et* u *sup.* a*) B.* eccam *CDFZ* chrisalum *libri*

Act. IV scaena 4 CRISALVS SERVVS·MNESILOCVS PISTOCLERVS·ADOLESCENTES *BFZ, nisi quod* Chrys. *et* lochus *FZ,* adulescentes *F,* adolescens *Z. om. CD* *V. 640—667 tractat Crainius* '*Ueber die Compos. der Pl. Cant.*' *p. 11, v. 640—670 Spengelius* '*Reformvorschl.*' *p. 344, Anspachius l. s. s. p. 35* *V. 640—642, quos trochaeis discripserat Ritschelius, anapaestos esse statuerunt Bergkius Opusc. vol. I p. 674, Buechelerus de decl. p. 11², Muellerus Pros. p. 95, Spengelius* '*Reformvorschl.*' *p. 175 sq.* 640. *Chrys. not. om. CD* unc *C.* Nunc *FZ* huc *Z* statuam statui decet *Ritschelius cum Hermanno* 641. *Versum Plautinum esse negat Anspachius p. 35* duplum *cum Brixio Quaest. p. 43 Ritschelius* duplex feci hodie facinus *Hermannus* spoliamusum *(et* is *sup.* a*)* D^1*: ubi* amu *expunxit* D^3 affectus *libri praeter B* 642. Erum meum maiorem *(vel* Meum erum maiorem*) Muellerus Pros. p. 96:* Erum maiorem meum *libri* Erum ego meum maiorem ut hodie *Bothius* ut ego *libri, nisi quod una litt. erasa post* ut *in D.* ita ego *Ritschelius* ludificatus est *libri* *V. 643—650 ita discripsit Ritschelius praeeunte Hermanno vel Elem. doctr. metr. p. 200 vel in editione* 643. Callidis senem incallidum *Fritzschius Anal. Pl. (a. 1846) p. 6 et* Callidum illum *Crainius p. 11* callidis *(*is *ex* um *C.* i *post. in litura B) BC.* calidis *codex Romanus Longolii* 644. Compuli *libri* pepuli *Z et B ante corr.:* p|||puli *B post corr.* mihi *libri* oma̅ *(*o *ex* u*)* D^1*:* om̅a D^2*:* oi̅a *sup. scr.* D^3 utcrederet *D*

Núnc amanti ero, fílio senis,
Quicum égo bibo, quicum édo et amo,
Régias cópias aúreasque óptuli,
V́t domo súmeret neú foris quaéreret.
Nón mihi istí placent Pármenonés, Syri,
Quí duas, trís minas aúferunt eris.
Nequíus nihil est quam egens cónsili seruos, nísi habet multi-
poténs pectus,
V́t ubiquomque usús siet
Péctore expromát suo.
Nullús frugi esse pótest homo,
Nisi qui ét bene facere et mále tenet.
Ímprobus sit cum ímprobis:
Hárpaget cum fúribus

V. 645 sq. in unum contrahit B 645. senis] secus *Z* 646. *Iambos ante Hermannum agnoverat Ritschelius* Qui cum ego *B* *V. 647 et 648 coniungit B* 647. aureas que *B* optuli *BF.* obtuli *CD.* attuli *Z* 648. quęreret *B.* quereret *D.* adquęreret *C ante ras.* *V. 649—662 tractavit Spengelius T. Macc. Pl. p. 161* 649. *Post* mihi *ras. trium litterarum B* placent isti *CDFZ* siri *D* 650. Quiduas *B* tris *Hermannus.* aut tris *BCD.* aut tres *FZ* eris] suis eris *Hermannus acatalectum efficiens: cf. de hoc v. Spengelius 'Reformvorschl.' p. 115* *V. 651—653 sic discripsit Ritschelius:* Néquius níl quam egens cónsili séruos est, ‖ Nísi is habet múltipotens péctus ut cópias, ‖ V́bicumque usús siet, péctore promát suo*: at vide Studemundum de cant. p. 20 et maxime Spengelium 'Reformvorschl.' p. 23* *V. 651. 652 anapaestis discripsit Spengelius l. s. s. aliter Anspachius p. 35* consilii *CFZ.* consilio *D.* consiliis *B* seruus *libri* *Verba* multipotens pectus *cum sequenti v. iungit B* multipatens *(*a *ex* o *m. 2) B.* multi potens *C* pectus multipotens *Z* *V. 653^a et 653^b coniungit B* 653^a. Vt *addidi duce Guyeto. om. libri* ubicumque *libri* sit *F* 653^b. suo *om. CDFZ* *V. 654—662 e diasceue repetit Anspachius p. 35 duce Brachmanno l. s. s. p. 178 obnitente Paulo Weise l. s. s. p. 45 sq.* 654. *Iambicum feci duce Spengelio T. Macc. Pl. p. 161:* Núllus frugi ésse homo * * * potest *Ritschelius edidit* frui *(et* g *sup.* u*) D* 655. Nisiet *(et* qui *sup. scr.) B* bene facere et male *Ritschelius duce Hermanno.* bene et male facere *libri* *V. 656. 657 et ex v. 658 verba* quod queat *in unum v. contrahit B: quae sic ordinat Spengelius l. s. s.:* Impróbus cum impróbis sit, hárpaget, ‖ Furíbus furétur quód queat 656. Improbus sit cum improbis *Hermannus.* Improbis *(*Inprobis *CDZ.* Improbus *F)* cum *(*quom *F)* improbus *(*improbis *F)* sit *libri* 657. arpaget *BCD.* arpaga *F.* harpaga *Z* cum furibus *Hermannus.* furibus furetur *libri praeter sententiam*

Quód queat. uórsipellém frugi cónuenit
Esse hóminem, pectus quoí sapit:
Bonus sít bonis, malus sít malis.
Vt quaéquest res, animum íta habeat.
Séd lubet scíre, quantum aúrum erus sibi
Démpsit et quíd suo réddidit patri.
Sí frugist, Hérculem fécit ex patre:
Décumam partem eí dedit, síbi nouem abstulit.
Séd quem quaero, óptume eccum óbuiam mihist.

667. *Charis. p. 209, 6*: Obuiam pro obuius . . . Plautus in Bacchidibus: 'oho . . . obuiam'

V. 658 sq. ita distribui: contra sic Ritschelius duce Hermanno: Quód queat. uórsipellem ésse hominem cónuenit: *sed cf. Spengelius 'Reformvorschl.' p. 24 sic scribens:* Vórsipellem cónuenīt esse hómi-nem pectus quoí sapit. *alia temptavit Christius 'Metr. Bemerk.' p. 67* 658. *Cf. 656. 657* Vesipellem *(et* r *sup. scr. m. 2)B* frugi *cum Bothio Ritschelius delevit ut e v. 654 iteratum: at defendi videtur posse talis abundantia: cf. v. 651* *V. 659—661 dochmiacos esse voluit Hermannus* 659. *Verba* Esse hominem *superiori v. adnectit B* *Iambicum feci* *V. 660/61, quem B cum 659 coniungit, dispescit Ritschelius cum Hermanno Elem. d. m. p. 221:* Bonús sit bonís, ‖ Malús sit malís. *iambos agnoverunt cum alii tum Seyffertus de bacch. vers. p. 40, Studemundus de cant. p. 40, Spengelius l. s. s. alia temptavit Anspachius p. 34* malus] mal' D^3 *post rasuram, ante quam quid fuerit non liquet* 662. Vt quaéquest res, animum íta habeat *scripsi.* Vt quę cumq *(*q *sup. v. add. m. 2)* res sit ita animum habeat *B.* utcumque res sit *(*ressit *D)* ita animum habeat *CDFZ: ubi* Vticumque *Hermannus olim.* Vt quaécumque rés est, ita ánimum habeat úsque *Ritschelius.* Vtcúmque rest, animum hábeat *Spengelius l. s. s. 'ceterum etiam licebat sive dochmiacos sive bacchiacos numeros continuare*: Vt quaécunque rést, ‖ Ita hábeat animúm' *Ritschelius. cf. Seyffertus de bacch. vers. p. 8* sit, *pro quo iam Reizius* est *scripsit, defendit Muellerus Nachtr. p. 141* 663. *Ab hoc v. accedit A, ubi v. 663—669 paullulum ab initio remoti sunt* SEDLUBET(LUBET *litteris prorsus incertis) et* SIBI *litteris incertissimis in fine A* 664. DEMP *et paullo post* DSUO *A* et quid *F.* etquid *C.* ecquid *(et* et *sup.* ec *m. 2) B.* ut quid D^1*: corr.* D^2. et quidem *Z* *Cf. Beckerus Studemundi Stud. vol. I p. 192, Fuhrmannus Nov. annal. vol. CV (a. 1872) p. 828, Luebbertus 'der Conjunct. Perf.' p. 51* 665. SIFRUG *ab initio A* frugi est *libri, nisi quod* en *pro* est *F* ercule D^1*: corr.* D^2 666. DEC *ab initio A* Decimam *BCDF* 667. SEDQUEMQUAER *ab initio A* quero *BDF* optume *F.* obtume *CD.* optime *BZ* oho oportune mihi est obuiam *Charisius* eccum *Langenus p. 3.* ecce *libri* mihi est *libri*

Numquí nummi, ere, tibi éxciderunt, quód sic terram optúere?
Quid uós tam maestos trístisque esse cónspicor?
Nón placet nec témerest. etiam quíd respondetís mihi?

MNESILOCHVS

Chrýsale, occidí.

CHRYSALVS

Fortassis tu aúri dempsistí parum?

MNESILOCHVS

Quíd malum parum? ímmo uero nímis multo minus quám parum.

CHRYSALVS

Quíd malum igitur, stúlte, quoniam occásio ad eam rém fuit
Meá uirtute párta, ut quantum uélles tantum súmeres,

V. 668 sq. ita discripsit Ritschelius cum Hermanno: Núm qui tibi nummi éxciderunt, ére, quod sic terrám tacens ‖ Óptuere? quíd uos maestos trístisque esse cónspicor? *Veteris discriptionem tutatur Muellerus Nachtr. p. 123. cf. praeterea Spengelius T. Macc. Pl. 163* *V. 668 coniungit Spengelius 'Reformvorschl.' p. 345: quem sic dispertiunt BCDFZ:* Num qui nummi exciderunt *(*exciderint *F)* ere tibi ‖ Quod sic *(*sit *et* c *sup.* t *C)* terram optuere *(*obtuere *CDFZ). eandem discriptionem A habuit, ubi in priore versu* RUNTERE *et in posteriore medio dubiam* S *Loewius sibi legere posse visus est* ere, tibi exciderunt *Spengelius l. s. s.* exciderunt ere tibi *libri cum A ut vid.* 669. STOSTAMTRIS *in medio v. A* uos tam maestos tristisque *Muellerus Nachtr. p. 123.* uos mestos *(*moestos *Z)* tam tristesque *(*tãquam tristes *Z) BCDFZ.* tam uos maestos tristesque *Spengelius 'Reformvorschl.' p. 345, T. Macc. Pl. p. 163.* maestos uos tam tristesque *idem ibidem* *De* esse *voce delenda cogitat Ritschelius:* tamque tristes *Pius* 670. NONPLACET, dein ESTETIAMQUID *litteris omnibus praeter* EST *et* QUID *incertissimis A* temere est. etiam quid *Bothius.* temerest etiam quin *BC et (nisi quod* temerẽ *D,* temere est *FZ) reliqui.* est temere. eia quin *Acidalius* respondetis mihi *Acidalius.* mihi respondetis *BCDFZ.* mihi respondeas *C* *V. 671. 672 hoc ordine A, Camerarius in editione et in codice vet. numeris 1 et 2 appositis: inverso BCDFZ* 671. *Litterarum* CHRYSALE *perdubiae reliquiae et in medio v.* S *Loewio apparuerunt in A* MN. *om. libri* Crisale *(et* h *s.* r*) B.* CHRISale *D* tuauri *D* 672. QUAMPARUM *in fine A* MN. *om. FZ* Quid *Ritschelius.* Qua *(et* i *sup. a) B.* quia *CDFZ.* Qui *Camerarius.* Quam *Fritzschius Anal. Pl. (a. 1846) p. 7* parum MN. immo *FZ* nimis multo minus quam parum *Ritschelius.* nimio minus multo parum *libri.* nimio minus multo ac parum *Hermannus.* nimio nimis multo parum *Brixius Nov. annal. vol. CI (a. 1870) p. 768. cf. Fraessdorf de comp. p. 10 et Vahlenus 'Monatsberichte' a. 1881 p. 349* 673. REMFUIT *in fine A* CH. *add. Camerarius* malum igitur *Ritschelius.* igitur *libri.* igitur tu *Bothius* qm̃ *B.* quõ *C* 674. PARTAAUTQUAN *suo loco et in fine* SUMERES, *sed hoc litteris incertissimis A* sumeres] m *e corr. B*

Síc hoc digitulís duobus súmebas primóribus?
Án nescibas, quam eíus modi homini ráro tempus sé daret?

MNESILOCHVS

Érras.

CHRYSALVS

At quidem túte errasti, quóm parum inmersti ámpliter.

MNESILOCHVS

Pól tu quam nunc méd accuses mágis, si magis rem nóueris.
Óccidi.

CHRYSALVS

Animus iam ístoc dicto plús praesagitúr mali.

MNESILOCHVS

Périi.

CHRYSALVS

Quid ita?

MNESILOCHVS

Quía patri omne cúm ramento réddidi.

CHRYSALVS

Réddidisti?

---

677. *Huc spectare potest Charis. p. 79, 13:* nam et duriter Terentius dixit et Plautus ampliter: *quibuscum cf. idem p. 195, 12*: ampliter Plautus in * * * pro ample*: cf. Ritschelius Parerg. p. 416*
679. *Non. p. 476:* praesagitur pro praesagit. Plautus Bacchidibus: 'occidi . . . mali' 681. *Charis. p. 209, 26*: oppido pro uero uel statim Plautus in Bacchidibus: 'reddidi . . . oppido'

---

675. G (digitulis) *suo loco A* sic hoc *CDF*. Si hoc *BZ* sumebas duobus digitulis *post Bothium Hermannus* sumaebas *D* prioribus *Z* 676. AN *ab initio A* nescibas *Guyetus.* nesciebas *libri* eius modi *BD* sedaret *B* 677. ERR *ab initio, dein suo loco* CUM *et in fine* AMPLITER *A* at quidem] atqui *Hermannus* cum *BCDFZ* inmersti *D.* immersti *BCF.* immersisti *Z* *De Charisio cf. testim.* 678. POLTUQU *ab initio A* Poltu *D* quam nunc, med *Bentleius in Eun. II 3, 65, Ritschelius Nov. exc. p. 37.* quam nunc me *BCDFZ.* me quam nunc *Hermannus* magis accuses me quam *Umpfenbachius Mel. p. 44* accules *Z* simagis (m *ex* on) *C* 679. OCC *ab initio A* Occidi *Mnesilocho tribuit Dousa, Chrysalo BCDFZ* iam animus *Z.* animis iam *Nonius* stoc *Nonius* presagitur *B* 680. PERII *ab initio A* omnẽ *F* *Versuum 681—685 in A vix ulla littera legi potuit: sed certum est, ibi quoque 5 versus fuisse* 681. CH. *om. D¹: add. D³* Redidisti *B¹: corr. B²* redidi *B¹*: d *add. B²* omne ne *BD.* omne *F* opido *F.* omne oppido *Z* reddidi aurum omne oppido *Charisius* occisisumu's *Kiesslingius Mus. Rhen. vol. XXIV (a. 1869) p. 117*

MNESILOCHVS

Réddidi.

CHRYSALVS

Omnene?

MNESILOCHVS

Óppido.

CHRYSALVS

Occisí sumus.
Qui ín mentem uenít tibi istuc fácinus facere tám malum?

MNESILOCHVS

Bácchidem atque hunc súspicabar própter crimen, Chrýsale,
Mále mi consuluísse: ob eam rem omne aúrum iratus réddidi
Meó patri.

CHRYSALVS

Quid, úbi reddebas aúrum, dixistí patri?

MNESILOCHVS

Mé id aurum accepísse extemplo ab hóspite Archidémide.

CHRYSALVS

Em,
Ístoc dicto tú dedisti hodie ín cruciatum Chrýsalum:
Nam úbi me aspiciet, ád carnuficem rápiet continuó senex.

MNESILOCHVS

Égo patrem exoráui.

CHRYSALVS

Nempe ergo hóc ut faceret quód loquor?

---

682. tibi uénit *ut lenius commendavit Ritschelius Proleg. Trin. p. CCXLV* 683. MN. *om.* D^1*: add.* D^3 suspicabat *Z* chrisale *BCD* 684. Male mi *Ritschelius ut v. 565 coll. Prol. Trin. p. CCXCI et CCCXLVII.* Male *B.* me male *reliqui.* Mi male *Lambinus.* Male me *Hermannus* 685. CH. *om.* D^1*: add.* D^3 redebas *(et* d *sup.* e*) B* 686. *In A ab initio vers. dubiae reliquiae litterarum* MEIDAURUM *exstare visae sunt* Me id aurum *libri.* Id aurum *Camerarius.* Aurum id *Guyetus.* Id me aurum *Kampmannus de AB praep. p. 14* ospite *B.* hoste *(et* pi *sup. scr.) D* archimenide *Z* CRIS. Em *huic versui continuat B, proximi initio posuerunt Ritschelius olim, Hermannus* Hem *libri praeter B, Ritschelius*
687. ISTOCDICTO *ab initio A* de dicto *Muellerus Pros. p. 574* tu dedisti hodie *Fleckeisenus.* dedisti hodie *libri.* dĕdisti (= dedidisti) hocedie *Kochius Nov. annal. vol. CIII (a. 1871) p. 827.* dedidisti hodie *cum Acidalio Ritschelius.* hodie dedisti tu *Hermannus* incrutiatum *CZ* chrisalum *BCD* *V. 688—690 nihil in A apparuit*
688. Nam nisi me aspicet *Z* ad carnuficem *C.* adcarnuficem *B.* ad carnificem *(*adcarnificem *D) DFZ* rapice D^1*:* rapiçet D^2
689. hoc ergo ut *Hermannus:* '*potuerat saltem* ergo hoc uti' *Ritschelius*

MNESILOCHVS

Ímmo tibi ne nóceat neu quid ób eam rem suscénseat.
Átque aegre inpetráui. nunc hoc tíbi curandumst, Chrýsale.

CHRYSALVS

Quíd uis curem?

MNESILOCHVS

Vt ád senem etiam tu álteram faciás uiam.
Cónpara, fabricáre, finge quod lubet, conglútina,
Vt senem hodie dóctum docte fállas aurumque aúferas.

CHRYSALVS

Víx uidetur fíeri posse.

MNESILOCHVS

Pérge, ac facile ecféceris.

CHRYSALVS

Quám malum facile, quém mendaci préndit manufestó modo?
Quém si orem ut mihí nil credat, íd non ausit crédere.

MNESILOCHVS

Ímmo si audiás quae dicta díxit me aduorsúm tibi.

---

691. *Charis. p. 195, 24 de* aegre *agens:* aliter Plautus in Bacchidibus: 'aegre impetraui'

---

690. nenoceat *BD* succenseat *FZ* 691. ATQ·AE *sed litteris admodum incertis ab initio et* CHRYSALE (LE *incertis litteris) in fine A* egre *BCDF* inpetraui *D.* impetraui *BCFZ, Charisius* curandu st *B.* curandus est CD^1. curandum est D^3FZ, *nisi quod* ''chrysale'' est *F* chrisale *BCD.* Chrysale . . . *Bothius* 692. *Litterarum* QUIDUIS *perdubias reliquias servavit A* Quiduis *D* M̄ *add.* D^2 etiam tu *Hermannus.* etiam *libri* altrimsecus *Muellerus Pros. p. 550: transponit* facias alteram *Guyetus* 693. RAFABR *suo loco A* Compara *libri* *Post* fabricare *lacuna quinque litterarum e rasura B* 694. U *ab initio versus A* sene modie *C.* senemodie D^1: *corr.* D^3 doctum *libri.* indoctum *Hermannus, Ritschelius* falsas ZD^1: *corr.* D^2 arumque *C* 695. UIXUIDETURFIERIPOSSE‡PERGE *apparere visa sunt in A* ac *BC.* hac *DZ.* ha *F. cf. Ballas p. 42* ecfeceris *Palmerius, Meursius, Acidalius.* hęc feceris *B.* haec (hec *D)* feceris *CDFZ* 696. QUAMMALUMFACILE *ab initio A teste Loewio, ubi in fine exstare* UFESTOMODO *testatur Studemundus apud Schroederum de fragm. Amphitr. p. 30* Qua malum B^1. Quã malum B^2. qamalum *C.* qua malum *DFZ.* Quid malum *Muellerus Nachtr. p. 21.* Qui *iam Guyetus* mendatii *BD.* mendacii *CFZ* prehendit *BFZ.* p̄hendit *CD* manufesto *cum rasura duarum litt. post* u *B.* manifesto (*et* u *sup.* i) *C.* manufesto *in fine versus D, ubi* Festo *proximi v. initio iteratum* D^3 *delevit.* manifesto *FZ.* manifestom *Gulielmius.* manifestum *Ritschelius: at cf. Schroederus l. s. s. et Lochius de genet. p. 23* 697. QUEM *initio v. A* ego orem *cum Hermanno Ritschelius* mihi nihil *BDFZ.* nihil mihi *C, Ritschelius* 698. IMMOSIAUDIASQUAE *A*

CHRYSALVS

Quíd dixit?

MNESILOCHVS

Si tu íllum solem síbi solem esse díceres,
Se íllum lunam crédere esse et nóctem qui nunc ést dies.

CHRYSALVS

Émungam hercle hominém probe hodie, ne íd nequiquam díxerit.

PISTOCLERVS

Núnc quid nos uis fácere?

CHRYSALVS

Nil enim nísi ut ametis ínpero.
Céterum quantúm lubet me póscitote aurum: égo dabo.
Quíd mihi refert Chrýsalo esse nómen, nisi factís probo?
Séd nunc quantillum úsust auri tíbi, Mnesiloche, díc mihi.

MNESILOCHVS

Míliti nummís ducentis iam úsus est pro Bácchide.

CHRYSALVS

Égo dabo.

MNESILOCHVS

Tum nóbis opus est súmptu.

CHRYSALVS

Ah, placidé uolo,
Vnumquidque agámus: hoc ubi égero, tum istúc agam.

M̄ *add. D²* quedicta *D.* quę dicta *C* dixitme *D* aduersum *libri* 699. QUIDDIXIT‡ SITUILLUMSOLEMSIBISOLEMESSEDICERES(ESSEDICERES *litteris admodum incertis) A* qui *C* dixeris *Z, Ritschelius* *V. 700—921 desunt in A* 701. Emugam *B: corr. man. Camerarii* nequicquam *D³FZ* 702. *Pistoclero tribuunt BCDF: Mnesilocho Z* Nil enim *Muellerus Nachtr. p. 6.* Enim *(praecedit lacuna 3 litterarum e ras. in B)* nihil est *(*est *del. man. Camerarii lineola in B) libri.* Enim nihil *Camerarius, Ritschelius, Langenus p. 265* ames *Z.* ameris *Guyetus, imprudens fortasse* impero *(ex* imperio *B) libri* 703. Caeterum *Z* quam lubet *D.* quãlibet *Z.* cum lubet *F* 704. chrisalo *BCD* 705. quantillum *B.* quantulum *reliqui* usust *B.* usus est *reliqui* auri | i *e corr. et post eam vocem aliquid erasum: ut videatur* aurum *fuisse ut v. 663. 703 B* tibi] tui *F* 706. iam *sup. scr. D* 707. MNES. *om. Z.* PIST. *Bothius* sumptu *cum ras. ante quam* i *fuerat B.* sumptud *Ritschelius Nov. exc. p. 77.* sumptus *Lachmannus in Lucr. p. 120 post Fritzschium Anal. Pl. (a. 1846) p. 7* sumptu nobis opus est *cum Bothio edidit Ritschelius* Ah *BFZ.* a· *C.* ·a· *D.* at *Guyetus* 708. Unum quidque *BD.* unumquodque *F.* unum quod *Z* ubi ego egero *Hermannus* agrã *D ante ras.*

Dé ducentis númmis primum inténdam ballistam ín senem.
Eá ballista sí peruortam túrrim et propugnácula,
Récta porta inuádam extemplo in óppidum antiquom ét uetus:
Si íd capso, geritóte amicis uóstris aurum córbibus,
Sícut animus spérat.

PISTOCLERVS

Apud test ánimus noster, Chrýsale.

CHRYSALVS

Núnc tu abi intro, Pístoclere, ad Bácchidem atque ecfér cito . . . .

PISTOCLERVS

Quíd?

CHRYSALVS

Stilum, ceram ét tabellas, línum.

PISTOCLERVS

Iam faxo híc erunt.

MNESILOCHVS

Quíd nunc es factúrus? dic mi.

CHRYSALVS

Díc, coctumnest prándium?

---

712. *Cf. glossa, quam huc revocavit Loewius Prodr. p. 264:* capso : cepero

709. Deducentis *BD* intendebam *vitium Gronovianae* ballistam D^1: ballistam D^3. balistam (l *sup. v. erasa B*) *BFZ* 710. Ea balista *B*. etaballista *C*. etaballistam *ex* etaballistum *corr. D*. et balista *FZ* sip uortam *C* 711. Fracta porta *Kiesslingius Symb. philol. Bonn. p. 840* opidum *F* anticum *BCD*. antiquum *FZ*

712. Id si c. a. u. geritote *Bothius* uostris B^1C. nostris B^2DFZ corbibus BCD^2 *et* D^3. cordibus D^1. cornibus *F*. cor *Z: vide ad v. sq.* 713. Sicut animus sperat *Scioppio auctore Bothius*. sicui animus sperat *BCDF*. sperat bus si cui animus *Z*. Si quoi superat animus *Acidalio duce Hermannus*. Sed quoi animus sperat *vitium Gronovianae* Mnes. Apud *Fritzschius Anal. Pl. (a. 1846) p. 7* test *B*. te est *reliqui* amicus *C* chrisale *BCD* 714. ęcfercito *C*. ec fercito (ec fer cito *B*) B^1D^1. ęc fer cito B^2. affer cito D^3. effer cito *FZ* 715. ceram et tabellas linum *BCD*. ceram (ceras *Z*) et tabellas et linum *FZ*. ceram, tabellas, linum *Bothius, Ritschelius* Stilum et tabellas, ceram, linum *Ussingius* PI.] MN. *BCD* fęxo (*et* a *sup.* ę) *D*

716. *Person. om. BCD* dic mi. CHR. Dic: coctumnest *scripsi*. id mihi dice. CHR. Coctum st *B*. id mihi dice. CHR. coctum (coetum *D*) *CDFZ*. id mihi dic. CHR. coctum esto *cum Hermanno Ritschelius*. id mihi dice, coctumst *Gronoviana prox. v. Chrysalo tribuens*. dic mi. CHR. Coctum si erit *Beckerus Studemundi Stud. vol. I p. 127*. CHR. Id mihi dice: coctumst prandium? *Ussingius*

Vós duo eritis átque amica túa erit tecum tértia.

MNESILOCHVS

Sícut dicis.

CHRYSALVS

Pístoclero núlla amicast?

MNESILOCHVS

Ímmo adest:

Álteram ille amát sororem, ego álteram, ambas Bácchides.

CHRYSALVS

Quíd tu loquere?

MNESILOCHVS

Hoc, út futuri súmus.

CHRYSALVS

Vbist biclínium

Vóbis stratum?

MNESILOCHVS

Quíd id exquaeris?

CHRYSALVS

Rés itast: dicí uolo.

Néscis quid ego actúrus sim neque fácinus quantum exórdiar.

MNESILOCHVS

Cédo manum ac subséquere propius me ád fores. intro ínspice.

CHRYSALVS

Euáx, nimis bellúst atque ut esse máxume optabám locus. 724 725

PISTOCLERVS

Quae ínperauisti: ínperatum béne bonis factum ílicost.

---

718. *Miram personarum distributionem Scioppius Susp. lect. V 24 comminiscitur* pistoclero *(ex* pistoclere *B) BFZ.* pistoclere *CD* amica est *libri* adest] est *Z* 719. amabas *Z* 720. loquere? MN. hoc ut *Ritschelius.* loqueris. MN. hoc ut *libri.* loqueris? MN. ut *Hermannus.* loquere hoc ut *Bothius.* loqueris? MN. Quot *Ussingius Post* loquere *aliquot versus intercidisse suspicatur Ladewigius Philol. vol. XVII (a. 1861) p. 267* facturi *Bothius* Quin tu loquere hoc, ubi futuri estis? *Guyetus* Vbi st *B.* ubi est *reliqui* 721. Quiid id *D.* Cur id *Z* exquaeris *Scutarius.* exqueris B^1CDF. exquiris B^2. exequeris *Z* ita st *B.* ita est *CDF.* si ita est *Z* 723. sub sequere *D* foris *Pareus, Ritschelius* aspice *F* 724. 725. Euax *extra versum posuit Ritschelius cum Hermanno* Euhax *B* nimis bellust *Muellerus Pros. p. 298.* nimis bellus *libri.* Nimis hic bellus *cum Hermanno Ritschelius an* ut ego*?* maxime *BZ* locust *Ritschelius simul de* bellust *cogitans: tradita servat Olsenus p. 11* 726. Quae . . . imperatum *contra Salmasium Acidaliumque defendit Gronovius Observ. III 2: vers. del. Guyetus: integrum versum deesse putat*

CHRYSALVS

Quíd parasti?

PISTOCLERVS

Quaé parari túte iussisti ómnia.

CHRYSALVS

Cápe stilum propere ét tabellas tu hás tibi.

MNESILOCHVS

Quid póstea?

CHRYSALVS

Quód iubebo scríbito istic: nám propterea té uolo
Scríbere, ut patér cognoscat lítteras, quandó legat.
Scríbe.

MNESILOCHVS

Quid scribám?

CHRYSALVS

Salutem tuó patri uerbís tuis.

PISTOCLERVS

Quíd si potius mórbum, mortem scríbat? id erit réctius.

CHRYSALVS

Ne ínterturba.

MNESILOCHVS

Iam ínperatum in céra inest.

CHRYSALVS

Dic quemádmodum?

MNESILOCHVS

'Mnésilochus salútem dicit suó patri.'

CHRYSALVS

Adscribe hóc cito:

Ussingius, recte, ut videtur Quę *C.* Que *D* imperauisti *libri* imperatum *libri* ilico st *B.* ilico est *CDF.* illico est *Z* 727. parasti B^3. parusti B^1: parauisti *corr. man. Camerarii* que *CDF* parari *C.* paraui *(et sup.* ui *m. 2* ri*) B.* parare *DFZ* tute *Ritschelius cum Bothio.* tu *libri.* tu me *Ritschelius in adnotatione, Fleckeisenus* 728. Capestilum *D* ettabellas *D* tu has *Z,* tuas tibi *BCDF.* tu tibi has *Hermannus.* tene '*in prisca lectione*' *esse Pius dicit* 729. iubeo *CZ* te uolo *Camerarius, cuius manu* te *sup. scr. in B.* uolo *libri* 730. litteras *Z.* lr̃as *F.* literas *BCD* 732. mortem *CDFZ, Lachmannus in Lucr. p. 80.* et mortem *B, Ritschelius* id] it *ex* ut *D* 733. Neinter turba *D: quae verba Chrysalo adscripsit Ritschelius: Mnesilocho dant libri* imperatum *libri* incera B^1*D.* incęra B^2. incerta *C.* in cena *F* inest] est *Z* quem admodum *BD* 734. adscribe *BFZ.* asscribe *CD* hoc cito] cito hoc cito *B (lineolam add.* B^2*)*

'Chrýsalus mihi úsque quaque lóquitur nec recté, pater,
Quía tibi aurum réddidi et quia nón te defraudáuerim.'

PISTOCLERVS

Máne dum scribit.

CHRYSALVS

Célerem oportet ésse amatorís manum.

PISTOCLERVS

Át quidem herclest ád perdundum mágis quam ad scribundúm cita.

MNESILOCHVS

Lóquere: hoc scriptumst.

CHRYSALVS

'Núnc, pater mi, proín tu ab eo ut caueás tibi,
Sýcophantiás conponit, aúrum ut abs ted aúferat:
Ét profecto se áblaturum díxit.' plane adscríbito.

MNESILOCHVS

Díc modo.

CHRYSALVS

'Atque id póllicetur sé daturum aurúm mihi,

735. *Charis. p. 223, 5:* usquequaque Plautus in Bacchidibus: 'Chrysalus . . . pater'

---

735. chrisalus *BCD.* crissalus *(et* h *sup. scr.) cod. Charisii* usquequam *Z* nerecte *Meursius* 736. tibi aurum] aurum tibi aurum *(lin. add. B²) B* non te defraudauerim *Camerarius: cf. Parerg. I p. 541.* non te *(*nonte *D:* non *sup. scr. C)* fraudauerim *libri (*defrudauerim *'nonnulli libri veteres' Lambini).* noenu te fraudauerim *Lachmannus in Lucr. p. 150, Bergkius Opusc. vol. I p. 121 adn. 1: at vide Ritschelium Opusc. vol. II p. 242 et v. 34* 737. MNE. Mane dum scribo id *Fritzschius Anal. Pl. (a. 1846) p. 7* celerem] ederem *D¹: corr. D² et D³* 738. At quidem *Muellerus Nachtr. p. 100.* Atque idem *libri.* Haec quidem *Ritschelius cum Hermanno.* Atque equidem *quod coniecerat reicit Ussingius* est ad *Camerarius duce Pylade.* em *B.* hem *CDF.* est *Z* Tua quidem hercle ad rem p. *Fritzschius Anal. Pl. (a. 1846) p. 7.* Atqui haec est ad *vel* Haec quidem hercle ad rem perdundam *Britzlmayrius l. s. s. p. 7* perdunde *(et* ū *sup.* e *post.) C* ad scribundum *F.* asscribundum *CD.* adscribendum *B et divise Z* cita *Hermannus.* cito *B.* scito *CDF.* citus *Z* 739. scriptum st *B.* scriptum est *DFZ.* scribtum est *C* pin..tu abeo *(duae litt. crasae) B.* prointuab eo *D* 740. Sycophantias *F.* Sichophantias *B.* sicophantias *CD.* sycophantas *Z* ted *Camerarius.* te *libri.* te id *Fleckeisenus probante Ritschelio praef. Bacch. p. XIII.* te hoc *Hermannus* 741. adscribito *BFZ.* asscribito *CD* 742. policetur *F* sedaturum *D*

Quód dem scortis quódque in lustris cómedim et congraecém,
pater.
Séd, pater, uide né tibi hodie uérba det: quaesó caue.'

MNESILOCHVS

Lóquere porro.

CHRYSALVS

Adscríbedum etiam.

MNESILOCHVS

Lóquere, quid scribám, modo.

CHRYSALVS

'Séd, pater, quod prómisisti míhi te quaeso ut mémineris,
Né illum uerberés, uerum apud te uínctum adseruató domi.'
Cédo tu ceram ac línum actutum. age óbliga, obsigná cito.

MNESILOCHVS

Ópsecro, quid istís ad istunc úsust conscriptís modum,
Vt tibi ne quid crédat atque ut uínctum te adseruét domi?

CHRYSALVS

Quía mi ita lubet: pótin ut cures te átque ut ne parcás mihi?
Meá fiducia ópus conduxi et meó periclo rém gero.

743. *Nonius p. 83:* Comedim pro comedam. Plautus Bacchidibus: 'quod dem . . . pater'

---

743. quoddem *(*o *ex* ẽ*)* *C* quotque *D* illustris *D*[1] *(corr. D*[3]*), Nonii quidam libri* comedim *(sed* a *sup.* i *et post* e *littera erasa B) B, Nonius.* comedam *(ex* comegam *fecit D*[3]*) CDFZ* et congraecem *Camerarius duce Aldo:* et congregem *libri.* congreger *Nonius: unde* congraecer *Ussingius* 744. uide *B. om. reliqui* queso *BCDF*
745. *Chrysali notam del. D*[3] Adscribedum etiam. MN. Loquere *Bothius.* adscribedum *(*adscribe dum *B.* asscribedum *CD)* MN. etiam *(*etiam *add. B*[2]*)* loquere *libri.* adscribedum MN. etiam. loquere *idem Bothius postea* quid *BC.* dum id *DFZ, defensum ab Acidalio* modo *add. B*[2]*: om. B*[1] 746. te *BCD.* id *FZ* queso *BCD* 747. ullum *D*[1]*:* illum *corr. D*[3] adseruato *B.* asseruato *reliqui* 748. ac] hac *ex* kac *B* ac tutum *B* *Ante* age *personae nota erasa D* cito *om. B*[1]*: add. B*[2] 749. Obsecro *libri* istunc] istuc *Z* usu st *B.* usus est *CDF.* usus es *Z* conscriptus *F* 750. CHRIS. *praem. D*[3] nequid *BD* 751. Quia mihi ita lubet. potin ut *BDFZ.* Quia ita mihi lubet. potin ut *C.* Quia lubet ita. potin ut *Ritschelius.* Quia lubet. potin ut tu *Hermannus* ut *om. Z, Hermannus* 752. fidutia *BC* conduxit *Z* et *ex* ut *rasura D: om. Brixius Emend. in Capt. p. 12 post Fritzschium Anal. Pl. (a. 1846) p. 7* periclo *Bothius.* periculo *libri, nisi quod rasura duarum litt. praecedit in D*

MNESILOCHVS

Aéquom dicis.

CHRYSALVS

Cédo tabellas.

MNESILOCHVS

Áccipe.

CHRYSALVS

Animum aduórtite.

Mnésiloche et tu Pístoclere, iám facite in biclínio
Cúm amica sua utérque accubitum eátis — ita negótiumst —
Átque ibidem ubi núnc sunt lecti stráti potetís cito.

PISTOCLERVS

Númquid aliud?

CHRYSALVS

Hóc atque etiam: úbi erit accubitúm semel
Né quoquam exsurgátis, donec á me erit signúm datum.

PISTOCLERVS

O ímperatorém probum.

CHRYSALVS

Iam bís bibisse opórtuit.

MNESILOCHVS

Eámus.

CHRYSALVS

Vos uostrúm curate offícium, ego eficiám meum.

753. MNES. *FZ.* PIST. *BCD* Equum *BCD.* Aequum *Z.* Et quum *F* animaduortite *Z* 754. et] ut D^1*: corr.* D^2 pistolere *(et* c *sup.* o*) D* 755. acubitum *BCD* etatis D^1*:* eṭatis D^2 negotium st *B.* negotium est *CD.* negocium est *FZ* 756. ubi nunc *BC.* ubi *DF.* ibi *Z.* hic ubi nunc *Ritschelius.* ut, ubi nunc *Hermannus. de* cubi nunc *cogitat Bergkius Beitr. p. 119* lecti *ex* tecti *C* cito] scire *C ante corr.* 757. Nunquid *F* hoc atque etiam hoc: ubi *Ritschelius edidit.* hoc atque etiam: cubi *idem Opusc. vol. III p. 140 duce Bergkio Beitr. p. 119.* istuc atque etiam *vel* hoc atque etiam: ibi ubi *Muellerus Pros. p. 550.* haec: atque etiam ut ubi *Hermannus* acubitum *BC* 758. Nequo quam *BD* ex surgatis *B.* exurgatis *reliqui* donicum *Ritschelius Opusc. vol. II p. 241* 759. PI. *om. C* O *om.* B^1*: add.* B^2 CHRYS. *Acidalius: Pistoclero continuant libri* 760. MNES. *FZ. om. BC.* PIST. *D* Eamus *Muellerus Pros. p. 271 post Lindemannum Nov. annal. vol. XIX (a. 1837) p. 151.* Fugiamus *libri.* Euge eamus *'Camprarius in notis postumis' teste Grutero h. c. ut apparet Camerarius: quo adscito* uos curate uostrum *omisso* officium *Ritschelius cum Hermanno, ubi* uos curate uostrum, ego officium meum *Bergkius Opusc. vol. I p. 674:* Fugimus *Fritzschius Anal. Pl. (a. 1846) p. 7* uestrum *FZ* ego efficiam *BCDZ.* ego faciam *F*

CHRYSALVS

Insánum magnum mólior negotium
Metuóque ut hodie póssiem emolírier.
Sed núnc truculento mi átque saeuo usús senest.
Nam nón conducit huíc nunc sycophántiae
Seném tranquillum esse, úbi me contra aspéxerit.
Vorsábo ego illunc hódie si uiuó probe.
Tam fríctum ego illum réddam, quam frictúmst cicer.
Adámbulabo ad óstium, ut quando éxeat
Extémplo aduenienti eí tabellas dem ín manum.

NICOBVLVS. CHRYSALVS

NICOBVLVS

Nimio íllaec res est sáne diuidiaé mihi,
Suptérfugisse síc mihi hodie Chrýsalum.

---

761. *Cf. Festus Pauli p. 113:* Insanum pro ualde magnum usus est Plautus: *ubi* Insanum magnum *Lipsius Epistol. quaest. III 20*

Act. IV scaena 5 CHRISALVS SERVVS *B. om. CD.* Chrysalus *FZ. sine intervallo continuavit cum Bothio Ritschelius: cf. Spengelius 'Sitzungsber. der bayr. Acad.' 1883 p. 275* 761. nsanũ agnum *C.* Insane magnum *Bothius* negocium *FZ* 762. ut *om. F* possiem *B.* possim *reliqui.* possim id *cum Hermanno Muellerus Pros. p. 515, Nachtr. p. 83* emolier *B*¹*Z.* ri *sup. scr. B*². emollirier *F* 763. mihi *libri* seuo *BCDF* *Post* usus *erasa* t *in B* sene st *B.* sene est *reliqui* 764. non *om. C* huic nunc *Hermannus.* huic *libri.* huice *Ritschelius.* nunc huic *Camerarius: cf. Muellerus Nachtr. p. 83* sycophantię *FZ.* sicofantiae *B.* sicophantie *CD* 765. esse ubi me contra *Ritschelius.* esse ubi me *libri.* esse ubi me primum *Muellerus Nachtr. p. 83.* mi esse, ubi ubi me *Hermannus.* esse, cubi me *Bergkius Beitr. p. 119 dubitanter* 766. uersabo *libri* illunc hodie *Camerarius iam in B correxit.* illum hodie *BDFZ.* hidie *(*o *sup.* i *prior.)* illum *C.* hercle hodie illum *Hermannus.* illum hocedie *Bergkius Opusc. vol. I p. 111: cf. Ritschelius Nov. exc. p. 93* 767. frictum est *libri* 768. hostium *libri* 769. ei *om. FZ* manu *Z*

Act. IV scaena 6 NICOBOLVS SENEX CRISALVS SERVVS *B. om. CD.* Nicobolus. Chrysalus *FZ.* LORARIVS *addidit Ritschelius ex inscriptione proximae scaenae* 770. NICOBOLVS imio *C.* NICOB. Nimio *D* illa‿ec *B (ex* illa hec*).* illece *ante ras. C.* illec *C post ras. et DZ.* illic *F* est *ex* rest *rasura C* sane *Langenus p. 334.* mane *libri.* magnae *'ex codd. ant.' Pylades, Ritschelius* 771. Supter fugisse *B.*

CHRYSALVS

Saluós sum: iratus ést senex. nunc ést mihi
Adeúndi ad hominem témpus.

NICOBVLVS

Quis loquitúr prope?
Atque híc quidem, opinor, Chrýsalust.

CHRYSALVS

Accéssero.

NICOBVLVS

Bone sérue, salue: quíd fit? quam mox náuigo
In Éphesum, ut aurum répetam ab Theotimó domum?
Tacés? per omnis deós adiuro, ut, ní meum
Gnatúm tam amem atque ei fácta cupiam quae ís uelit,
Vt túa iam uirgis látera lacerentúr probe
Ferrátusque in pistríno aetatem cónteras.
Omnía resciui scélera ex Mnesilochó tua.

CHRYSALVS

Men críminatust? óptumest: ego súm malus,
Ego súm sacer, sceléstus. specta rém modo.
Ego uérbum faciam núllum.

NICOBVLVS

Eho, etiam, cárnufex,

Subder fugisse *D ante corr.* Subterfugisse *D (post corr.) CFZ* chrisalum *BD.* crisalum *C* 772. Saluos *B*¹*:* u *sup.* o *add. B*². saluus *CDFZ* 773. adeundi *ex* adeundẽ *C* NIC. quis] hic quis *Z* 774. *De* hic quidem *cf. Luchsius Comm. pros. II p. 13* Chrysalust *Camerarius.* chrisalus *BCD.* chrysalus *FZ: cf. Olsenus l. s. s. p. 11* 776. theothimo *B.* teothimo *F.* te ohimo *C.* te othimõ *ex* te othimũ *D* 777. omnis *B.* oĩs *CD.* omnes *FZ* ut *delet cum Bentleio in And. IV 2, 11 Ritschelius: def. Ussingius* 778. queis uelit *D* *Post v. 778 talem versiculum excidisse putat (779) Ritschelius:* Profecto non nunc me operae parsurum meae 780. uirgis *ex* uirgas *rasura B* 781. ferrat usque *CD*¹. ferrat usque *D*³. ferrea: ut usquam *F* pistrino *ex* pristino *D* 782. resciui *(s erasa)* scelera *B.* resciuis celera *C.* res ciuis ethera *D*¹. th *del. et* l *sup. scr. D*² 783. criminatu st *B.* criminatus est *reliqui* optume est *F.* optime st *B.* optime est *CDZ*

784. specta rem modo *BC.* spectarem *D*¹. spectarem (o *sup.*) *D*². spectare modo *FZ.* specta me modo *Brixius ad Trin. 808: cf. Langenus p. 276.* specta erum modo *Fritzschius Anal. Pl. (a. 1846) p. 3 sq.*
V. 785—786 a diasceuasta additos esse demonstrare conatur Ladewigius Philol. vol. XVII (a. 1861) p. 269, reprobant Brachmannus l. s. s. p. 71 sq, Paulus Weise p. 15 785. Ego *om. F* uerbum faciam

Minitáre?

CHRYSALVS

Nosces tu íllum actutum quális sit.
Nunc hás tabellas férre me iussít tibi:
Orábat quod i̓stic ésset scriptum ut fíeret.

NICOBVLVS

Cedo.

CHRYSALVS

Nósce signum.

NICOBVLVS

Nóui. ubi ipsest?

CHRYSALVS

Néscio.
Nil iám me oportet scíre: oblitus sum ómnia.
Scio me ésse seruom: néscio etiam id quód scio.
Nunc áb transenna hic túrdus lumbricúm petit:
Pendébit hodie púlcre, ita intendí tenus.

---

792. 793. *Nonius p. 6:* Tenus est laqueus, dictus a tendicula. Plautus Bacchidibus: ‘nunc . . . tenus’ *Serv. ad Aen. VI 62*: tenus proprie est extrema pars arcus, ut Plautus ostendit: *quibus verba* ita intendi tenus *adscripsit Fabricius*

---

nullum. NIC. Eho, etiam *Brachmannus l. s. s. p. 71.* uerbum faciam. (fatiam *B*). NIC. Etiam *libri.* uerbum nullum faciam. NIC. Etiam *Ritschelius duce Hermanno, ubi* nec uerbum *Lambinus,* uerbum non *Dousa proposuerant.* uerbum nullum iam faciam (*vel* nullum muttiam) NIC. Etiam *Muellerus Pros. p. 685. alia temptat Fritzschius Anal. Pl. (a. 1846) p. 3 sq. ceterum* specta rem modo: Ego uerbum faciam *ut glossemata delevit Hermannus: quorum prima offensioni non fuerunt Bentleio in Heaut. V 4, 21* carnifex *FZ* 786. tu illum actutum qualis sit nunc hascae *in loco raso habet D* ac tutum *B* qualis sit] qui siet *Hermannus quod ‘fortasse verum’ esse annotat Ritschelius.* qualis sit et ubi sit *Pylades, idemque e cod. Schobingeri pr. affertur* 787. has tabellas *Fleckeisenus, Muellerus Nachtr. p. 14 et 130, Schmidtius de demonstr. pron. form. p. 25.* hasce (hascae *D*) tabellas *libri.* hasce tabulas *Ritschelius cum Hermanno* 788. quod *DFZ.* quid (et o *sup.* i) *C.* ut quod *B* esset] c̃ et *D.* est *FZ* ut *BC. om. DFZ* fierit D^1: *corr.* D^2 789. Cẹdo *D* ipse est *libri* 790. Nihil *BCD* 791. Scio] Nisi *Brixius Nov. annal. vol. CI (a. 1870) p. 768* seruum *libri* 792. ab transenna *Nonius.* abtra senna *B.* ab trasenna *reliqui* lubricum *Nonius* 793. pulcre *B.* pulchre *reliqui cum Nonio* intendi tenus *Z, Nonius.* intendit erus $B^1 D^2 C$. intendit erius D^1. intendit enus *B correctus.* intendi tẽnis *F. cf. Jordanus Vindic. serm. Lat. p. 18 sq. et Woelfflinus Archii vol. I p. 415*

NICOBVLVS

Manedúm parumper: iam éxeo ad te, Chrýsale.

CHRYSALVS

Vt uérba mihi dat. néscio quam rém gerat.
Seruós arcessit íntus, qui me uínciant.
Bene náuis agitur, púlcre haec confertúr ratis.
Sed cónticiscam: nam aúdio aperirí fores.

NICOBVLVS. CHRYSALVS. LORARIVS

NICOBVLVS

Constrínge tu illic, Ártamo, actutúm manus.

CHRYSALVS

Quid féci?

NICOBVLVS

Inpinge púgnum, si muttíuerit.
Quid haé locuntur lítterae?

CHRYSALVS

Quid mé rogas?
Vt ab íllo accepi, ad te óbsignatas áttuli.

NICOBVLVS

Eho tú, scelus, loquitátusne es gnató meo

---

794. Mane dum *BCD* exeo ad te *Guyetus*. ad te *(*adte *B)* exeo *libri*. ad te exibo *Bentleius* chrisale *BCD* 795. nescio *scripsi*. ut nescio *libri, Ritschelius*. at scio *Beckerus Studemundi Stud. vol. I p. 261* 797. agitur *Bentleius, Hermannus*. agitatur *libri, Ritschelius* pulcre *B*. pulchre *reliqui* hec *B*[2]*CDF*. hic *B*[1] ratus *C* 798. conticis cam *D*. coticiscam *B*[1]*: corr. B*[2] nam audio aperiri fores *pallidiore colore in litura scripsit B*[2] fortes *C*. foris *Ritschelius*

Act. IV scaena 7 NICOBOLVS SENEX·CHRISAL' SERV' LORARIVS *B. om. CD*. Nicobolus. Chrysalus *FZ. superiori scaenae continuavit Ritschelius: cf. Opusc. vol. II p. 367 et Spengelius 'Sitzungsberichte der bayr. Acad.' a. 1883 p. 297* 799. onstringe *C*. Constringito *Bentleius* tu illic *Ritschelius, Fleckeisenus*. tu illi *libri*. tu illi iam *Hermannus*. tute illi *Camerarius. de* illic *dativo cum Ussingio dubitat Belowius de hiat. Pl. p. 41* arthamo *Z* 800. fecisti *C* impinge *FZ* mutu uerit *D*. mutiuerit *F*. mutiueris *Z* 801. he *CDF*. haec *Schmidtius de demonstr. pron. form. p. 44, Studemundus Nov. annal. vol. CXIII (a. 1876) p. 61, Luchsius de gen. p. 53, fortasse vere* litterę *BZ*. littere *F*. litere *CD* 802. adtuli *Z* 803. eo *Z* scelus *add. Ritschelius. om. libri* loquitatus ne es *BCD*. loquitatusne es dudum *Ussingius* non es gnato tu meo *Lindemannus Nov. annal. vol. XIX (a. 1837) p. 153* gnato meo ‖ Male per ser-

Male pér sermonem, quía mi id aurum réddidit,
Et té dixisti id aúrum ablaturúm tamen
Per sýcophantiam?

CHRYSALVS

Égone ei istuc díxi?

NICOBVLVS

Ita.

CHRYSALVS

Quis homóst qui dicat mé dixisse istúc?

NICOBVLVS

Tace.
Nullús homo dicit: haé tabellae te árguont,
Quas tu áttulisti: em, haé te uincirí iubent.

CHRYSALVS

Aha, Bélleropbantam túos me fecit fílius:
Egomét tabellas tétuli ut uincirér: sine.

NICOBVLVS

Proptérea hoc facio, ut suádeas gnató meo
Vt pérgraecetur técum, teruenéfice.

---

monem quia *libri*. gnato meo male ‖ Per sermonem, quia *Pylades*. meo gnato male ‖ Per sermonem ideo, quia *Hermannus* 804. mihi *vel* m̃ *libri* id *ex* ud *ras. D* 805. oblaturum *D* 806. sycophantiam *FZ*. sicophantiam B^1*CD*. sicophantias *in B man. Camerarii correxit* Ego ne *B* ei istuc dixi *Muellerus Pros. p. 635*. istuc dixi *libri*. dixi istuc *cum Hermanno Ritschelius* 807. homost *B*. homo est *reliqui* 808. hę C. haec *eidem qui v. 801* tabellę *C*. tabel D^1: tabelę D^2 arguunt *libri* 809. 810. adtulisti *C* em hae te] em he te B^1. em hę te B^3. hem hę te *C*. hem D^1. hem (m *exp. et* te *sup.* m *scripsit m. 2*) *D*. hę te *FZ*. em haec te *eidem qui v. 801* haec *commendaverunt*. en hae te *Ritschelius edidit cum Bothio: at vide eundem Opusc. vol. II p. 700* uincirubent D^1: ii *sup. scr.* D^2 iubent ‖ CH. Aha *Bothius*. iubent CH. aha ‖ *libri*. iubent. ‖ CH. Ah *cum Hermanno Ritschelius* Bellerophantam *Ritschelius Opusc. vol. IV p. 296*. Bellorophontem (Bello rophontem *D*) iam *CDZ*. Bellorofontem iam *F*. Bello rophantem iam *B*. Bellorophantam *formam tutatus est Fleckeisenus Nov. annal. vol. XCIII (a. 1866) p. 8*. Bellerophontem *Bothius*. 'Aha *extra versum posito fuit cum placeret:* Iam Bellerophontem t m. f. f.' *Ritschelius* tuus *libri* 811. Ego met *D* tetuli B^1, '*aliquot libri veteres*' *Lambini, Bentleius*. detuli B^2 *cum reliquis* ut *om.* B^1: *add.* B^3 uincirer? *in interrogatione vulgo* 813. pergregetur *BCDF* ter uenefice *B*

CHRYSALVS

O stúlte, stulte, néscis nunc ueníre te:
Atque ín eopse adstas lápide, ut praeco praédicat.

NICOBVLVS

Respónde, quis me uéndit?

CHRYSALVS

Quem di díligunt,
Adoléscens moritur, dúm ualet, sentít, sapit.
Hunc si úllus deus amáret, plus annís decem,
Plus iám uiginti mórtuom esse opórtuit.
Terrae ódium iam pridem ámbulat: iam níl sapit
Nec séntit: tantist quántist fungus pútidus.

NICOBVLVS

Tun térrae me odium esse aútumas? abdúcite hunc
Intro átque adstringite ád columnam fórtiter.
Numquam aúferes hinc aúrum.

CHRYSALVS

At pol qui iám dabis.

NICOBVLVS

Dabo?

CHRYSALVS

Átque orabis mé quidem ultro ut aúferam,
Quom illúm rescisces críminatorém meum

---

814. uenire *BF*. uenire *(et sup. scr.* i·uendi *C*, uendi *D*[2]*) CD*. uendi *Z* 815. in eopse *Ritschelius, Fleckeisenus*. in eo (ineo *BD*) ipso *libri* ut pręco *C, Scioppius Susp. lect. V 15*. ut preco *BD*. ubi preco *FZ*. praeco ubi *Beckerus Quaest. p. 9 sq.* predicat *BCDF* 816. di diligunt *B, Pylades*. diligunt di (dii *F*) *CDFZ* 817. adolescens *F* 818. Nunc *FZ* 819. mortuum *libri* opportuit *Z* 820. Terrae odium iam pridem ambulat *Ritschelius*. Terre (Terrę *B*[2] *Z*) odium (hodium *D*[1]*: corr. D*[3]) ambulat *libri*. Nam nunc terrae odium inambulat *Hermannus* inambulat *debens Pyladi*. Terrae odium stolidus ambulat *Bergkius Beitr. p. 100*. Terrae odium iam diu ambulat *Gertzius teste Ussingio*. Terrais odium inambulat *temptat Ritschelius Nov. exc. p. 116* iam *libri*. ita *Langenus p. 255*. tam *Scioppius Susp. lect. V 24, Ritschelius: alia temptat idem Langenus*. iam *defendit Ussingius* nihil *libri* 821. tan ti st quanti st *B*. tanti est quanti est *reliqui* 822. Tum *Z* terre *CDF* meo dium *C* 823. astringite *FZ* columpnam *D* 824. Nũququã *B* At pol qui iam *Muellerus Pros. p. 645*. Atqui (At qui *B*) iam *libri, Ritschelius*. Atqui ultro iam *Pylade auctore Hermannus* 825. atque orabis me qdẽ *in ras. B*[2] 826. Quom *F*. Qum *B*. Cum *reliqui* reccisces *B ante corr.* rescisses *Z*

Quanto ín periclo et quánta in pernicié siet.
Tum líbertatem Chrýsalo largíbere:
Ego ádeo numquam accípiam.

NICOBVLVS

Dic, scelerúm caput,
Dic, quó in periclost méus Mnesilochus fílius?

CHRYSALVS

Sequere hác me: faxo iám scies.

NICOBVLVS

Quo géntium?

CHRYSALVS

Tres únos passus.

NICOBVLVS

Vél decem.

CHRYSALVS

Agedum tu, Ártamo,
Forem hánc pausillulum áperi: placide, né crepa.
Sat ést. accede huc tú. uiden conuíuium?

NICOBVLVS

Video éxaduorsum Pístoclerum et Bácchidem.

CHRYSALVS

Qui súnt in lecto illo áltero?

NICOBVLVS

Interií miser.

CHRYSALVS

Nouístine hominem?

NICOBVLVS

Nóui.

CHRYSALVS

Dic, sodés mihi,

---

827. periclo *Guyetus*. periculo *libri* pernitie BD^2. permittie CD^1 sciet *Z* 828. chrisalo *BCD* lagibere *ante corr. B.* largibem rem *ante ras. D* 830. periclo est *CD*. periculo est *BFZ* 831. seque D^1: *corr.* D^2 faxo iam scies *hic collocant BC, post* Sat est *v. 834 FZ, post* crepa *v. 833 D* 832. tre unos *Z*. Tris unos *Ritschelius praef. Stichi p. 17* arthamo *Z* 833. fortem *C* pausillulum *Ritschelius* (pauxillulum *iam Pylades*). pausillum B^1: pauxillum B^3 *cum reliquis: cf. Ritschelius Opusc. vol. II p. 250* crepet *Angelius 'fortasse vere' iudice Ritschelio* 834. stat D^1: ṣtat D^3 *An* accedin? huc nunc tu *Ritschelius* conuiuum D^1: i *add.* D^2 837. Nouisti ne *BD* N̄ *(person.) om.* D^1: *add.* D^2

Bellán uidetur spécie mulier?

NICOBVLVS

Ádmodum.

CHRYSALVS

Quid? illám meretricemne ésse censes?

NICOBVLVS

Quíppini?

CHRYSALVS

Frustrá's.

NICOBVLVS

Quis igitur ópsecrost?

CHRYSALVS

Inuéneris.

Ex mé quidem hodie númquam fies cértior.

CLEOMACHVS. NICOBVLVS. CHRYSALVS

CLEOMACHVS

Meamne híc Mnesilochus Nícobuli fílius
Per uim út retineat múlierem? quae haec fáctiost?

NICOBVLVS

Quis illést?

CHRYSALVS

Per tempus híc uenit milés mihi.

CLEOMACHVS

Non me árbitratur mílitem, sed múlierem,
Qui mé meosque nón queam defméndere.

---

838. N͠ *(pers.) om.* *D*[1]*: add.* *D*[2] 839. meretricem ne esse *B.* meretricem neesse *D* quippini *Ritschelius Opusc. vol. II p. 557 cum Camerario.* quippeni (quippe ni *B*) *BCD.* quippe *FZ*
840. N͠ *praem.* *D*[1]: C *D*[2] frustras *Z.* Frustres *BCD.* Frustra es *F* obsecro st *B.* obsecro est *reliqui* 841. cercior *B*

Act. IV scaena 8 MILES · NICOBOLVS SENEX · CHRYSAL͠· S. *B.* NICOBOL CLEOMAC͠ CRIS *D*[2]*: om.* *D*[1]*C.* Cleomachus. Nicobolus. Chrysalus *FZ* 842. CLEOM *praem. B.* CLE *D*[2]*: om.* *D*[1]*C*
Meam ne hic *B.* Meam nehic *D.* eamne hoc *(et* i *sup.* o*) C* nicoboli *libri ut solent* *Cf. Ritschelius Opusc. vol. II p. 315*
843. utretineat *D.* retineat *Hermannus* quę hęc *C.* que hec *D* factio st *B.* factio est *reliqui* 844. ille st *B.* ille est *reliqui* Pertempus *B* miles mihi *B*[1]*C.* michles *D.* miles *FZ.* miles mihi cleomachus *B*[2] 845. CLEOM *add.* *B*[2] Non me] Nonne *F*

Nam néque Bellona mi úmquam neque Mars créduat,
Ni illum éxanimalem fáxo, si conuénero,
Niue éxheredem fécero uitaé suae.

NICOBVLVS

Chrysále, quis illest quí minitatur fílio?

CHRYSALVS

Vir hic ést illius múlieris quicum áccubat.

NICOBVLVS

Quid, uír?

CHRYSALVS

Vir, inquam.

NICOBVLVS

Núptanest illa, ópsecro?

CHRYSALVS

Scies haúd multo post.

NICOBVLVS

Óppido interií miser.

CHRYSALVS

Quid núnc? scelestus tíbi uidetur Chrýsalus?
Age núnc uincito me, aúscultato fílio.
Dixín tibi ego illum te ínuenturum quális sit?

NICOBVLVS

Quid núnc ego faciam?

CHRYSALVS

Iúbe sis me exsoluí cito:
Nam ní ego exsoluor, iám manufesto hóminem ópprimet.

847. Duellona *Fleckeisenus* mihi *vel* m̃ *libri* 848. niillum *ex* nilllum *C* 849. exheredem *ex* exeredem *B* uitę suę *C.* uite sue *D* 850. chrisale *BCD* ille est *libri.* est hic *Hermannus* minitatur *B, Camerarius.* minatur *CDFZ, Ritschelius* 851. *Ante* illius *littera erasa B* qua·cum *solus B* 852. nuptane est illa *Pylades.* nupta est illa *libri.* nupta est illan' *Camerarius.* '*licentius et praeter necessitatem Hermannus:* nupta illa obsecro est? CH. scies ‖ Haud multo post. NI. ego oppido —. *cf. Proleg. Trin. p. CCXXII, ubi quod suspicatus sum enclisim accentus pati* multóplus, *exemplis et certis nec paucis confirmari intellexi' Ritschelius* obsecro *libri* 853. CHR. *om.* CD^1*: add.* D^2 haud B^2DFZ. aud *C.* haut B^1 854. Quid? nunc *vulgabatur ante Acidalium in Aulul. c. 1* chrisalus *BCD* 856. ego illum *om. Ritschelius cum Hermanno* te qualis siet *retinens: sed ut simul* te *transposita et ceteris servatis de* qui siet *cogitet* te inuenturum qualis sit *Fleckeisenus.* inuenturum *(*uenturum *D)* te qualis *(*tequalis *D)* siet *libri* 857. exolui *FZ: item v. 858. 861. 862* cito] ilico *Muellerus Nachtr. p. 115* 858. ni *libri.* nisi *Camerarius* manufesto *(*st *e corr.) B.* manifesto *FZ*

CLEOMACHVS

Nihil ést lucri quod me hódie facere máuelim
Quam illúm cubantem cum ílla opprimere, ambo út necem.

CHRYSALVS

Audín quae loquitur? quín tu me exsoluí iubes?

NICOBVLVS

Exsóluite istum. périi, pertimuí miser.

CLEOMACHVS

Tum illám quae corpus públicat uolgó suom,
Faxó se haud dicat náctam quem derídeat.

CHRYSALVS

Pacísci cum illo paúlula pecúnia
Potés.

NICOBVLVS

Pacisce ergo, ópsecro, quod tíbi lubet,
Dum né manufesto hominem ópprimat neue énicet.

CLEOMACHVS

Nunc nísi ducenti Phílippi redduntúr mihi,
Iam illórum ego animam ambórum exsorbebo óppido.

NICOBVLVS

Em, illóc pacisce, sí potes. perge ópsecro:

V. 859—861 ex altera recensione repetit Anspachius p. 36: cf. Paulus Weise p. 16 859. est lucri, quod *vulgo* 860. obprimere *D* 861. audin D^1: h *sup.* a *add.* D^3 quę CD^2. que D^1 quintu *D* ubes *D* 862. N *(pers.) add.* D^2: *om.* D^1 863. quę *C.* que *D* uolgo *B.* uulgo *reliqui* suum *libri* 864. hau *Ritschelius, ut solet ante* d *et* t: *cf. 506* dicat *def. Fleckeisenus Philol. vol. II (a. 1847) p. 104.* dicet *Hermannus* nanctam *Fleckeisenus* 865. CHR. *om.* D^1: *add.* D^2 illa *ante corr. C* paulula *BCD.* paula *FZ* peccunia *D* 866. potis *Fleckeisenus. idem vel* potest *Langenus p. 64* pacisce *Bothius.* paciscere *libri* obsecro *libri* quod *Lambinus.* quid *libri, fortasse recte.* quo *vel* qui *Acidalius* tibi lubet *BDFZ.* lubet tibi *C* tibi quid lubet *Lindemannus Nov. annal. vol. XIX (a. 1837) p. 153* 867. manifesto *libri* obprimat *D* niue *Scaliger* enicet *B (ante corr.) C.* enecet *corr. man. 1 in B.* eniceat *DFZ* 869. amborum animam *Hermannus* ex orbebo B^1: s *sup.* o *add.* B^2. exorbebo *C.* exorbabo *DFZ* opido *F* 870. *Nicobulo tribuunt FZ, Chrysalo BCD, verba* perge *c. q. s. Nicobulo adsignantes* Em illoc *B.* h̄ Em illoc *C.* Hem illoc *DFZ.* Cum illoc *Ritschelius* pacisce *Bothius.* pacisscere *B.* paciscere *reliqui* potes *ex* potest *rasura B* *Librorum BCD distributione servata* Em illoc pacisci rem potes *Gertzius teste Ussingio* pergere *Z* obsecro *libri*

Pacísce quiduis.

CHRYSALVS

Íbo et faciam sédulo.

Quid clámas?

CLEOMACHVS

Vbi erus túos est?

CHRYSALVS

Nusquam: néscio.

Vis tíbi ducentos númmos iam promíttier,
Vt né clamorem hic fácias neu conuícium?

CLEOMACHVS

Nihil ést quod malim.

CHRYSALVS

Atque út tibi mala multa íngeram?

CLEOMACHVS

Tuo árbitratu.

NICOBVLVS

Vt súbblanditur cárnufex.

CHRYSALVS

Pater híc Mnesilochist: séquere, is promittét tibi.
Tu aurúm rogato. céterum uerbúm sat est.

NICOBVLVS

Quid fít?

CHRYSALVS

Ducentis Phílippis rem pepigí.

NICOBVLVS

Vaha,

Salus méa seruasti mé. quam mox dicó 'dabo'.

---

871. Pacisce B^1. Paciscere B^2 *cum reliquis* quid uis *libri*. qui uis *Acidalius* fatiam *B* 872. eros *B*. erus *CD*. herus *FZ* tuus *libri* CH. *om.* D^1*: add.* D^2 nusquam nescio *(et sup. scr.* secum*) CD* 873. nummos *ras. ex* mummos *B* iam B^2*: om.* B^1 874. clamorem] a *ex* o *corr. B* nec *FZ* neu *ex* meu *C* conuitium *CDFZ* 875. quod] quid *D* CH. *add.* D^2*: om.* D^1 geram *(et* in *sup. scr.) D* 876. Vt . . . carnufex, *quae Nicobulo tribuunt libri, Chrysalo dedit cum Acidalio Ritschelius* subbanditur *ante corr. B.* sublanditur *DFZ* carnifex *FZ* 877. hic *sup. scr. B* mnesiloche *(et* i *sup.* e*)* est *C.* mnesilochi est *reliqui* 878. tuarum *pro* tu aurum D^1Z*: corr.* D^2 ceterum *C* satẽ D^1*:* sat ẽ D^3 879. 880. Philippis rem pepigi. NI. Vaha ‖ Salus méa, seruasti me. quam *scripsi duce Hermanno.* philippis rem pepigi. NI. uah salus ‖ Mea seruasti me quam *libri.* Philippis rem pepigi. NI. Vaha, ‖ Salus, seruauisti me. quam *Hermannus (*rem

CHRYSALVS

Roga húnc tu, tu promítte huic.

NICOBVLVS

Promittó: roga.

CLEOMACHVS

Ducéntos nummos aúreos Philippós probos
Dabín?

CHRYSALVS

Dabuntur ínque: respondé.

NICOBVLVS

Dabo.

CHRYSALVS

Quid núnc, inpure? númquid debetúr tibi?
Quid illí molestu's? quíd illum morte térritas?
Et ego ét ille te mactámus infortúnio.
Si tíbist machaera, at nóbis ueruinást domi:
Qua quídem te faciam, sí tu me inritáueris,

887—889. *Horum versuum apud Festum p. 161 hae laciniae supersunt (cf. Leidolphus l. s. s. p. 231):* . . . chedem ad nob . . . te reddam u . . . rem soricina . . . *Eorundem apud Fulgentium p. XIX L. haec species est:* 'si tibi machera est foris, at mihi ueruina est domi, quo te ego (quem ego *al.*) et illos conficiam ut soricina nenia'

Donatus ad Eun. V 7, 23: Plautus: 'confossiorem te faciam soricina nenia' *Novicium esse testimonium quod Fleckeisenus praef. Stichi ed. Ritschel. p. XXX ex Excerptis Pithoeanis p. 67 petitum* (murrire : clamare, proprium murium. soricum naenia Plauto) *commemorat, demonstravit Loewius Prodr. p. 26*

delebat Acidalius). Philippis pepigi. NI. Vah, Salus, ‖ me seruauisti Hem quam *Ritschelius, ubi* ehem *Fleckeisenus.* Philippis rem pepigi. NI. Ah, salus ‖ Mea seruauisti me, quam *Bothius: cf. Muellerus Pros. p. 396 adn.* 883. inquam *FZ.* inque *(et sup. scr.* i. dio*) C: cf. Parerg. p. 419* *V. 884—901 ex altera rec. repetit Anspachius p. 37* 884. inpure *B.* impure *reliqui* num quid *D*

debetur] debetur p̃ure, *sed per hanc vocem lineola ducta, D* 885. molestus *libri, Olsenus p. 13* quid *Camerarius.* quia *libri* 886. Et ego et ille te mactamus *Muellerus Pros. p. 333.* Et ego te et ille mactamus (mattamus *F*) *libri, Ritschelius, ubi* mactat *Guyetus.* Ego et ille te m. *Hermannus.* Et ego et illic mactamus te *Engerus de pros. p. 18* 887. Si tibi est machera *libri (de Festo cf. testim.).* Si tibi machaera est foris *Fulgentius.* Tibi si est machaera *cum Guyeto Ritschelius.* Si tibi machaera est *Bothius cum Fulgentio.* Si tibi machaera *Hermannus* at nobis *Acidalius, Guyetus (cf. Festus).* et nobis *libri.* at mihi *Fulgentius.* nobis *Bothius* ueruina est *Pylades cum Fulgentio.* uerbina st B^1. uerbena st B^2. urbina est *reliqui* 888. Quã *Z*

Confóssiorem sóricina nénia.
Iam dúdum hercle equidem séntio, suspício
Quae té sollicitet: éum esse cum illa múliere.

CLEOMACHVS

Immo ést quoque.

CHRYSALVS

Ita me Iúppiter, Iunó, Ceres,
Minérua, Luna, Spés, Opis, Virtús, Venus,
Castór, Polluces, Márs, Mercurius, Hércules,
Summánus, Sol, Satúrnus dique omnés ament,
Vt ílle cum illa néque cubat neque ámbulat
Neque aúsculatur néque illud quod dici haúd solet.

NICOBVLVS

Vt iúrat: seruat me ílle suis periúriis.

CLEOMACHVS

Vbi núnc Mnesilochus érgost?

CHRYSALVS

Rus misít pater:
Illa aútem in arcem hinc ábiit aedem uísere
Minéruae. nunc apértast: i, uise: éstne ibi?

---

fatiam *B.* faciam *CDFZ, Donatus: atque ita Ritschelius.* reddam *Festus, Leidolphus p. 231* si] ubi *Festus: cf. Leidolphus l. s. s.* irritaueris *FZ* 889. confossiorem *BC, Donatus.* confessiorem *DFZ, cod. Schobingeri* soricinanenia *B.* soricina (soricinịa *D)* nenia (uenia *F.* renia *Z) CDFZ.* soricina menia *cod. Canonic. Donati* 890. Ian dudum *B.* Iamdudum *reliqui* ercle *D* suspitio *BCD* 891. quę *C.* que *D* solicitet *FZ* eum] cum *Z* esse eum *Hermannus* 892. est *om. B* Iupiter *BFZ* 893. Luna, Spes *Bergkius Opusc. vol. I p. 36.* latona spes *libri.* Spes Latona *Ritschelius cum Guyeto et Hermanno.* Lato, Spes *Ussingius* opis *C.* opes *B.* obs *D.* ops̊ *FZ* 895. Summanus] Submanus *BCDF.* Sumanus *Z* SATVRNVS *(sic) B* diique *libri* 897. ausculatur *Ritschelius.* auscultatur *BCD.* osculatur *FZ* illud quod dici haud solet *scripsi.* illud quod dici solet *libri.* quod non dici solet *vel* illud quod fieri solet *Ussingius* 899. hunc *Z* ergo st *B.* ergo est *C.* ergo *DFZ* 900. hinc *Schneidewinus in Fleckeiseni Exerc. crit. p. 33, Hermannus. om. libri* ędem *C.* edem *BDF* 901. Mineruę *C.* Minerue *D* aperta st *B.* aperta est *reliqui* i uise (inuise *Z.* i uis e *D.* i uise *et sup. scr.* imp̃ exũbo eo *C: cf. Parerg. p. 419)* estne ibi *(*est ne ibi *B.* est neibi *CD) libri: quod temptaverunt Fuhrmannus dissert. p. 46 (*i uide sitne ibi*), Beckerus in Studemundi Stud. vol. I p. 206 (idem vel* uise, sitne ibi *deleto* i *imperativo): cf. idem Fuhrmannus Nov. annal. vol. CV (a. 1872) p. 825*

CLEOMACHVS

Abeo ád forum igitur.

CHRYSALVS

Vél tu hercle in malám crucem.

CLEOMACHVS

Hodie éxigam aurum hoc?

CHRYSALVS

Éxige ac suspénde te:
Ne súpplicare, homo níhili, tibi nos cénseas.
Illést amotus. síne me, per te, ere, ópsecro
Deos ínmortales, íre huc intro ad fílium.

NICOBVLVS

Quid eo íntro ibis?

CHRYSALVS

Vt eum dictis plúrumis
Castígem, quom haec hic fácta ad hunc faciát modum.

NICOBVLVS

Immo óro ut facias, Chrýsale, et ted ópsecro,
Caue pársis in eum dícere.

CHRYSALVS

Etiam mé mones?
Satin ést, si plura ex me aúdiet hodié mala,
Quam audíuit umquam Clínia ex Demétrio?

---

902. uel . . . crucem *Chrysalo tribuit Z: Nicobulo BCDF* uel tu *Ritschelius, Kampmannus de IN praep. p. 32, Hermannus:* uel *libri.* immo *Brixius de Pl. et Ter. pros. p. 26* 903: suspendete *D* 904. suplicare *B.* subplicare *D* homo nihili, tibi nos censeas *Ritschelius.* censeas nihili homo *libri. nisi quod* nihil *Z.* tibi me, nihili, censeas *Hermannus.* censeas nos, nihili homo *vel* censeas tibi, nihili homo *Ussingius, illud non male* 905. Ille est *libri* ere] hẹre *F.* habere *Z* opsecro *B.* obsecro *reliqui* 906. immortales *BCDF.* immortalis *Z* 907. eo intro ibis *libri:* eo introd ibis *Ritschelius Nov. exc. p. 81: cf. Schoellius ad Trin. v. 10.* eo nam introibis *edidit Ritschelius coll. Prol. Trin. p. CLX* eum] cum *F* plurimis *DFZ* 908. cum *libri* hic facta ad hunc *Hermannus.* facta si adhuc B^1. facta sic ad hunc B^2 *cum reliquis.* sic facta ad hunc *Camerarius* 909. chrisale *BCD* ted opsecro B^1. te obsecro *(et* d *sup.* e *in* te*) C.* te obsecro B^2DFZ*: cf. Ritschelius Nov. exc. p. 28.* te id obsecro *Hermannus* 910. par sis *B* ineum *D* Etam me mones *B.* etiamne mones *FZ* 911. satin est *Z.* sat inest *CF.* sat in est *B.* sat anest D^1*: corr.* D^3 '*De* audiét *vide Prol. Trin. p. CLXXXIII coll. CCXXIX: ut non opus sit transpositis* hodie ex med audiet' *Ritschelius* 912. clinio *D.* Dinia *Bergkius Op. vol. I p. 674*

NICOBVLVS

Lippi íllic oculi séruos est simíllumus:
Si nón est, nolis ésse neque desíderes:
Si est, ábstinere quín attingas nón queas.
Nam ni íllic hodie fórte fortuna híc foret,
Milés Mnesilochum cum úxore opprimerét sua
Atque óbtruncaret moéchum manufestárium.
Nunc quási ducentis Phílippeis emi fílium,
Quos dáre promisi míliti: quos nón dabo
Temere étiam, prius quam fílium conuénero.
Numquam édepol temere quícquam credam Chrýsalo.
Verím lubet etiam mi hás perlegere dénuo:
Aequómst tabellis cónsignatis crédere.

---

913. illic *Aldus.* ille *libri* seruus *libri* simillimus *libri* 914. nolis (li *ex* ll) *C* 915. ñ||||queas *cum ras.* (nequeas *fuerat ante ras.*) *B* 918. moechcum *C.* mechum *DF.* mecum *Z* manifestarium *FZ* 919. philippeis *B.* philippis *reliqui* emi] eini *C* 920. dere B^1: *corr.* B^2 921. temere; et iam *Z* priusquam *C* 922. *Ab hoc v. accedit A* NUN(*vel* M)QUAMEDEPOLDEMEREQUIÇQUAM·CREDAMCHRYSALO *A* aedepol *Z* quicquam temere *libri praeter A, Ritschelius* cridam D^1: credam *corr.* D^2 credam. CHR. Verum *C* 923. *Cf. 922* LUBET *A.* libet *reliqui* ETIAM *A.* et *Z* mihi *vel* m̄ *libri* HASPELLEGERE(*sed litteris* ELLE *incertissimis*) *A.* has perlegere *BDFZ.* hasp legere *C* 924. AEQUONST *A.* Aequõ st *B.* aequum est *Z.* ęquum est *C.* equum est *DF* TABELLISÇON-SIGNATIS *A*

ACTVS IV

CHRYSALVS

Atrídae duo fratrés cluent fecísse facinus máxumum,
Quom Príami patriam Pérgamum diuína moenitúm manu
Armís, equis, exércitu atque exímiis bellatóribus

Act. IV scaena 9 CRISALVS SERVVS · NICOBOLVS SENEX *B.* CHRISALVS *(*CH *in ras.) D. om. C.* Chrysalus. Nicobolus *FZ. unum v. vacuum reliquit A. vide ad 979* *Chrysali canticum variis conaminibus tentatum est: nam ut taceam de Guyeto, qui v. 929. 937—942. 950. 951 obelo notavit, Kiesslingius Anal. Pl. p. 14 sqq. v. 931. 945—52. 961 eiecit reliquorum ordine constituto hoc: 925—930. 932—944. 953—958. 962—965. 959. 960. 966—978: quo etiam longius progressus Brachmannus p. 98 sqq. acerrimo iudicio hoc canticum tamquam Plautinum restituit: 925—929. 932—934. 953—960. 968. 969*^{a} *(*Cepi áb eo spolia. iam has tabellas opsignatas quas fero*). 935. 936. 943. 944. 941. 942. 973—975. 969*^{b} *(*Namque ís duc. n. Philippos dare promisit militi*). 970—972. 978. denique Anspachius p. 39 sqq. v. 931. 945—972. damnat, et Ussingius 'Nordisk Tidskrift for Fil.' vol. V (a. 1880) p. 59 sqq. v. 931. 937—940. 949—952. omnia praeter v. 931 defendit Paulus Weise p. 20 sqq., nisi quod v. 946 post v. 948 collocat. ipse non dubito quin interpolatus sit v. 931 et ex altera recensione repetendi sint v. 945—952* *Ceterum Kiesslingius v. 925—934 iambicis dimetris discripsit: cf. Anal. Pl. p. 6—14: at vide quae contra monuit Brachmannus p. 108. certe constat v. 925—934 singulari quadam condicione esse* 925. *Ita A, nisi quod* ATRIDAE *et* FACINUSMAXUMUM Atridae duo *cum A Pylades.* Atridas duo B^1: ɪ e *sup.* s, *h. e.* uel Atridae *corr.* B^2. Adtrides duo D^1. trides duo *C.* Atrides duo D^3FZ cluent *BD cum A.* clauent *C.* dicuntur *FZ* maximum *BCDZ* 926. *Ita A, nisi quod post* PERGAMUMDIUINA *nil legi potuit* Cum *libri praeter A* Perami *Brachmannus duce Fleckeiseno Nov. annal. vol. XCIII (a. 1866) p. 8 adn. coll. Ritschelii Opusc. vol. II p. 497 adn.* moenitum *B.* maenitum *F, 'codex vetustissimus' Pii.* moenium *Z.* menitum *(et sup. scr.* pro munitum*) C.* mo pro munitũ enitũ D^1. *inde* mōnitu enitũ *(et sup. prior. voc.* pro munitum*) effecit* D^2 927. ARMISEQUISEXERCITUATQ·EXIMIISBELLATORIBUS *(litteris* ATQ· *admodum dubiis) A* ęquis *C* atque *del. Anspachius p. 43*

Millé cum numero náuium decumo ánno post subégerunt:
Non pédibus termentó fuit, praeut égo erum expugnabó meum
Sine clásse sineque exércitu et tánto numero mílitum.
[Cepi, éxpugnaui amánti erili fílio aurum ab suó patre.]
Nunc príus quam huc noster sénex uenit, lubet lámentari, dum éxeat.
O Tróia, o patria, o Pérgamum: o Príame, periistí senex,

---

929. *Festus p. 363:* termentum pro eo quod nunc dicitur detrimentum utitur Plautus in Bacchidibus. *cf. Paul. p. 362:* termentum apud Plautum detrimentum *Glossas quas huc spectare putat Loewius Prodr. p. 265 aliter explico: cf. Woelfflini Archii vol. II p. 338*

---

928. MILLE, *dein suo loco* DECUMOANNOPOSTSUBEGERUNT *litteris tribus primis et quinto tribusque ultimis incertissimis A* Mille cum *BCDFZ: cf. Buechelerus de decl. p. 99*[2]. Milli cum *Hermannus: cf. Lucil. IX 65 ed. M.* Millenum *Camerarius.* Et mille *cum Beckero Quaest. p. 8 Ritschelius.* Cum mille *Bergkius Opusc. I p. 674, Ussingius, Kiesslingius l. s. s.* post *om. Z* 929. NONPEDIBUSTERME(*his quinque litteris admodum dubiis*)NTOFUIT(F *et* T *incertissima lectione*)PRAE(*quattuor litteris perdubiis*)UTEGOERUMEXPUGNABOMEŨ *A* Non pedibus termento fuit *aliter atque Bothius explicare conabar Woelfflini Arch. vol. II p. 338.* Non pedibus (t pelides *sup. scr. B^2CD^2:* pelides *in contextu FZ*) tormento fuit (tormento‿rũit *C*) *libri praeter A.* Non peius termento ruit *Ritschelius,* termento *cum Festo ducibus Curione, Cantero Nov. lect. III 8, Lambino et* peius *cum Kampmanno de reb. mil. p. 40. pro* termento *cod. pr. Schobingeri* ornamento *habet,* tam ornamento *eiusdem codex sec.* Non peius termentum hoc fuit *Brachmannus l. s. s.* Non penitus termento fuit *Kiesslingius l. s. s. alia* (Non proinde id *vel* Non equos iis *vel* Nemo ibus) *temptat Ussingius.* Non Phrygibus termento fuit *Gertzius teste Ussingio* prę ut *B.* prout *FZ* *V. 930 sq. interpolatos dicit Brachmannus p. 109* 930. SINECLASSESINEQ·EXERCITUETTANTONUMEROMILITUM *A* Sine armis *Anspachius p. 43* exercitud *Ritschelius Nov. exc. p. 78* ettanto *D.* atque tanto *corr. in B Camerarius* militum] nauium *Kiesslingius* 931. CEPIEXPUGNAUIAMANTI(IAMA *litteris perdubiis*)ERILIFIL *et* PATRE *in fine A* Coepi *BDZ* erili *CD.* herili *praeter FZ raro exemplo etiam B* 932. NUNCPRIUSQUAM *dein incertissimae reliquiae litterarum* HUCSENEXUENIT *ut videtur, et in fine* DUMEXEAT *A* prius quam huc noster senex uenit *Brachmannus l. s. s. p. 109.* prius quam huc senex uenit *libri.* prius quam huc senex noster uenit *Wilamowitzius teste Kiesslingio, qui ipse de* húc priusquam sénex *cogitaverat.* huc prius quam senex uenit *Ritschelius.* prius quam huc hic senex uenit *Muellerus Nachtr. p. 123* libet *BCDFZ* ex eat *B* 933. OTROIAOPATRIAOPERGAMUM *in A legi potuit* Perame *Fleckeisenus Exerc. p. 42, Nov. annal. vol. XCIII (a. 1866) p. 8 adn.: cf. Ritschelius Opusc. vol. II p. 497 adn.*

Qui mísere male mulcábere quadrigéntis Philippis aúreis.
Nam ego hás tabellas óbsignatas, cónsignatas quás fero,
Non súnt tabellae, séd equos quem misére Achiui lígneum.
Epíust Pistoclérus: ab eo haec súmptae. Mnesilochús Sinost
Relíctus. ellum: nón in busto Achílli, sed in lecto áccubat:
Bacchídem habet secum, ille ólim ut habuit ígnem qui signúm daret:
Nunc ípsum exurit. égo sum Vlixes, quóius consilio haéc gerunt.
Tum quae híc sunt scriptae lítterae, hoc in equo ínsunt multi mílites
Armáti atque animatí probe. ita rés successit mi úsque adhuc.
Atque híc equos non in árcem, uerum in árcam faciet ímpetum.
Exítium, excidium, exlécebra fiet híc equos hodie auró senis.

---

934. QUIMIS *et perdubias reliquias litterarum* EREMALE *in A legere sibi visus est Loewius* mulcabere D^1: multabere D^3, *Ussingius* quadrigentis *Ritschelius Parerg. p. 406.* quadringentis *BZ.* quadragentis *CDF* 935. NAMEGOHASTABELLAS *(litteris duabus ultimis incertis) A* 936. NONSUNTTABELLAESED *(quinque ultimis litteris incertis) A: ubi etiam* EQUU*(vel* O*)*S *exstare videri testatur Studemundus 'Verhandl. der 36. Phil. Vers.' p. 56* tabelle *CDF* sed equos B^1: u *sup.* o *add.* B^2. sed equus *(*seq ęquus *C) CDFZ* *V. 937—940 om. A* 937. Epius est *BCD.* epeus est *F.* epeius est *Z* ab eo] inde *Muellerus Nachtr. p. 98* hęc *C.* hec *D* sumptae *Kiesslingius.* sumpta *libri, Ritschelius* Sinost *Angelius.* sinon est *BCF.* si non est *DZ* 938. ellum *B.* illum *CDF.* ille *Z* imbusto *Z* inlecto *B.* lecto *CDFZ* 939. ut *Pylades. om. libri* 940. Nunc *Guyetus.* Hunc *libri.* Haec *Camerarius, Palmerius.* Hic *Lambinus* esurit *F.* eccum urit *Palmerius* ulixes *BCDF.* ulisses *Z* cuius *libri* consilioh *ante ras. B* haec *BFZ.* hanc *CD* gerunt B^1CDF. geruntur B^2Z, *Kiesslingius l. s. s. p. 11* 941. TUMQUAEHICSUNTSCRIPTAELI *A* Túm qui hic insunt *c. q. s. Kiesslingius l. s. s. p. 11 trochaicum discribens praecedente hypermetro iambico* quę *C.* que *D* scriptę *C.* scripte *D* litterae *B.* littere *C.* literae *vel* litere *DFZ* hoc in equo insunt multi *Muellerus Nachtr. p. 123.* hoc in equo insunt *libri, nisi quod* in ęquo *C et* in i equo *B.* hoc insunt in equo *cum Guyeto et Hermanno Ritschelius.* hoc in equo quae insunt sunt *Luchsius Hermae vol. VIII (a. 1875) p. 123 sq.* tot hoc in equo insunt *Ussingius: cf. Brachmannus p. 110. de* equod *cogitat cum Buechelero Ritschelius Nov. exc. p. 64. 66* 942. ARMATI*(et ut vid.* A *sup.* I*)*TQ·ANIMATI *A* mi usque *Bothius.* meliusque *BCDFZ* 943. ATQ·HICEQU *in A legit Loewius: ibidem* EQVV*(vel* O*)*S *videri extare testatur Studemundus l. ad v. 936 exscripto* equus *BCDFZ* arcam *ex* arcum *C.* archam *Z.* artham *F* 944. *Ita A* Exidium *(et* c *sup. scr.)* exicium *B.* ex-

(Nostró seni huic stolido, eí profecto nómen facio ego Ílio.
Milés Menelaust, égo Agamemno: idém sum Vlixes Lártius:
Mnesílochust Alexandér, qui erit exítio rei patriaé suae.'
Is Hélenam auexit, quoía causa núnc facio obsidium Ílio.
Nam illi ítidem Vlixem audíui, ut ego sum, fuísse et audacem ét malum.
Doli égo deprensus sum: ílle inuentus méndicans paene ínterit,
Dum ibi fácta exquirit Íliorum. adsímiliter mi hodie óptigit:

---

cidium exitium *CDFZ* lacebra D^1*:* ex *add.* D^2*:* ex latebra *corr.* D^3*: atque ita FZ* equus *libri praeter A* 945. *Ita A, nisi quod* EIPRO-FECTO *et* FACIOEGOILICO 946. MENELAUST *A.* menelauust *ex* menelaus est *B.* menelaus est *CDFZ, nisi quod* mene laus est *CD.* Menelauost *coll. Ribbeckio Trag. fragm. inc. fab. v. 90 Fleckeisenus loco mox commemorando* AGAMEMNO *A.* agamenno CD^1. agamennon BD^3. agamemnon *F.* agamenon *Z.* Agamemino *Ritschelius Opusc. vol. II p. 498* sum *add. Hermannus. om. libri. cf. Ritschelius Opusc. vol. II p. 498, Fleckeisenus Nov. annal. vol. XCIII (a. 1866) p. 8 et Muellerus Pros. p. 698* ULIXES *A.* ulysses *Z* LARTIUS *A, Acidalius.* lertius *CDF.* lercius *B.* laertius *Z: Fleckeisenus l. s. s., Ritschelius l. s. s.* 947. *Ita A, nisi quod* MNESILOCHUSEST *et* EXITIOREIPATRIAE mnesilochus est *etiam BCDFZ* Alixenter *Fleckeisenus Nov. annal. vol. XCIII (a. 1866) p. 11: cf. Ritschelius Opusc. vol. II p. 497* quierit *D* exitium *libri praeter A* patrię suę *C.* patrie sue *D* 948. SIHELENAMAUEXIT*(vel* EI *vel* TE*)*CUIA *et reliqua ut supra A* His elenam abduxit *B.* Is elenam abduxit *D.* Is helenam abduxit *CFZ.* auexit *iam Bergkius Opusc. vol. I p. 674* cuia *BCD cum A, Scioppius Susp. lect. I 21.* cuius *Z.* cui haec *F* hunc facio obsideri *'alibi scriptum' esse Pius annotat* obsidi *Z* 949. ILLIITIDEM *A, Bothius.* illic eidem *BCDFZ* ULIXEMAUDIUI *A.* audi ulixem B^1. audiui ulixem B^2CDFZ*, nisi quod* ulyssem *Z* ego ut *Muellerus Pros. p. 241* FUISSE *A.* fuise *ante corr. B* ETMALUM *in novo versu A* 950. Doli ego deprensus *Acidalius.* DOLISEGOPRENSUS *A.* Dolis ego deprensus *BDZ.* Dolis ego deprehensus *CF.* Mendaci ego prensus *Brachmannus p. 101.* Fallens ego prensus *Ussingius. cf. Muellerus Pros. p. 172. 333* ille inuentus mendicans paene *Ritschelius.* ILLEMENDICANSPAENEINUENTUS *A. item reliqui nisi quod* pene*: ceterum cf. Fleckeisenus Nov. annal. vol. LXI (a. 1851) p. 23, Engerus 'Zur Pros. des Pl.' p. 6 et 17, Muellerus Pros. p. 333, 357* interiit *libri cum A: praesens restituit cum aliis Ritschelius* 951. ibi] sibi *Z.* illic *Kiesslingius l. s. s. ceteris servatis* facta exquirit *Ritschelius.* exquirit facta *B (ante ras.)* D^1 *et* D^3*:* EXQUIRITFATA *A, atque ita BD (post ras.) et CFZ* exquaerit ibi facta *Fleckeisenus* Iliorum *Gulielmius Verisim. I 22, Scaliger.* illorum *libri cum A* adsimiliter *DFZ cum A, nisi quod post eam vocem* udoiem *erasa in D.* autsimiliter *C* ac similiter *B.* id similiter *'alibi codicum legi' Pius ait*

Vinctús sum, sed dolís me exemi: item se ílle seruauít dolis.)
Ílio tria fuísse audiui fáta, quae illi fórent exitio:
Sígnum ex arce sí periisset: álterum etiamst Tróili mors:
Tértium quom pórtae Phrygiae límen superum scínderetur.
Pária item tria eís tribus sunt fáta nostro huic Ílio.
Nam dúdum primo ut díxeram nostró seni mendácium
Et de hóspite et de auro ét de lembo, ibi sígnum ex arce iam ábstuli.
Iam dúo restabant fáta tunc, nec mágis id ceperam óppidum.

953. 954. *Cf. Serv. ad Aen. II 13:* secundum Plautum tribus, uita scilicet Troili, Paladii conseruatione, integro sepulcro Laomedontis quod in Scaea porta fuit ut in Bacchidibus lectum est: *de quibus verbis cf. Brachmannus p. 180 et Ostermayer de hist. fab. p. 21 sq.*

mihi *libri cum A* HODIE *A* obtigit *FZ cum A* 952. *Ita A, nisi quod* DOLIS *et* ITEM *et* DOLIS *(S incerta)* sum] fui *Fleckeisenus* me *Pylades cum A. om. BCDFZ* exemi *rasura ex* exiemini *D* ille se *Hermannus, Ritschelius.* illic se *Muellerus Pros. p. 115* seruat *Hermannus, Ritschelius Trochaicum una cum v. 951 esse volunt Christius Mus. Rhen. vol. XXIII (a. 1867) p. 579, Spengelius T. Macc. Pl. p. 92: cf. Muellerus Pros. p. 172 sq. Versum in suspicionem vocat Ussingius V. 953—956 iambicos (praeeunte Acidalio) sic transformavit Hermannus repugnante etiam A:* Tum tría fuisse audiui fata, quae Ilio exitio forent: ‖ Ex árce signum si perisset: alterum est mors Troili: ‖ Quom pórtae Phrygiae limen superum scinderetur, tertium. ‖ Eis ítidem paria tria tribus sunt fata nostro huic Ilio 953. Ilio] ILLI *A* tria] ia *e corr. B²* fata *B post ras. CDFZ.* FAT*(vel* I*)*A *A ut videtur* QUAE *A.* quę *CD²*. que *D¹* illo *C ante corr.* forent *BCDFZ.* FUERE *A* exicio *B.* exitium *(*um *expunct. et* o *supr. scr.) D* exitio forent *Brachmannus p. 109 duce Hermanno* 954. ARCE *A* periisset *BCD cum A.* perisset *FZ* etiam est *(*etiam st *B) libri cum A.* autemst *Ritschelius cum Bothio.* fuit *Ussingius* TROILI *A.* truili *D¹: corr. D²* 955. TERTIUM *A.* tercium *C* cum *libri cum A* PORTAEPHRY*(vel* I*)*GIAE *A.* forte phrigię *C.* forte phrigie *D.* forte frigie *B¹.* forte frigię *B².* portae scaeae *Z.* Phrygiae *etiam Scaliger e suo cod. adscripsit* LUMEN *A* 956. PARIA *A.* patria *Z* ITEMTRIA *A* eis *BCDFZ.* E*(vel* H *vel* I *vel* T*)*E*(vel* I *vel* T*)*I*(vel* E *vel* T*)*S *A: ubi* illis *legit Geppertus Stud. Pl. II p. 37* TRIBUS *A* facta *B ante ras.* nostro *Meursius cum A.* nostra *BCDFZ* HUICILIO *A* 957. *Ita A, nisi quod* UT mendatium *B* 958. ETDEHOSPITEETDEAURO *(reliqua ut supra) A* ospito *D¹.* ospite *D².* hospite *D³* signum *sup. scr. in B* aroe *D¹:* arce *D³* 959. IAM *A* RESTABANT *A* facta *ante ras. B* TUNC *A.* dum *D¹.* tum *BCD²FZ* coeperam *BZ* opidum *F*

Post úbi tabellas ád senem detúli, ibi occidi Tróilum,
Quom cénsuit Mnesílochum cum uxore ésse dudum mílitis.
Ibi uíx me exsolui: atque íd periclum adsímulo, Vlixem ut praédicant
Cógnitum ab Helena ésse proditum Hécubae. sed ut illim ílle se
Blánditiis exémit et persuásit se ut amítteret,
Item égo dolis me illo éxtuli e períclo et decepí senem.
Post cúm magnifico mílite, urbes uérbis qui inermús capit,
Conflíxi atque hominem rélppuli. dein púgnam conseruí seni:
Eum ego ádeo uno mendácio deuíci, uno ictu extémpulo
Cépi spolia. is núnc ducentos númmos Philippos míliti
    Quos dáre se promisít dabit.

Hunc versum damnat Langenus 'Philol. Rundschau' vol. I (a. 1881) p. 433 960. TABELLAS *A* DETULIIBI *A: itemque reliqui.* tetuli, ibi ego *Hermannus et Ritschelius.* tetuli ibi *Acidalius: quam scripturam tutantur cum alii tum Lachmannus in Lucr. p. 387* 961. CUM *A cum reliquis* MNESILOCHUS *A* UXOREESSE *A Ceterum v. expunxit auctore Wilamowitzio Kiesslingius l. s. s.: defendit Langenus p. 35* 962. *Ab hoc v. deficit A* uix me exsolui *BC, nisi quod una littera erasa ante* exsolui *in C.* m̃e ũix &solui D^1*:* x *sup. & add.* D^2*: etiam* e *ante* x *add.* D^3. me iniunxit solui *FZ, cod. Schobingeri* periculum *FZ* adsimilo *libri* ulyssem *Z* predicant *BCF* 963. 964. *Trochaeos defendit Studemundus de cant. p. 76: quem secuti sunt Kiesslingius l. s. s., Brachmannus p. 102. cf. Muellerus Pros. p. 172 sq., Nachtr. p. 69. iambos discripsit Ritschelius* 963. Ab Helena cognitum *cum Acidalio Ritschelius* eccubę *B.* eccube *CD.* heccube *F* illim *Seyffertus de bacch. vers. thes. V, Muellerus Pros. p. 172, Kiesslingius.* olim *libri, Ritschelius* 964. Blandiciis *BCDZ* ab ea exemit *duce Pylade Hermannus.* ab illa exemit *Ritschelius* persuadit *D* et] et ei *Seyffertus l. s. s.* ut se *Pylades, Hermannus* 965. Itaƈ *B* ilio *BC* extuli *Dissaldeus.* expuli *libri* epericlo *D.* e periclo *C.* e periculo *FZ.* periculo *B* decipi D^1*: corr.* D^3 966. Post *cum Acidalio Ritschelius.* Poste *CD.* Post‿ea *B.* posthec *F.* post haec *Z: cf. Opusc. vol. II p. 543.* Ibi *Kiesslingius versu transposito* inermis *Z* 967. Conflixi B^2FZ. Confixit B^1CD 968. Eum ego adeo uno B^2DF. Cum ego adeo uno B^1CZ. Eum adeo uno ego *Hermannus* mendatio *BC* extemplo *FZ* 969. *Sic discripsi cum Studemundo de cant. p. 76, Spengelio T. Macc. Pl. p. 139, Kiesslingio l. s. s.: iambicum fecit Ritschelius* Cepi ab eo *scribens duce Hermanno (*Ego cepi*)* Coepi *BCD.* Caepi *Z* 970. *'Sic hunc versiculum singillatim perscriptum non B tantum, sed CD quoque. Quem mutilum esse censeo deperdita parte altera quae potuit similis esse ac v. 842* ita res successit mi usque adhuc. *cum proximis sic concinnarit Hermannus:* Quos dáre se

Nunc álteris etiám ducentis úsus est, qui díspensentur
Ílio capto, út sit mulsum quí triumphent mílites.
Sed Príamus hic multo ílli praestat: nón quinquagintá modo,
Quadrigéntos filiós habet atque equidem ómnis lectos síne probro:
Eos égo hodie omnis cóntruncabo duóbus solis íctibus.
Nunc Príamo nostro síst quis emptor, coémptionalém senem
Vendam égo, uenalem quem hábeo, extemplo ubi óppidum expugnáuero.
Sed Príamum adstantem eccum ánte portam uídeo. adibo atque ádloquar.

NICOBVLVS. CHRYSALVS

NICOBVLVS

Quóianam uox própe me sonat?

CHRYSALVS

O Nícobule.

---

promisit dabit. nunc alteris etiam usus est, || Qui díspensentur ut sit mulsum qui triumphent milites' *Ritschelius: lacunam reiciunt eidem Studemundus, Spengelius, Kiesslingius locis quos v. 969 commemorari*

Ante Quos *in B spat. circ. 5 litterarum* 971. 972. qui dispensentur || Ilio capto *libri, Studemundus, Kiesslingius (cf. v. 970), Brachmannus p. 110:* capto Ilio || qui dispensentur *cum Acidalio Ritschelius, adnotans librorum scripturam qui retinere velit, non posse non duos trochaicos (acatalectum cum catalectico) agnoscere sic pauculis transpositis:* Nunc etiam alteris ducentis*: cf. Parerg. p. 425.* Núnc altris etiám *Muellerus Nachtr. p. 69* dispensetur *CDZ* *Inter* capto *et* ut *erasa* k *in B* triumphunt *(et* e *sup.* u*) D* 973. Peramus *Brachmannus: cf. 933* prestat *BD* 974. Quadrigentos *(ut v. 1183) Schneiderus gramm. lat. elem. I p. 735 Reizio duce.* Quadringentos *libri* atque equidem omnis *libri.* atque omnis *cum Hermanno Ritschelius.* atque equidem *Brachmannus p. 110. confert Ritschelius Proleg. p. LXXVIII: at vide Ribbeckium de part. p. 40* *Post* lectos *rasura, ante quam* sine *scriptum erat* probo *Z* 975. om̄s *CD.* omnes *FZ* 976. si émptor est, coemptionalem *Hermannus* si est *libri* eptor *(et* m. *sup. scr.) C* comptionalem *ante corr. B, cod. Scaligeri:* e *add. in B eadem manus.* comptialem *vel* cõptialē *CD.* comicialem *FZ* 977. habebo *CD* et templo *D*[1]*: corr. D*[2] *et D*[3] opidum *(et* p *sup. scr.) D.* opidum *F* expurgauero *Z* 978. adstantem eccum *B.* adstante mecum *CD.* astantem eccum *FZ* uideo *FZ.* uidebo *BCD* alloquar *Z*

979. *Novae scaenae initium fecit Ritschelius contra libros* *Personarum nomina usque ad v. 986 om. CD*[1]*: add. D*[2] Cuianam *(*Cuia nam *C) libri* uox prope me sonat *libri.* prope me sonat uox hic

NICOBVLVS

Quíd fit?

CHRYSALVS

Euge.

NICOBVLVS

Quíd, quod te misi, écquid egisti?

CHRYSALVS

Hém, rogas? congrédere.

NICOBVLVS

Gradior.

CHRYSALVS

Óptumus sum oratór: ad lacrumas hóminem coegi cástigando
Máleque dictis, quaé quidem quiui cónminisci.

NICOBVLVS

Quíd ait?

CHRYSALVS

Verbum
Núllum fecit: lácrumans tacitus aúscultabat quae égo loquebar:
Tácitus conscripsít tabellas: óbsignatas mi hás dedit.
Tíbi me iussit dáre. sed metuo né idem cantent, quód priores.
Nósce signum: estne éius?

NICOBVLVS

Noui: lúbet perlegere has.

CHRYSALVS

Pérlege.

Spengelius 'Reformvorschl.' p. 345 duce Muellero Nachtr. p. 51 Rud. v. 229 comparante nicobole *FZ* CHR. Euge. NIC. *addidit Ritschelius (lacunam signaverat Hermannus): om. libri* O Nicobule, quid fit? NIC. Quid fit? *Ussingius* 980. Quid quod *BFZ*. Quid quid *C*. Quidquid *D* ec quid *BFZ*. hęcqd *D*. hęc qd *C* egisti] cogistin *Z* hem *add. Ritschelius: om. libri* gradior *CDFZ*. congredior *(i in litura) B, servatum a Bentleio in Phorm. V 6, 12* 981. Optimus *FZ* ad lacrumas hominem coegi castigando *scripsi*. ad lacrumas coegi hominem castigando *libri, nisi quod* lucrumas *C*, lucromas D^1 *(a sup. u add.* D^3*)*, lachrymas *Z*. hominem ad lacrumas coegi castigando *Ritschelius*. hominem ad lacrumas castigando adegi *Hermannus* 982. quę *C* equidem *F*, *Spengelius 'Reformvorschl.' p. 345: cf. Luchsius Comm. pros. I p. 23* comminisci *BDFZ*. cõminis ci *(altera c ex e) C* 983. lachrymans *Z* auscultabat *ex* autcul tabat *D*. aucscultabat *B* que *CD* 984. obsignatas] *ante* i *rasura in B* mihi has dedit *libri*. has dedit mi *Ritschelius praeeunte Acidalio: cf. Proleg. Trin. p. CCXCI.* mihi has dedit: dein *Hermannus* has dedit mihi obsignatas *Bothius* 985. neidem *D* 986. est ne *BD* libet *libri* perlegerebas *C*

Nunc súperum limen scínditur, nunc própe adest exitium Ílio.
Turbát equos lepide lígneus.

NICOBVLVS

Chrysále, ades, dum ego has pérlego.

CHRYSALVS

Quíd me tibi adesse ópus est.

NICOBVLVS

Volo ego utí scias, quae hic scrípta sint. 989a

(CHRYSALVS

Quíd me tibi adesse ópus est?

---

987. *Hunc versum (praeter* nunc *quod v. 986 annectitur) om.* B^1*: in marg. add.* B^2*, ubi nunc abscissum* lio *(*Ilio*)* Hunc *Z* scindit̄ n͠c *(*it *e corr. ut vid.)* B^2 prope *Acidalius: om. libri* nunc adest exitium Vilio *Spengelius 'Reformvorschl'. p. 346* exicium *BC* 988. equos *B.* equus *reliqui* lepide] lapides *Z* chrisale *B* ad es *B* pellego *Z* *V. 990—996 ita discripsit Ritschelius:*

CH. Quíd me tibi adesse ópus est, quaeso. NI. V́t scias quae scrípta sint hic.
CH. Níl moror, neque scíre uolo ego. NI. Támen ades. CH. Quid ópus est? NI. Taceas.
CH. Nólo inquam. NI. At uolo, ínquam. CH. Quid opust? NI. Át enim id quod te iúbeo facias.
CH. Adero. iustumst: tuús tibi seruos tuo árbitratu seruiát. NI. Vah,
Cérae haut parsit néque stilo. set quícquid est, pellégere certumst.
Hoc áge sis nunc iam. CH. V́bi lubet, recita: aúrium operam tíbi dico.
NI. Eúge litterás minutas. NI. Quí quidem uideát parum oculis:
Vérum qui satis uídeat, grandes sátis sunt. NI. Animum aduórtito igitur.

*Contra duplicem rec. agnoscit Brachmannus p. 139 statuens v. 989*a *(*Volo ego ut scias, hic scripta quae sient*). 990, dein verba* Quód te iubeo id facias. CHR. Adero*, 991. 992 = 989*b *(*Volo ut quod iubebo facias*). 993. 994. 995. 996 esse, quem sequitur Anspachius p. 44 quamvis versiculos paullo aliter dimetiens: cf. etiam Langenum p. 201, qui licentius rem tractat. contra disputat Paulus Weise p. 25 sqq. hunc ordinem reliquis eiectis facit Spengelius 'Reformvorschl.' p. 346: 989*a*. 991. 992. 993. 994. 995. 996: quid ipse iudicem infra apparebit* *V. 989—990 ita discribit Anspachius p. 47:* Quid mé tibi adesse opus ést? ‖ Vt sciás quae hic scripta siént ‖ Nil móror neque scire uoló. ‖ Tamen ádes. Quid opust? Taceás. ‖ Quod iúbeo id. fácias. Ádero*: sic autem Leo Mus. Rhen. vol. XL (a. 1885) p. 197:* Vt scias quae hic scripta sient. ‖ Níl moror neque scire uolo. ‖ Támen ades. Quid opust? Taceas. ‖ Quód iubeo id facias. Adero*: cf. etiam Studemundus de cant. p. 77* 989a. 989b. *Ita scripsi: quos sic exhibet B:* Quid me tibi ad esse opus est? NI. uolo ut quod iubebo facias. ‖ Vt scias quae hic scripta *(*r *sup. v. m. 1)* sient*: nec discrepant reliqui, nisi quod* adesse *et* iubeo B^3CDFZ, quę *C,* scripta *exhibent CDFZ: verba* quod

NICOBVLVS
Volo uti quód iubebo id facias.

CHRYSALVS
Ádero.) 989^b

CHRYSALVS
Níl moror neque scíre uolo ego.

NICOBVLVS
Támen ades.

CHRYSALVS
Quid ópus est?

NICOBVLVS
Taceas. 990
Eúge, litterás minutas.

CHRYSALVS
Quí quidem uideát parum.
Vérum qui satis uídeat, grandes sátis sunt.

NICOBVLVS
Animum aduórtito igitur.

CHRYSALVS
Nólo, inquam.

NICOBVLVS
At uolo, ínquam.

CHRYSALVS
Quid opust?

NICOBVLVS
Át enim id quod te iúbeo facias.

CHRYSALVS
Iústumst, ut tuós tibi seruos tuo árbitratu séruiat.

iubebo id facias. CHR. Adero *(989^b) ante* NIC. Euge *v. 991 exstant Versum 989^b a diasceuasta repeto, qui versibus aliquot eiectis ad v. 994 transire voluerit* Volo ego *v. 989^a iam Brachmannus p. 139:* ut scias hic scripta quae sient *idem ibidem.* Tute ut scias hic scripta quae sient *Muellerus Nachtr. p. 28.* Vt scias quae scripta sint hic *Ritschelius cum Hermanno.* Volo uti tu scias quae hic scripta sint *Spengelius 'Reformvorschl.' p. 346* 990. Nihil *libri* nec *F* uolo ego *Ritschelius:* uolo *libri* opus est *FZ.* opust *BCD* tacias *D^1: corr. D^2* 991. *Cf. v. 989^b* Euge *B.* Eu *CD.* heu *FZ: cf. Brachmannus p. 139.* Em *Langenus p. 201* literas *D^1: corr. D^2* uideat *ex* uidead *D* parum oculis *Ritschelius duce Hermanno* 992. grandis *D^1: corr. D^3* aduorte *FZ* igitur *del. Brachmannus p. 139* 993. aduolo *Z* opus est *FZ* Atenim *D* te *om. FZ* 994. Iustum st *B.* Iustum est *CDFZ* ut *add. Hermannus: om. libri.* uti *post* tuos *inseruit Spengelius 'Reformvorschl.' p. 346,* ut *post* seruos *Brachmannus p. 139* tuus *libri* seruos semper *Anspachius l. s. s.* tuo] tunc *C* seruiat *ex* seruiad *D* seruiat tuo arbitratu *Hermannus* *Cf. Muellerus Nachtr. p. 62*

NICOBVLVS

Hoc áge sis nunc iam.

CHRYSALVS

Vbi lubet, recita: aúrium operam tíbi dico.

NICOBVLVS

Cerae équidem haud parsit néque stilo. certúmst pellegere quídquid est.

'Patér ducentos Phílippos quaeso Chrýsalo
Da, si ésse saluom uís me aut uitalém tibi.'

CHRYSALVS

Malúm quidem hercle mágnum: tibi dicó.

NICOBVLVS

Quid est?

CHRYSALVS

Non príus salutem scrípsit?

NICOBVLVS

Nusquam séntio.

CHRYSALVS

Inde á principio iam ínpudens epístulast.

---

995. nunc iam *B*. iam nunc *CDFZ* iubet D^1*: corr.* D^2 Hóc age nunciam. úbi lubet recitá sis, tibi dico aúrium operam *Fleckeisenus praef. Bacch. p. 13* dico] dabo *FZ* Hóc age sis nunc. CH. úbi lubebit, récita: tibi dico aúrium operam *Hermannus: cf. Brachmannus p. 140* 996. Cerę *B*. caerę *Z* equidem *F*: quidem *reliqui* par sit *D* certumst pellegere, quicquid est *scripsi*. sed quicquid est pellegere *(*pellere D^1*: corr.* D^2. perlegere *Z)* certum st *(*certum est *CDFZ) libri*. at perlegere certumst quicquid est *Brachmannus p. 130. librorum scriptura servata hypermetrum constituit Spengelius 'Reformvorschl.' p. 346* 997. EPLA *(h. e.* EPISTOLA*) praem. B: eandem idem notam singulis epistulae partibus praefigit. novam scaenam hinc CD ordiuntur, vacuo spatio praemisso* CD^1*, cum hac inscriptione* NICOBOLVS CRISALVS D^2 NIC. ater *C*. NIC. O pater *D*. O pater *FZ* philipp‖os *(i erasa) B* queso *BCF* chrisalo *BC* *V. 998—1035 duplicem recensionem esse voluit Brachmannus p. 143 sic: 1000. 998. 1001. 999. 1002—1006. 1013—1024. 1028—1035 = 1007—1012. 1025—1035: hoc autem modo Anspachius p. 46 sq.: 998—1001. 1007—1035 = 998. 999. 1002—1006. 1028—1035. neutri assentitur Paulus Weise p. 28 sq.* 998. saluum *libri* me uis *F* *Ante* aut *tres litterae erasae in B* 999. CHR. *FZ: om. CD, Ussingius:* NIC *praem. B* magnum tibi dico. NIC. Quid est *FZ*. magnum CH. tibi dico. NI. quid est *CD, Ussingius*. magnum *(sequitur spat. 9 litterarum)* Tibi dico. CRI. Quid est *B* 1000. CHR. *om. B* NIC. *om.* D^1*: add.* D^2 1001. *Huc transposuit Acidalius qui in libris est post 1006* printipio *D* inpudens *cum C etiam B, in quo post eam vocem lacuna est e rasura verbi* inpudens *orta:* impudens *DFZ* epistula est *F*. epistola est *reliqui*

Non dábis, si sapies: uérum si das máxume,
Ne ille álium gerulum quaérat, si sapiét, sibi:
Nam ego nón laturus súm, si iubeas máxume.
Sat síc suspectus súm, quom careo nóxia.

NICOBVLVS

Auscúlta porro, dum hóc quod scriptumst pérlego.
'Pudét prodire me ád te in conspectúm, pater:
Tantúm flagitium té scire audiuí meum,
Quod cúm peregrini cúbui uxore mílitis.'
Pol haúd derides: nám ducentis aúreis
Philippís redemi uítam ex flagitió tuam.

CHRYSALVS

Nihil ést illorum, quín ego illi díxerim.

NICOBVLVS

'Stulté fecisse fáteor: sed quaesó, pater,
Ne me, ín stultitia sí deliqui, déseras.
Ego ánimo cupido atque óculis indomitís fui:
Persuásumst facere quoíus me nunc factí pudet.'
Prius cáuisse ergo quám pudere aequóm fuit.

CHRYSALVS

Eadem ístaec uerba·dúdum dixi illi ómnia.

1002. Nodabis *(et* n *sup. scr.) D* sapes *ex* sapis *C* maxime *B* 1003. gerurulum *C* quęrat. *C.* querat *BF:* quaeret *(vel* quaerat si sapiat*) Brachmannus p. 134* 1004. Nã, *sed* a B^2 *in litura* non *sup. scr.* B^1 siubeas *C* maxime *B* 1005. cum *libri* 1006. scriptum st *B.* scriptum est *reliqui* pellego *F* *Cf. v. 1001* 1007. NI. *praem. FZ.* EPLA *B* conspectu *B* 1008. flagicium *C* sciui *(et* re *sup. scr.)* audire *(et* ui *sup. scr.) D.* sciuire audiuire *C* 1009. multis *C* 1010. NIC. *praem. B* 1012. Nil *(et* hi *sup. scr.) C* illi *om.* D^1*: sup. scr.* D^2 1013. NI.] EPLA *B* fetis se D^1*: corr.* D^2 queso *BCF* 1014. stultia *C.* stulti||cia *(erasa* a*) D* *Ante* si *erasum* et *in B* 1015. sui B^1*: corr.* B^2 1016. Persuasum st *B.* persuasum est *reliqui* quoiius *vel* quoiuis *B.* cuius *(post* cuius *rasura, ante quam* me nunc *fuerat C) reliqui.* cui *(ut sit genetivus) Scaliger* nunc me *Z* facti *om. C* 1017. NIC. *praem. B,* CHRIS. D^3 Prius . . . quam *in ras. C* cauisse ergo *Acidalius.* te cauisse ergo *libri.* te cauisse *Ussingius.* causse te ergo *Kochius Nov. annal. vol. CIII (a. 1871) p. 828* equm *B.* ęquum *C.* aequum *Z.* equum *DF* 1018. istęc *C* uer badudum *D* dixi illi *Hermannus.* illi dixi *libri*

NICOBVLVS

'Quaeso út sat habeas íd, pater, quod Chrýsalus
Me obiúrigauit plúrumis uerbís malis
Et mé meliorem fécit praeceptís suis,
Vt te éi habere grátiam aequom sít bonam.'

CHRYSALVS

Estne ístuc istic scríptum?

NICOBVLVS

Em specta, túm scies.

CHRYSALVS

Vt, quí deliquit, súpplex est ultro ómnibus.

NICOBVLVS

'Nunc sí me fas est éxorare abs té, pater,
Da míhi ducentos númmos Philippos, te ópsecro.'

CHRYSALVS

Ne unúm quidem hercle, sí sapis.

NICOBVLVS

Sine pérlegam:
'Ego iúsiurandum uérbis conceptís dedi,
Datúrum id me hodie múlieri ante uésperum
Prius quam á me abiret. núnc, pater, ne périerem,
Cura átque abduce me hínc ab hac quantúm potest,

1019. NI.] EPLA *B* Queso *BCF* chrisalus *B* 1020. Me obiurigauit *Ritschelius Opusc. vol. II p. 428 sq.* Me obiurgauit *libri*. Med obiurgauit *Ritschelius cum Bothio edidit* plurumis *CD*. plurimis *reliqui* 1021. preceptis *BF* 1022. ei te *Ritschelius* equum *BF*. ęquum *C*. aequum *DZ* 1023. *Pers. om. C* Esne *(et* t *minio additum) B* hem *libri praeter B.* en *Ritschelius edidit* spectatum *BCD*. spectadum *Gruterus* 1024. quid *Z* deliquid *D*¹*: corr. D*³ subplex *D* ultro *ex* ultio *D* 1025. NIC.] EPLA *B*. NIC. *D*¹*: del. D*² exorare abs te *Langenus p. 319.* obsecrare abs te *libri, quod e proximo versu ortum esse adnotat Ritschelius* orare etiam abs te *scribens.* obsecrare te *Acidalius.* hoc precari abs te *Gertzius teste Ussingio. cf. Bergkius Beitr. p. 43* 1026. numbos *B* obsecro *libri* 1028. EPLA *praem. B* 1029. odic *D*¹*: corr. D*³ 1030. pater ne perierem *Usenerus Nov. annal. vol. XCI (a. 1865) p. 227.* pater ne periurem *BDFZ*. ne periurem *C*. ne periurem pater *Pylades.* pater ne peierem *cum Camerario edidit Ritschelius. mentitur Scioppius Susp. lect. V 15* 1031. adduce *C*. abduc *FZ* potest *B (ante ras.)*. potes *B (post ras.) CDFZ*. potis *Fleckeisenus*

Quam própter tantum dámni feci et flágiti.
Caue tíbi ducenti númmi diuidiaé fuant:
Sescénta tanta réddam, si uiuó, tibi.
Vale átque haec cura.' quíd nunc censes, Chrýsale?

CHRYSALVS

Nihil égo tibi hodie cónsili quicquám dabo
Neque ego haúd committam ut, sí quid peccatúm siet,
Fecísse dicas dé mea senténtia.
Verum, út ego opinor, sí ego in istoc sím loco,
Dem pótius aurum quam íllum corrumpí sinam.
Duae cóndiciones súnt: utram accipiás uide:
Vel ut aúrum perdas uél ut amator périeret.
Ego néque te iubeo néque ueto neque suádeo.

NICOBVLVS

Miserét me illius.

CHRYSALVS

Túos est: non mirúm facis.
Si plús perdundum sít, periisse suáuiust

1032. qua propter *Z* dãpni *CD* flagicii (la *in ras.*) *C.* flagitii *reliqui* 1033. diuidiae *Camerarius.* diuitiae *Z.* diuitię *B.* diuiciae *C.* diuitie *DF* 1034. sexcenta D^3FZ tantum *Z.* tanta *etiam Pyladis codd.* *Inter* tibi *et* Vale *ras. circ. 5 litt. D* 1035. Valeatque *D* hec *CF* NIC Quid *B* censes] n *e corr. B.* cesses *D* chrysale (1 *s. v.*) *C.* chrisale *B* *V. 1036—1049 duas discernit recensiones Brachmannus p. 145 sq. hasce: 1036—1040. 1047—1049 = 1041—1046 et hasce Anspachius p. 48: 1036—1038. 1044—1049 = 1041—1043. 1039. 1040. 1044—1049: contra disputat Paulus Weise p. 30 sq.* 1036. Nil (*et* hi *sup. scr.*) *C* hodie consilii *BCDF.* consilii hodie *Z* 1037. Neque ego haud] *cf. Ritschelius Opusc. vol. II p. 335* Vtsiquid *C.* Vt siquid *B.* Vt si quid (*ex* qui||) *D* fiet *DFZ* 1038. dicas *ex* dicati *rasura D* de mea *Z.* de me (deme *D*) mea *BDF.* de'' mea me'' *C.* de meamet *olim Ritschelius.* te de mea *Muellerus Nachtr. p. 124 dubitanter* 1039. NIC *praef. B* ego si *Hermannus, Ritschelius* sim *BCDF.* sum *Z* 1041. due *CDF* conditiones *libri* utram *Guyetus.* utram tu *libri.* tu utram *Acidalius, Muellerus Pros. p. 176* 1042. perdam *ex* perdas *B* perieret *Usenerus Nov. annal. vol. XCI (a 1865) p. 227.* periuret *libri.* peieret *cum Camerario ed. Ritschelius* 1043. CRI *praem. B* nec te *F* 1044. meillius *D* Tuus *libri* faciás *B* 1045. *Nicobulo dat v. 1045 sq. Brachmannus p. 146, quos Chrysalo cum libris adsignat Ritschelius rectissime* perisse *Z.* periisse (perii se *C*) *reliqui* suauiust *B.* suauius est *reliqui: cf. Brachmannus p. 147.* satius est *Scaliger, Dousa, Ritschelius*

Quam illúd flagitium uólgo dispaléscere.

NICOBVLVS

Ne ille édepol Ephesi múlto mauellém foret,
Dum sáluos esset, quám reuenissét domum.
Quin égo istic quod perdúndumst própero pérdere?
Binós ducentos Phílippos iam intus écferam:
Et míliti quos dúdum promisí miser
Et ístos. mane istic: iam éxeo ad te, Chrýsale.

CHRYSALVS

Fit uásta Troia, scíndunt proceres Pérgamum.
Sciui égo iam dudum fóre me exitium Pérgamo.
Edepól qui me esse dícat cruciatú malo
Dignúm, ne ego cum illo pígnus haud ausím dare:
Tantás turbellas fácio. sed crepuít foris:

1046. illum *B* uuolgo *D ante ras.* uulgo *F* *V. 1047 et 1048 B in margine habet* NIC *ut saepius in fine prioris v. adscripto: eosdem expellit Ussingius Tidskrift for Filologi vol. V (a. 1880) p. 65, cum in editione post eos inseruisset v. 1045 sq.: at sana sunt omnia* 1047. ephi *Z* molto *D* foret] t *man. rec. B* 1048. saluus *libri* Ephesi| *sequitur in C bibliopegi vitio huc traiecta membrana exitum fabulae complectens a versus 1163 verbis* Audes qui non 1049. Quin ego istic quod perdundumst propero perdere? *Kienitzius de Quin p. 4 duce Ritschelio,* Quin *et* propero *cum Grutero.* Quid ego istic quod perdundum est *(*perdundu st *B)* properem *(*pperem *D*[1]: pperem *D*[3]*)* perdere *BDFZ.* Quid ergo istic quod perdundum est propere perdere *C, unde* ergo *scribit post* istic *interrogationis signo posito et post* properem perdere *sublato Ussingius.* Quin ergo istic *in 'antiquis exemplaribus' esse Pius testatur.* Quid ego istuc? quod p. e. properem perdere *Acidalius,* Quid ego istic? quod p. e. properem perdere *Bothius, uterque sine interrogatione:* Quid istic? ego quod *(vel* Quid istic? quod est p.*)* perdundumst properem perdere *Fleckeisenus praef. Bacch. p. 13, qui tamen in sua ed. ad Ritschelii sententiam revertitur.* Quid istic? ut quod perdundumst properem perdere, Binos *c. q. s. Kochius Emend. Pl. p. 8.* Quin ego istuc, quod perd. e. properem perdere? *Bothius olim. vide Acidalium etiam alia comminiscentem* 1050. philippos ducentos *B* ecferam *B (ante corr.) CD*[1]. efferam *B (correctus) D*[3]*FZ* 1051. 1052. promisimus eret istos *C* 1052. chrisale *BCD* 1053. CHR *(et sup. scr. m. 2* secum*) D* Fituasta *D* *V. 1054 damnat Brachmannus ut ad similitudinem versuum 987. 944. 947 factum* foreme *D* exicium *BD. 'a Plauto nescio an* exitio *scriptum sit ut v. 947' Ritschelius* 1055. crutiatu *B* 1056. Digno *(et* ū *sup.* o*) D* ego cum *libri, Spengelius T. Macc. Plaut. p. 210, Ussingius:* cum *Hermannus, Ritschelius: cf. Philologi vol. II (a. 1847) p. 72 et Hermanni Opusc. vol. VIII p. 438* ausim] sim *e corr. in ras. circ. 7 litterarum B*[2] 1057. tur bellas *D*

Ecfértur praeda ex Tróia. taceam núnc iam.

Nicobvlvs

Cape hóc tibi aurum, Chrýsale: i, fer fílio.
Ego ád forum autem hinc íbo, absoluam mílitem.

Chrysalvs

Non équidem accipiam: proín tu quaeras quí ferat.
Nolo égo mi credi.

Nicobvlvs

Cápe uero: odiosé facis.

Chrysalvs

Non équidem capiam.

Nicobvlvs

At quaéso.

Chrysalvs

Dico ut rés se habet.

Nicobvlvs

Moráre.

Chrysalvs

Nolo, inquam, aúrum concredí mihi.
Vel quí me seruet, da áliquem.

Nicobvlvs

Ohe, odiosé facis.

1062. *Charis. p. 209, 23:* Odiose Plautus in Bacchidibus: 'odiose . . . uero'

1058. Ecfertur *B (ante corr) CD*[1]. Effertur *B (correctus) D*[3]*FZ* preda *BF* tateam *ut vid. D*[1]. tatea *corr. D*[3] 1059. cap *(et* e *sup. scr.)* hoc tibi *D*. Cape cape hoc *Scaliger* chrisale *BCD* i] id est *F*. ·i· *(et sup. scr.* ĩmp.*) D: cf. ad v. 901* 1060. absoluam militem *Fleckeisenus.* ut soluam militem *libri.* ut soluam militi *Lambino duce Bothius, Ritschelius: ubi* militei *Buechelerus de decl. p. 108*[2] Ego autem hinc ibo ad forum, ut absoluam militem *Scaliger: cf. Muellerus Pros. p. 282* *Versuum 1061—1065 duplicem recensionem hanc dignosci posse probabiliter censet Brachmannus p. 148: 1061. 1062 = 1063—1065: contra disputat Paulus Weise p. 31* 1061. prointu *D* queras *BCDF* 1062. Nolo mihi *B ante corr., Hermannus, Ritschelius.* Nolo ego mihi *B correctus cum reliquis* capeuero *ex* capeuer *corr. D* odiose facis care uero *cod. Charisii, ubi* caue uero *scripsit Fabricius* 1063. queso *BCDF* 1064. morare *ex* morere *D.* mo- rare? *C* credi *F* 1065. Vel qui me seruet da aliquem *Muellerus Pros. p. 65 (cf. Nov. annal. vol. 83 p. 268).* Vel da aliquem qui me seruet *B, Ritschelius. om. CDFZ* ohe odiose *libri.* odiose *Guyetus, Ritschelius* seruet me. NI. Ohe *Ussingius cum aliis: at cf. Ritschelii Prol. Trin. p. CCXIX. CCXXII*

CHRYSALVS

Cedo, sí necessest.

NICOBVLVS

Cúra hoc. iam ego huc reuénero.

CHRYSALVS

Curátumst esse té senem misérrumum.
Hoc ést incepta ecfícere pulcre: ut núnc mihi
Euénit, ut ouans praéda onustus céderem.
Salúte nostra atque úrbe capta pér dolum
Domúm reduco iam íntegrum omnem exércitum.
Sed, spéctatores, uós nunc ne mirémini
Quod nón triumpho: péruolgatumst, níl moror.
Verúm tamen accipiéntur mulso mílites.
Nunc hánc praedam omnem iam ád quaestorem déferam.

1066. necesse sit *(et* est *sup.* sit*) C.* necesse est *BDFZ* cura *ex* cure *D* ho *C* iam ego huc *BCDF, Fleckeisenus.* iam ego *Z, Bergkius Opusc. vol. I p. 36.* iam huc *cum Hermanno Ritschelius ut Mil. gl. v. 863. cf. Muellerus Pros. p. 399* 1067. CHR. Curatum est *BCFZ.* CHR. *(et sup. scr.* secum*)* Coratum est *D* miserumum *B.* miserrimum *FZ* *V. 1068 sq. = 1070 sq. esse voluit Brachmannus p. 148 sq.: quo longius progressus Anspachius p. 50 v. 1070—1074 = 1068. 1069. 1075 esse pronuntiavit: neutri assentitur Paulus Weise p. 31 sq.* 1068. efficere *libri* pulcre: ut nunc mihi *Langenus p. 76.* pulcre *(*pulchre *CDFZ)* ueluti mihi *libri.* pulchre: uti nunc mihi *Guyetus.* ueluti nunc mihi *deleto* pulcre *Hermannus, Fuhrmannus Nov. annal. vol. CI (a. 1870) p. 687.* pulcre: uel mihi *Bothius, Ritschelius.* pulcre: uel mi uti *Brachmannus p. 149:* pulcre: uti mihi *Bentleius in Hor. Epist. II 1, 67* 1069. preda *BF* honustus *ante ras. B* cederem *Scaliger, Bentleius in Hor. Epist. II 1, 67.* incederem *libri. cf. Goellerum in Trin. p. 131, Kampmannum de reb. mil. p. 41* Ouans incedam praeda onustus euenit *Brachmannus p. 149* 1070. capta *ex* capte *D* 1071. educo *FZ* iam *add. Ritschelius: om. libri.* ego *add. Hermannus* integum *(*r *sup. scr.) C* Exercitum integrum omnem redduco domum *Fleckeisenus Nov. annal. vol. LXI (a. 1851) p. 57. alia comminiscitur Muellerus Pros. p. 497* *De v. 1072—1075 vide Ritschelium Parerg. p. 423 sqq.* 1073. peruulgatum est *libri* nil *F.* nihil *BCDZ* 1075. predam *BF* iam *B: om. reliqui* questorem *(*questo rem *D) BCDF* defferam *Z*

ACTVS V

PHILOXENVS

Quam mágis in pectore meó foueo, quas méus filius turbás turbet,
Quam se ád uitam et quos ád mores praecípitem inscitus capéssat:
Magis cúraest magisque adfórmido, ne is péreat neu corrúmpatur.
Scio: fúi ego illa aetate ét feci illa omnía, sed more modésto.
Duxi, hábui scortum, pótaui, dedi, dónaui: at enim id ráro.
Neque plácitant mores quíbus uideo uolgo in gnatos essé parentes.

Act. IV scaena 10 PHILOXENVS SENEX *B. om. CD.* Nicobolus *FZ. primo versui Nicobuli personam praemittunt CD* *Anapaesticis acatalectis et catalecticis alternantibus olim discripserat Hermannus Elem. doctr. metr. p. 415 sq., continuis octonariis idem in editione (cf. praef. eius p. V), Ritschelius., qui tamen praef. p. 11 sq. sententiam suam retractat. post illos tractaverunt hanc scaenam praeter Fleckeisenum inprimis Vossius de vers. anapaest. Plaut. p. 14 et Spengelius 'Reformvorschl.' p. 346* 1076. uam magis *C* 1077. amores *Z* p̃cipitem *CD.* precipitem *BF* inscitis *Z* capescat *C* ille inscitú' capessat *Ritschelius cum Hermanno* 1078. curae est *libri* adformido *BFZ.* afformido *CD* pereat *ex* peread *D* 1079. ego fui *B* illa *om. C* ętate *C* *Post* feci *hiatu admisso octonarium constituit cum Hermanno Ritschelius* *V. 1080. 1081 sic collocarunt Scaliger, Acidalius, Pareus: inverso ordine libri. v. 1081 delet Ussingius* 1080. Dixi *C* dedi donaui *libri, sed ut post* dedi *erasa sit* et *in C.* edi *Mercerus apud Gulielmum Misc. quaest. c. 3, Ritschelius octonario constituto: septenarium tutatur Spengelius l. s. s.* at enim *Pareus.* et enim *libri.* sed enim *Dousa, Acidalius* 1081. mores *D*[1]*:* more *D*[2] quis *Guyetus: cf. Buechelerus de decl. p. 132*[2] uolgo *CDZ.* uulgo *BF* in gnatos *Seyffertus.* gnatos *BCDF.* gnatis *Z, Ritschelius* gnatis uolgo esse parentis *Ritschelius praef. p. 12*

Ego dáre me meo gnato ínstitui, ut animo óbsequium sumére possit:
Aequom ésse puto, sed nímis nolo ei désidiae dare lúdum.
Nunc Mnésilochum, quod mándaui,
Viso, écquid eum ad uirtútem aut ad frugem ópera sua conpúlerit:
Sicút eum, si conuénit, scio fecísse: eost ingenió natus.

1082. *Huc respicit Donatus in Andr. I 1, 41:* falsum est autem quod Cicero dixit obsequium primum dixisse Terentium, cum et Plautus et Naeuius ante dixerint

V. 1082–1086 discripsi cum Vossio et quidem v. 1082 et 1083 et 1086 cum B, ubi post 1083 haec initia sunt: Nunc, Aut ad, Sicut. *eosdem sic constituit Ritschelius:*

Ego dáre me ludum meó gnato instítui, animo suo ut óbsequium
Sumére possit: aequom ésse puto: setením nimis nolo désidiae
Et néquitiae illum operám dare. nunc ad Mnésilochum, quod mándaui,
Viso, écquid eum mi ad uírtutem aut ad frúgem opera sua cómpulerit:
Sicút eum, si conuénit, scio fecísse: eost ingenió natus.

Quattuor versibus sic comprehendit Hermannus in edit. omnia:

Ego dáre ludum gnato ínstitui, animo óbsequium ut sumére possit:
Aequom ésse puto: sed nímis nolo: nunc Mnésilochum, quod mándaui,
Viso, écquid eum ad uirtútem aut ad frugem ílle opera sua cómpulerit:
Sicút eum scio, si cónuenit, fecísse: eost ingenió natus.

'*Quae ratio universa si prae nostra placeat, saltem propius a veritate abesse hanc versuum conformationem putarim,* ad uirtutem aut *ut pro glossemate habeantur:*

Ego dáre me ludum gnáto institui, animo óbsequium ut sumére possit:
Aequom ésse puto: set nímis nolo desídiae. nunc ad Mnésilochum,
Quod mándaui, uiso, écquid eum mi ad frúgem opera sua cómpulerit.

ceterum ultimo versu nescio an catalexis praestet eo ingenio natust' *Ritschelius: quibuscum conferenda sunt quae idem praef. p. 12 protulit* 1082. me meo gnato *Buechelerus Mus. Rhen. vol. XXXIX (a. 1884) p. 287.* me ludum (medum *et* lu *sup. scr. C)* meo gnato (nato *FZ) libri.* ludum gnato *Hermannus* ut animo *(ex* animū *C)* obsequium (obsequio, *sed* ū *sup.* o *D:* obseq̄do *F.* obsequi dando *Z) libri.* animo obsequium ut *Hermannus* 1083. Equum *BCDF.* Aequum *Z* uolo *Z* ei desidiae *Vossius l. s. s.* desidiae (desidię *C)* ei *libri.* me desidiae ei *Spengelius l. s. s.* sed nimis] *cf. Brixius Nov. annal. vol. CXXII (a. 1881) p. 48* 1084. *Cf. Studemundus de cant. p. 53.* Nunc . . . uirtutem *septenarium esse vult Spengelius l. s. s.* mesilochum *(sed* n *sup. scr.) C* 1085. *Cf. 1084* Aut frugem opera . . . scio *octonario inclusit Spengelius l. s. s.* eum] cum *Z* compulerit *BFZ* 1086. Fecisse: eost ingenio natus *dimetro inclusit Spengelius l. s. s.* siconuenit *B.* conuenit *FZ* eost *B.* eo est *reliqui*

NICOBVLVS. PHILOXENVS

NICOBVLVS

Quicómque ubi ubi sunt quí fuerunt quiqué futuri sunt pósthac
Stultí, stolidi, fatuí, fungi, bardí, bleñni, buccónes,
Solís ego omnes longe ántideo stultítia et moribus índoctis.
Perií: pudet. hocine me aétatis ludós bis factum esse índigne.
Magis quam íd reputo, tam mágis uror, quae méus filius turbáuit.
Perdítus sum atque etiam erádicatus sum: ómnibus exemplís crucior.
Omnía me mala conséctantur, omníbus exitiis ínterii.
Chrysálus me hodie delácerauit, Chrysálus me miserum spóliauit.

1088. *Festus Pauli p. 35*: Blennos stultos esse Plautus indicat qui ait: 'stulti . . . buccones': *unde pendet Osbernus p. 72. glossas ex eodem vel simili fonte petitas attulit Loewius Prodr. p. 265*

Act. V scaena 1 NICOBOLVS SENEX · PHILOXENVS SENEX *B*. NICOBOLVS · PHILOXENVS *D*[2] *et, nisi quod* Philoxenes, *FZ. om. CD*[1] *Anapaesticis septenariis hanc scaenam Hermannus discripsit in ediditione: septenariis octonariisque idem in Elem. doctr. metr. p. 414 sqq. post Hermannum et Ritschelium Fleckeisenumque eam tractaverunt Vossius l. s. s. p. 14 sq., Spengelius 'Reformvorschl.' p. 346 sq. (cf. T. Macc. Pl. p. 129), Anspachius p. 52 sq.: cf. Studemundus de cant. p. 65* *V. 1087—1103 Anspachius in tres discernit recensiones: quod quomodo perficiat apud ipsum p. 51 legas* 1087. uicumque *C*. Quicunque *Z* ubi ubi *e cod. Schobingeri affert Pareus (cf. Spengelius l. s. s.).* ubique *B*. ubi *CDFZ*. ubi ubique *Ritschelius*. ubicumque *Vossius l. s. s.* quique *olim Ritschelius* ubi *probato* fuere *Z* Qui sunt et ubi ubi, quique fuerunt *Hermannus* futuri *ex* future *D* posthaec *B ante ras.* 1088. stulti stolidi blemni buccones *Osbernus* stolididi *F* bucones *CD* 1089. oms̃ *BCD*. omnis *F* *Post* longe *erasum* ante *in B* antideo *Bothius*. antedeo (anted eo *B*. ante deo *C*) *BCD*[1]. ante eo *D*[3]*FZ*. *cf. Ritschelius Opusc. vol. II p. 557, Buechelerus de decl. p. 96*[2] stulticia *BFZ* indoctis *libri.* moris *cum Hermanno Ritschelius* 1090. *Post* pudet *erasum* pudet *in B* hoccine *libri* ętatis *C* ludos bis *BC*. ludus his *DF*. ludum his *Z*. *cf. Parerg. p. 427 sqq.* esse *om. cum Hermanno Ritschelius* *De v. 1991—1094 cf. Anspachius p. 52* 1091. Quam magis *Z, Fleckeisenus* repeto *FZ* quae *Camerarius*. quem *BCDFZ* tubauit *B*[1]*: corr. B*[2] 1092. etiam *om. cum Hermanno Ritschelius* exemblis *C* crucior *CDFZ*. excrutior *B* 1093. Om|||nia *(erasa* a) *B*. nam *F* me *sup. scr. B* confectantur *D* exitiis (exiciis *C*. *post* exitiis *erasum* inte *in B)* interii *libri*. interii exitiis *cum Hermanno Ritschelius* 1094. Ita *addit initio*

Is mé scelus auro usque áttondit dolis dóctis indoctum út lubitumst.
Ita míles memorat méretricem esse eam quam ílle uxorem esse áiebat:
Omníaque ut quidque actúmst memorauit: eám sibi hunc annum cónductam:
Relicúom id auri factúm, quod ego ei stultíssumus homo promísissem.
Hoc hóc est quod cor péracescit, hoc ést demum quod pércrucior:
[Me hoc aetatis ludificari: immo edepol sic ludos factum.]

Anspachius p. 52 chrisalus *B* me hodie delacerauit *Ritschelius.* me hodie lacerauit (lazerauit *D) libri.* med hodie lacerauit *Hermannus olim,* hodie me lacerauit *idem in edit.* autauit *pro* lacerauit *e suo codice Scaliger adscripsit: in quo latere vel* aurauit *vel* deaurauit *coniecit. de* hocedie *cogitat Ritschelius Nov. exc. p. 94 cum Bergkio Opusc. vol. I p. 111* chrisalus *BD* me *om. cum Hermanno Ritschelius* 1095. adtondit *Z* Is scélus me usque dolis áttondit *Ritschelius (addens 'nisi* me *males post* dolis *collocare') duce ex parte Camerario* auro *delente ut ex v. 1101 receptum* lubitumst *B.* lubitum est *CD.* libitum est *FZ* *De v. 1096—1098 cf. Ritschelius Op. II p. 307* 1096. *Post* miles *2 litt. erasae in B* eam *om. CDFZ* esse uxorem quam ille esse aibat *Ritschelius.* quam ille uxorem esse aiebat *Hermannus* esse *antea deleto* 1097. Omnia ut *B*[1]*:* que *add. B*[2] quidque *CDF.* quidquid *B.* quodque *Z* actum est *libri* memorauit eam *(ea B, ubi* m *minio addita est)* sibi *libri.* memorat eam sibi esse *Anspachius l. s. s.* memorat: sibi eam *cum Hermanno Ritschelius coll. Trin. proleg. p. CLII et falli dicens Beckerum Quaest. p. 12. cf. Muellerus Pros. p. 72* conductu *(et ã sup.* u*) C*
1098. Relicum *B.* reliquum *reliqui* eis *D ante ras.* stultissimus *libri.* stultus *Hermannus* promisississem *C.* permisissem *Z.* promissem *cum Reizio Ritschelius* *De v. 1099—1100 cf. Anspachius p. 52* 1099. Hoc est, hoc est *Acidalius* quod cor *Seyffertus Stud. Pl. p. 13.* quod *BCDF. om. Z.* quo pectus *Ritschelius.* quod pectus *Hermannus* peracescit *Z.* peraccessit *(ac e corr. B*[2]*) BC.* peracessit *F.* peraccessit *(*accessit *punctis deletum et sup. scr.* al. acescit*: super* acescit *denique m. 3 addit* per*) D* *V. 1100 expulit Ritschelius ut ad v. 1090 similitudinem confictum. 'interpolationis indicio hic quoque ut alibi saepe (velut Bacch. 989 sqq. et fortasse 1082 sqq.) turbata versuum descriptio est, quae haec est in B:*

Relicum. id auri factum. quod ego ei stultissimus
Homo promisissem; hoc hoc est quod peraccessit.
Hoc est demum quod percrucior. me hoc aetatis ludificari
Immo edepol sic ludos factum.
Cano capite *c. q. s.'*

Ritschelius *Ceterum* etatis *CF* ędepoh *Z* ludus *C*

Canó capite atque albá barba miserúm me auro esse emúnctum.
Perii. hóc seruom meum nón nauci facere ésse ausum. atque ego, si álibi
Plus pérdiderim, minus aégre habeam minusque íd mihi damno dúcam.

PHILOXENVS

Certe híc prope me mihi néscio quis loqui uísust. sed quem uídeo?
Hic quidém pater Mnesilochíst.

NICOBVLVS

Euge, socium aérumnae et mei máli uideo.
Philoxéne, salue.

1101. Cono B^1*: o expunxit superscripto* a B^2 alba] cana *codex Romanus Longolii* meauro *D* 1102. seruum *libri* non *inseruit* B^2*: om.* B^1 naucifacere *B.* nauti facere *DF* si] sibi *Z* 1103. egre *BCF* habebam *radendo in* habeam *corr. B* dampno *CD* *V. 1104—1108 sic constituit Ritschelius ex parte duce Hermanno:*

Córto hic prope me míhi loqui nescío quis uisust. sét quem uideo?
Híc quidem patér Mnesilochist. NI. Eúge socium aerúmnae uideo.
Philóxene, salue. PH. Ét tu, unde agís te? NI. Vnde homó miser atque ínfortunátus.
PH. At pól certo ego íbi sum, esse ubi hóminem decét miserum atque ínfortunátum.
NI. Igitúr nos parí fortuna, aétate ut súmus, utimúr. PHI. Sic est. sét tu

'parum probabiles sint de quibus cogitet quispiam bacchiaci hexametri tales:

Certe híc prope me míhi nescío quis loquí uisus ést. set quem uídeo?
Hercle híc quidem patér Mnesilochíst. NI. Euge sócium aerumnae ét mei mali uídeo.

contra certa est talium bacchiacorum descriptio a. v. 1106 ad 1108: quae debetur Hermanno' Ritschelius. cf. praeter eos quos supra commemoraui Muellerus Pros. p. 128, Studemundus de cant. p. 34 1104. Certe *Langenus p. 26.* Certo *libri* nescio quis loqui mihi *Bothius.* mihi nescio quis loquier *idem· improbante Kampmanno de AB praep. p. 20: cf. Ritschelii Proleg. Trin. p. CLXVIII* uisust *B.* uisus est *reliqui* uisus loquist. sed quem uideo *Hermannus.* mihi uísus loqui nescio quis *idem in Iahnii Annal. vol. XXXV (a. 1842) p. 195* 1105. mnesilochi est *Z.* mnesilochi *reliqui* quidemst pater Mnesilochi *Fleckeisenus* Euge ego *Anspachius p. 53* Pater hic quidem Mnesilochist. NI. socium, euge, aerumnae atque mali uideo *Hermannus* aerumnę *B.* erumne *CDF* 1106. O Philoxene *Spengelius l. s. s. p. 244 octonarium efficiens* agis] *cf. Ritschelius Nov. exc. p. 80* miseratque *D*

PHILOXENVS

Et tu, unde ágis?

NICOBVLVS

Vnde homo miser átque infortunátus.

PHILOXENVS

At pól ego ibi sum, esse ubi míserum hominem decet átque infortunátum.

NICOBVLVS

Igitúr pari fortuna, aétate ut sumus, útimur.

PHILOXENVS

Sic est. séd tu Quíd tibist?

NICOBVLVS

Pól mihi par idemst quód tibi.

PHILOXENVS

Númquidnam ad fílium haec aegritudo ádtinet?

NICOBVLVS

Admodum.

PHILOXENVS

Idém mihi mórbus in péctorest.

NICOBVLVS

At mihi Chrýsalus frúgi homo atque óptumus
Pérdidit fílium, me átque rem omném meam.

1107. PHILOIXEN' *C* polgo *(et* e *sup. scr.) C* ibi] ubi *Z* infortuatum *(et* n *sup.* u*) C* 1108. fortuna *(*a *ex* e*) D* utimur philoxen' sic *C* ętate *C* *Transposuit Hermannus bacchiacos efficiens:* Pari ígitur fortúna utimúr nos, aetáte ut sumús. Sic est. séd tu *V. 1109 sqq. creticos Bothius discripsit, a v. 1112 etiam Hermannus Elem. doctr. metr. p. 213* 1109. 1110. tibi st *B* tibi est *reliqui* par idem *(*paridem *D)* est quod *(*quod est *FZ) libri.* aegrest idem quod *Ritschelius ('quando* curae idemst quod *parum Plautinum').* cordi est idem quod *Ussingius.* partum idemst quod tibi *Britzelmayrius l. s. s. p. 7* tibi. Philoxenus. Numquid nam *C* Numquid ad *Bothio praeeunte Hermannus* hęc *C* egritudo *BCDZ* attinet *CDZ* *Cf. Anspachius p. 53* 1111. pectore st *B.* pectore est *reliqui* 1112. 1113. chrisalus *BC.* crysalus *D* frugi homo atque optumus *scripsi.* optumus *(*obtumus *CD)* homo *libri.* optumus homo meum *Ritschelius cum Hermanno* At mihi iste óptumus Chrýsalus homó meum *edidit Hermannus. iambicum vel anapaesticum (*hominum*) esse vult Spengelius 'Reformvorschl.' p. 126* At mihi Crúsalus ‖ Óptumús homo perdidit ‖ Fílium me átque rem omném meam *Anspachius p. 53. cf. Beckerus Quaest. p. 24* meatque *D*

PHILOXENVS

Quíd tibi ex fílio nam, ópsecro, aegrést?

NICOBVLVS

Scies:

Ís perit cúm tuo: aeque ámbo amicás habent.

PHILOXENVS

Qui scís?

NICOBVLVS

Vidi.

PHILOXENVS

Ei mihi, dísperii.

NICOBVLVS

Quíd dubitamus púltare atque huc éuocare ambós foras?

PHILOXENVS

Haúd moror.

NICOBVLVS

Heus Bácchis, iube sis áctutum aperirí fores,
Nísi mauoltis fóres et postes cómminui secúribus.

1114. obsecro *libri* egrest *B.* ęgre est *DZ.* egre est *CF* 1115. Is perit *Bothius.* is periit *Z.* Id periit *B. item* id. periit *reliqui, pronomen cum* scies *iungentes.* Periit is *Hermannus, Fleckeisenus Nov. annal. vol. LXI (a. 1851) p. 23* aeque ambo *Hermannus.* atque ambo aeque *libri, nisi quod* ęque *B,* eque *CDFZ.* ambo aeque *Acidalius.* atque ambo *Guyetus* 1116. *Anapaesticum fecit Hermannus in ed.: creticum catalecticum* misero *post* mihi *addito Ritschelius: cf. Spengelius l. s. s. p. 45* Quiscis *D* *Ante* uidi *unius litt. ras. B* hei *FZ: atque ita Ritschelius edidit* 1117. ambos *BCD.* ambas *FZ* 1118. Haut *B.* hud *(a sup. scr.) C* moror ego *Hermannus* *Ante* NIC *ras. unius litt. B* iubesis *D* Actutum *ex* Ectutum *D* apperiri *D* fores *(*foras *ante corr. B) BCDF. om. Z* 1119. nisi *sup. scr. C* mauoltis *BCDF.* mauelis *Z.* uoltis *Hermannus.* mauis *Guyetus* '*Aut* mauoltis *aut* foris *pronuntiando contrahitur*' *Ritschelius* potes B^1. postes B^2 *cum reliquis*

BACCHIDES. NICOBVLVS. PHILOXENVS

BACCHIS

Quis sónitu ac tumúltu tantó nominát me atque púltat aedes? 1120

NICOBVLVS

Ego átque hic.

BACCHIS

Quid hóc est negóti nam, amábo? 1121[a]

Quis hásce huc ouis adégit? 1121[b]

NICOBVLVS

Ouís nos uocánt pessumaé.

SOROR

Pastor hárum

1122. 1123. *Charis. p. 141, 8*: Pecu Plautus in Bacchidibus: 'pastor . . . halitantes'

Act. V scaena 2 BACHIDES DVAE·SENES·II· *B. om. CD.* Bachis. Nicobolus. Bachis altera. Philoxenus *F et omisso* altera *Z* *Duplicem recensionem constituit Brachmannus p. 151 sqq. (1122—1132. 1140 = 1133—1136. 1138. 1139): triplicem Anspachius p. 55, quem ipsum inspicias: cf. Paulus Weise p. 17 sqq.* *Totam scaenam tractat Spengelius 'Reformvorschl.' p. 348 sqq.* *V. 1120—1121[b] bacchiacos hexametros constituit Ritschelius hosce:*

Quis sónitu ac tumúltu tantó nominát me atque tám pultat aédis?
NI. Ego átque hic. BA. Quid hóc est negóti nam, amábo? quis hás ouis adégit?

*quos tribus discribit versibus B (*Quis — Me atque — Nam amabo*): cf. Seyffertus de bacch. vers. p. 32, Studemundus de cant. p. 44, Spengelius T. Macc. Pl. p. 206, Muellerus Pros. p. 206. tres tetrametros constituit duce Hermanno Brachmannus p. 151:* Quis sónitu ac tumúltu tantó nominát me? ‖ Quis hás pultat aédis. NI. Ego átque hic. B. Quid hóc est ‖ Negóti? SOR. Quis hásce huc nam amábo ouis adégit? *quorum in tertio* Negóti nam, amábo? NI. quis ouís huc adégit? *Hermannus voluerat. alia molitur Anspachius p. 55. cf. Christius Metr. p. 455[1] et Leo Mus. Rhen. vol. XL (a. 1885) p. 188* 1120. uis sonitu *C* tumultu tantu *B*[1]*: corr. B*[2]. tumultu tanta *D*[1]. tumultu tanto *D*[2]. tumulto tanto *C*. tumultuanti *FZ* nominat *Pylades.* nomine nominat *libri* me atque] me ‖ Meásque *Spengelius p. 224* aedes *CD*. edes *BFZ* 1121[a]. hic. Bahis. quid *D* negotii *BCD*. negocii *FZ* amalo *D*[1]*: corr. D*[2]. ambo *F* 1121[b]. *Sorori dat. Brachmannus* hasce huc ouis] has huc ouis *(*hịc *et* u *sup.* ị *B:* hc *et* u *sup.* c*, dein* couis *D*[1] *et sup. scr.* sex (n *sup. scr.*) uocat oues *D*[2]*) libri.* hasce ouis *Frid. Schmidt de demonstr. pron. form. p. 33* *De* ouis has adegit *cogitat Ritschelius* 1122. Quis *pro* Ouis *B*[1] uocat *(et* n *sup. scr.) B* pessumę SOROR Pastor *B*. pessume. BA. pastor *FZ, Brachmannus, qui etiam in sequentibus personas mutat.* BACHIS. pessume pastor *CD* harum] a *rescripsit B*[2]

Dormít, quom huc eúnt a pecú palitántes.

BACCHIS

At haúd pol nitént: sordidae ámbae uidéntur.

SOROR

Attónsae hae quidem ámbae usque súnt.

PHILOXENVS

Vt uidéntur

Derídere nós.

NICOBVLVS

Sine suo úsque arbitrátu.

BACCHIS

Rerín ter tu in ánno posse hás tonsitári?

SOROR

Pol hódie alterá iam bis détonsa cértost.

V. 1123—1134 personarum notas C nullas habet 1123. quom huc eunt *Spengelius p. 204.* cum h̄ *(h. e.* haec*)* eunt *Charisius (cf. Ussingius, Frid. Schmidt de demonstr. pron. form. p. 42) ubi* haec *moleste iterari monet Ritschelius: pro quo* hac *Anspachius p. 55.* cum hęc *(*hec *D.* hae *Z.* he *F)* eunt *sic CDFZ.* quom hae eunt *sic cum spatiis (altero quidem e rasura circ. 3 litterarum orto) B.* quom eunt *sic Ritschelius.* hae *sic apud Charisium scripsit Fabricius* peccu *D* palitantes *Camerarius.* balitantes *(*halitantes *D^1: corr. D^2.* batantes *et* li *sup. scr. C) libri.* halitantes *Charisius* 1124. BACCH. *BZ. om. CD.* PHILOX. *F* At haut pol nitent: sordidae ambae uidentur *Ritschelius (cf. tamen Kellerhoffius p. 71).* At pol nitent. haud sordidae uidentur ambae *libri, nisi quod* Et *Z,* sordidę *et* ambę *C,* ambe *D: quod tutantur cum Studemundo de cant. p. 28 Ussingius versu Reiziano discripto et Leo l. s. s.* At edepol nitent: sordidae ambae haud u. *Bothius.* At hae pol nitent: sordidae ambae haud u. *Hermannus.* At pol haud nitent, sordidae ambae u. *Lomanus Spec. crit. p. 46* 1125. SOROR *B. om. CD^1.* NIC. *D^2.* BA. *FZ, Brachmannus* Attonsae *(*At tonsę *B.* attonsę *C.* At tonse *F)* hae *(*hę *D.* he *CF) libri: cf. Frid. Schmidt de demonstr. pron. form. p. 44 et Luchsius Comment. pros. II p. 8.* Attonsae *cum Bothio Ritschelius* ambę *C.* ambe *D* PHIL' *B. om. CD.* NIC. *FZ* 1126. NIC. *B. om. CD.* PHIL. *reliqui* suo sine *Seyffertus de bacch. vers. p. 21* 1127. BA. *om. CD* Rerin ter tu in anno posse has tonsitari? *scripsi.* Rerin ter *(ex* Rerinter *B.* rein ter *Z)* in anno tu has *(*tubas *D)* tonsitari *libri, ubi* tu in anno has ouis *Ritschelius,* tute in anno ter has *Frid. Schmidt de demonstr. pron. form. p. 35,* Hem rerin tu in anno ter has tonsitari *Hermannus,* Rerin ter tu in anno lanam his t. *Spengelius,* R. ter in anno tu has ouis t. *Anspachius p. 56. librorum scripturam suo quisque modo tutantur Studemundus de cant. p. 50, Ussingius, Leo l. s. s.* 1128. SOROR *B. om. CD.* BA. *Z, Brachmannus.* NIC. *F* altera *libri, Buechelerus de decl. p. 21^2: cf. Fleckeisenus Misc. crit. p. 11 sq.* altera haec *Ritschelius Parerg. p. 405.* altera est *et in fine* certo *Bothius.* alterae *Spengelius l. s. s.: cf*

BACCHIS

Vetulaé sunt minae ámbae.

SOROR

At bonás fuisse crédo.

BACCHIS

Vidén limulís, opsecro, út contuéntur?

SOROR

Ecástor sine ómni arbitrór malitia ésse.

PHILOXENVS

Merito hóc nobis fít, qui quidem húc uenerímus.

BACCHIS

Cogántur quidem íntro.

SOROR

Haud sció quid eo opús sit:
Quae néc lacte néc lanam habént: sic sine ádstent.
Exóluere, quánti fuére: omnis frúctus
Iam illís decidít. non uidés, ut palántes
[Solae libere]

Muellerus Pros. p. 9 iam his *D^1: corr. D^2* certo est *libri Cf. Studemundus de cant. p. 44 et Leo l. s. s.* 1129. BA. *FZ. om. BCD^1.* P *D^2* Vetulę *B^2.* Vetule *B^1CF* minae ambae *Colerus.* thimiame *(*e *in ras. D) B^1D.* thimiamę *B^2.* thimiame *C.* timiame *F.* thymianae *Z, Turnebus Adv. XXIV 11.* cimianae *cod. Scaligeri.* chimiamae *'ms. unus et alter' Lambini.* Thynae minae *Palmerius.* thymiama *Lambinus.* thymiamae *h. e.* thymi amantes *defendebat Salmasius.* hae minae *Scaliger.* nimis ambae *Ussingius.* his mammae *Bergkius Opusc. vol. I p. 675.* humanae *Palmerus Hermath. vol. V (a. 1885) p. 53 sqq.* SOR. at *Camerarius.* BAC. at *B.* at *reliqui De versu cf. Leo l. s. s.* 1130. BA. *Gronovius.* SOROR *B. om. reliqui* uidem *Z* obsecro *libri* contuentur *Bothius.* intuent *CD^1.* intuentur *BD^2FZ.* te intuentur *Hermannus. libros tutantur Seyffertus de bacch. vers. p. 46, Studemundus de cant. p. 45, alio modo Lachmannus in Lucr. p. 387* in te intuentur *Bergkius Opusc. vol. I p. 675.* Viden obsecro ut limulis intuentur *Spengelius l. s. s.* 1131. SOR. *Gronovius.* BA. *Z. om. reliqui cum D^1.* N *D^2* Haec castor *B* omni *ex* omne *D* malicia *CF* 1132. PHIL. *om. CD* 1133. BA. *om. CD* intro. SOROR. *B.* imro *D^1.* intro *C.* intro P *D^2.* intro. BA. *reliqui* 1134. Quę *C: om. Hermannus* ullam *servato* lacte *Lambinus.* lactaë *C.* lactem *reliqui.* lactent *codex Romanus Longolii* lanam *Bothius.* lanam ullam *libri* nec lac nec lanam ullam *Spengelius l. s. s.* sine *(et* s *sup.* e*) D.* sines *FZ* astent *libri De* sic *vix recte egit Th. Braune Herm. XV (a. 1880) p. 612 sq.* 1135. exoluere *FZ.* exsoluere *BCD^1.* ex soluere *D^2* *V. 1136 (*Non uides *—) —1139^a (*absunt*) damnat Ussingius 'Nordisk Tidskrift for Fil.' vol. V (a. 1880) p. 67* 1136. uides *ex* uedes *D* palantes *Camerarius.* balantes *libri*

Grasséntur? quin aétate crédo esse mútas:
Ne bálant quidém, quom a pecú cetero ábsunt: 1139a
    Stultae átque malae uidéntur. 1139b

BACCHIS

Reuórtamur íntro, sorór.

NICOBVLVS

Ilico ámbae 1140a
    Manéte: haec oues uolúnt uos. 1140b

SOROR

Pródigium hoc quidémst: humana nós uoce appellánt oues.

PHILOXENVS

Haéc oues uobís malam rem mágnam quam debént dabunt.

BACCHIS

Sí quam debes, té condono: tíbi habe, numquam abs té petam.
Séd quid est qua própter nobis uós malum minitámini?

1137. 1138. Solae liberae, *quae ab interprete adscripta esse Hermannus vidit, dochmiacum interpretabatur Lomanus p. 47: cum proximis uno versu comprehendit B* Sole liberę *exhibens.* solae libere *Z.* solę liberę B^2D. sole libere *CF* solaé libére grasséntur *Seyffertus de bacch. vers. p. 25 et 40 reliqua trimetro includens* crassentur (erassentur *ante corr. D) libri* etate *BCDF* mutas B^2DFZ. mutatas B^1. ruitas *C* *V. 1139a—1140b hexametrum discripsit Ritschelius ac cum Lomano pro* atque *scribens et pro* hae oues *recepto* hae. *contra deleto v. 1139b ut ex interpretatione orto tetrametros continuavit Hermannus:*

BA. Reuórtamur íntro, sorór, iam ilico ámbae.
NI. Immo ámbae manéte: haece oués nunc uolúnt uos.

B codicis discriptionem ut nos tutantur Lomanus p. 47, Spengelius de vers. cret. p. 23, T. Macc. Pl. p. 120, Studemundus de cant. p. 34, Christius de metr. p. 455¹, Seyffertus de bacch. vers. p. 36, Muellerus Pros. p. 195, Nachtr. p. 23 1139a. Nebalant *BD* apecu *B* ab sunt *D* 1139b. NI. *praem.* D^2F, PHIL. *Z* Stulte *B (ante corr.) CDF.* Stultę *B (corr.).* stultae *Z* haud *(ante* male *collocandum solus B in marg.: quod retinet sine* atque *Anspachius p. 55* male *BCDF* 1140a. reuertamur *CDZ* NIC. Ilico *cum B Camerarius.* BACH. ilico *C.* BACHILICO *D.* bachilico BAC. *F.* Bacch. *sine* ilico *Z* ambę *BC.* ambe *DF* 1040b. NIC. *praem. CD(in ras.)FZ* haec *Frid. Schmidt de demonstr. pron. form. p. 42 et ante eum Lomannus l. s. s. et Muellerus Nachtr. p. 23.* hę *BCD* hae *FZ* uelunt *C* 1141. SOROR *B. om. CD.* BA. *reliqui* quidem st *B.* quidem est *reliqui* apellant *B.* appellant *reliqui* 1142. PHIL. *BZ.* NIC. *F. om. CD* Haec *Bothius.* Hae *(hę C) libri.* Haece *Hermannus* malam *ex* malum *D* quam *B.* cum *reliqui* debent] dent *Z* 1143. BA. *om.* CD^1. B. *add.* D^2 *in spatio* Siquam *B* abste *BD* 1144. quidē *C*

PHILOXENVS

Quía nostros agnós conclusos ístic esse aiúnt duos.

NICOBVLVS

Ét praeter eos ágnos meus est ístic clam mordáx canis:
Quí nisi nobis próducuntur iam átque emittuntúr foras,
Árietes trucés nos erimus: iam ín uos incursábimus.

BACCHIS

Soror, ést quod te uolo sécreto.

SOROR

Eho, amábo, dic.

NICOBVLVS

Quo illae ábeunt?

BACCHIS

Senem illúm tibi dedo ultériorem, lepide út lenitum réddas:
Ego ad húnc iratum adgrédiar, si possúmus nos hosce intro
ínlicere huc.

1150. *Prisc. III 21 (Gramm. lat. vol. II p. 97, 10):* . . . etiam comparatiuum ueterior protulit Plautus in Bacchidibus: 'senem . . reddas'. *Cf. idem p. 264, 18*

1145. nostros *ex* nostro *corr. B* annos D^1*: corr.* D^2 eiunt *Z* 1146. preter *BDF* canes *Fleckeisenus* 1147. iamque emittantur *Z* 1148. nos] nam *Z* iam] tam *Bothius* 1149—1206. *Hinc usque ad finem scaenae anapaesticos septenarios in ed. discripsit Hermannus, cum de trochaicis tetrametris Reizio auctore cogitavisset in libro de metris p. 125 sqq., 136 sqq., de anapaesticis systematis Elem. p. 390. cf. Spengelius 'Reformvorschl.' p. 348, Vossius l. s. s. p. 15 sqq., Anspachius l. l. s. V. 1149—1166 ita collocat Anspachius p. 57: 1149. 1155—1165. 1154. 1150—1153. 1166: diasceuastam breuiandi studio scaenam contrahere voluisse versibus 1150—1153 hic collocatis: contra Brachmannus p. 176 sqq. aut soliloquium Bacchidum retractatorem voluisse tolli aut totam mediam partem scaenae (v. 1141—1165) iudicat* 1149. SOROR. Eho. *B.* BA. eho *reliqui. de Nicobuli persona cogitabat Acidalius* amabo, dic *Seyffertus Stud. Pl. p. 15.* amabo *libri, Ritschelius* illę *BD.* ille *CFZ.* illaec *cum Bothio Ritschelius.* illae hinc *Hermannus* habeunt. BA. senem *C.* habeunt Bachisenem D^1*: corr.* D^2. abeunt Bac. Bachi senem *F* 1150. *Cf. 1149* illum tibi dedo ulteriorem *BCD.* tibi dedo illum ueteriorem *Priscianus.* illum dedo tibi ueteriorem *FZ* ulteriorem] *sup. scr.* philox̃. *D* lapide *codd. Prisciani, Bergkius Opusc. vol. I p. 146* lenitum iam *Anspachius l. s. s.* 1151. ahunc *(et* d *sup. scr.) C.* adhunc *Z* iratum *(et sup. scr.* nicobulum*) D.* nunc iratum *Hermannus, Ritschelius.* magis iratum *Anspachius l. s. s.* aggrediar *F* si *add. Ritschelius. om. libri* BA. possumus *Z* nos hosce *Ussingius.* nos hos *libri.* nostros *Bergkius Opusc. I p. 146* intro *om. C* inlicere hoc *(et* u *sup.* o*) B.* illicere huc *CDFZ* adgrediar: si

Soror

Meum pénsum ego lepide accúrabo, quamquam ódiost mortem ampléxari.

Bacchis

Facito út facias.

Soror

Taceás. tu tuom facito: égo quod dixi haud mútabo.

Nicobvlvs

Quid illaéc illic in cónsilio duae sécreto consúltant?

Philoxenvs

Quid aís tu, homo?

Nicobvlvs

Cedo quíd me uis?

Philoxenvs

Pudet dícere me tibi quíddam.

Nicobvlvs

Quid est quód pudeat?

Philoxenvs

Sed amíco homini tibi quód uolo credere cértumst.

Nihilí sum.

---

hos póssumus intro inlícere huc *Ritschelius: octonarios def. Bergkius Opusc. vol. I p. 146* 1152. *Bacchidis notam praemittunt libri: corr. cum aliis Ritschelius* pensum] Ensum *C (ab initio versus)* quamquam odiost *Bergkius Opusc. vol. I p. 146.* quam odiosum est (odio sū ē *D) libri.* quamquam odium est *Bothius.* quom odiosumst *Anspachius l. s. s.* quamquamst *cum Hermanno Ritschelius* 1153. BA. *om. CD* SOROR *B.* Bachis *reliqui* tacitas *C* tuum *libri* dixi haud mutabo *libri.* dixi, eíficiam *Ritschelius et* dixi, faciam *Hermannus tradita verba e v. 1202 illata esse arbitrati* *Septenarium restituerunt Scioppius Susp. lect. IV 17 (*Facito ut taceas: tu *c. q. s.) et Muellerus Nachtr. p. 55, Pros. p. 417 (*tace. tu tuum*)* 1154. illęc *C.* illec *Z.* ille? *F* due *CDF.* diu *Anspachius p. 57* secretae *Z* 1155. Phil. *BZ. om. CD*[1]. P *D*[2]. BA. *F* tu, mi homo *Hermannus, Ritschelius* Cedo quid me uis *scripsi.* Quid me uis (meuis *D) libri.* Quid me nunc uis *Fleckeisenus.* Quid? quid me uis *Spengelius. libros tutatur dimetros restituens Vossius l. s. s.* PHIL. *BFZ.* BACHIS *CD* diccreme *D.* me dicere *sine* tibi *Z* 1156. NIC. *BFZ. om. CD*[1]. P *in spat. D*[2] PHIL. *om. D*[1]. B *add. D*[2] sed] st *Gruterus* quid *Taubmanniana* *Post* uolo *expuncta* t *C* certum st *B.* certum est *reliqui* 1157. nihili *CDF.* Nihil *BZ* NIC. *om. CD*[1]. P *add. D*[2] scio iam pridem *Bothius, Muellerus Pros. p. 212* qui *Guyetus.* quid *libri. cf. Bergkius Beitr. p. 55* nihili's id *Beckerus Studemundi Stud. vol. I p. 148.* nihili sit *BF.* nihile sit *CD.* nihil sis *Z.* nihili sis *cum Angelio Ritschelius* merora *C*

NICOBVLVS

Istuc iam prídem scio: sed quí nihili's, id mémora.

PHILOXENVS

Tactús sum uehementér uisco.
Cor stímulo foditur.

NICOBVLVS

Pól tibi multo aequíus est coxendícem.
Sed quíd istuc est? etsí iam ego ipsus quid sít prope scire putó me:
Verum aúdire etiam ex té studeo.

PHILOXENVS

Viden hánc?

NICOBVLVS

Video.

PHILOXENVS

Haud malast múlier.

NICOBVLVS

Pol uéro ista mala et tú nihili.

PHILOXENVS

Quid múlta? ego amo.

NICOBVLVS

An amas?

PHILOXENVS

Ναὶ γάρ.

V. 1158 sq. sic scribit Ritschelius: Tactús sum uehementér uisco: cor pól mihi stimulo fóditur. ‖ NI. Pol tíbi multo aequius ést nequam stimulári coxendícem. *alia comminiscitur Brachmannus l. s. s. p. 176. sequor Spengelium T. Macc. Pl. p. 134* 1158. Phil. *om.* CD^1 *Alteram partem versus intercidisse putat Hermannus* 1159. *Verba* Cor . . . foditur *versui superiori adhaerent in B* NIC. *BFZ. om.* CD^1 equius est *(post* est *erasum* sit *in B.* equus est *F.* ęquius est *Z.* equiuest *et* s *sup.* u *C) libri* coxen dicem *D.* coxen dicere *F: cf. Hermanni praef. p. 5* 1160. et si iam ego *BC.* etsiam ego D^1*: corr.* D^3. etsi ego iam *Ritschelius* ipsus *Ritschelius.* ipse *(cum rasura duarum litt. post* e *B) libri* ipse ego iam *Hermannus. cf. Muellerus Pros. p. 360* poto *F* 1161. etiam *om. C* exte *BD* PHIL. *BFZ. om.* CD^1. B *in spatio scr.* D^2 Viden hanc *(*n hanc *in ras.) C* NIC. *BFZ. om.* CD^1. P *in spat. scr.* D^2 PHIL. *BFZ. om.* CD^1. B *in spat. scr.* D^2 mala est *libri* mulier *ex* muleer *D.* mulierẽ *C*
Ceterum verba PHIL. Haud . . . mulier *proprium v. occupant in B*
1162. uero *om. C* ista] iusta *ut uid. C* PHIL. *om. CD: et sic in reliqua scaena, in qua eas tantum personarum notas, quas vel* D^2 *vel* D^3 *addidit, memorabo* an amas? PHIL. *Ναὶ γάρ Weisius, Hermannus.* an amas *(*anamas *C)* Necar *(cum spat. post* amas *et ras. sup. vers. B) BCD.* ł ne carpe *marg. B.* an amas. PH. necas *FZ.* an amas nequam? *Ritschelius olim*

NICOBVLVS

Tune, hómo putide, amatór istac fieri aétate audes?

PHILOXENVS

Quí non?

NICOBVLVS

Quia flágitiumst.

PHILOXENVS

Quid opúst uerbis? meo fílio non sum irátus,
Neque té tuost aequom esse íratum: si amánt, sapienter fáciunt.

BACCHIS

* * * sequere hác.

NICOBVLVS

Eunt eccas tándem
Probri pérlecebrae et persuástrices. quid núnc? etiam reddítis nobis
Filiós et seruom? an ego éxperior tecúm uim maiorem?

1163. NIC. *om. B: add.* D^2 Tun *(ex* Tum *ras. B)* ***BCDF***. tu *Z: quo sic usus Hermannus:* Tu homó putide amatorne. *vide Proleg. Trin. p. CLXXV* putidus *Z* fieri ętate *D*. ferietate *C* audes] *cf. ad v. 1048 dicta* PHIL. *add.* D^2 1164. flagitium est *libri* PHIL. *add.* D^2 opust uerbis *Bothius, quod fortasse verum esse adnotat Ritschelius.* opus uerbist *B, Ritschelius.* opus uerbis *reliqui* itus *(et* ra *sup. scr.) C* 1165. te *om. Z* tuo st *B*. tuo *F*. tuo est *reliqui* equm *B*. equum *CD*. ęquum *Z*. equum est *F* fatiunt *D*

V. 1166—1206 retractatorum culpa nunc valde perturbatos exhiberi Brachmannus p. 156 sqq. demonstrare conatus est: qui quibus argumentis verba Hanc ueniam illis sine te exorem. NIC. Quod semel dixi hau mutabo, *v. 1188. 1189. 1190. 1191. 1202 (*Satin ego istuc habeo offirmatum? BAC. It dies: ite intro accubitum*). 1204 a Plauto abiudicet et hoc ipso ordine constituto retractatori tribuat apud ipsum videas. contra Anspachius p. 58 sqq. satis habet v. 1197 (a* mel*). 1198. 1202. 1205 eiecisse v. 1191 cum v. 1203 conflato (*Age . . . patiar. BACCH. It . . . accubitum*)* 1166. *Lacunam significavit Hermannus, quam sic expleri posse censet Ritschelius:* BA. Quid tám diu, soror, hic ádstamus? *dimetrum tutatur Spengelius T. Macc. Pl. p. 133 et l. s. s. aliter rem instituit Brachmannus p. 165 ad B proxime accedens, ubi a vocabulis:* Sequere hac, Quid nunc, Experior *initia fiunt* BA. *om. praeter CD etiam FZ* hac eunt eccas *C*. hac eunt eccas *D*. N *ante* eccas *add.* D^2. hac eunt. NIC. eccas *FZ* 1167. probri *(*probi *Z)* perlecebrae *(*perlecebrę *B*. perlecebre *CF*. per lecebre *D) libri.* Probriperlecebrae *Hermannus, Ritschelius. cf. Buechelerus de decl. p.* 70^2 psuas strices *C* etiam] iam *cum Hermanno Ritschelius* 1168. seruum *libri* uim maiore *D*. uī maior *C*. ui maiore *FZ, Dousa Expl. II 25, Gulielmius c. 3* PHIL. ***BF***. P D^2. *om. etiam Z* aibin *Z*

PHILOXENVS

Ábin hinc?

Non hómo tu quidem es, qui istóc pacto tam lépidam inlepide appélles.

BACCHIS

Senex óptume, quantumst ín terra, sine me hóc exorare ábs te,

Vt istúc delictum désistas tanto ópere ire oppugnátum.

NICOBVLVS

Ni abeás, tibi quamquam tu bellá's, malum mágnum dabo iam.

BACCHIS

Pátiar:

Non métuo ne quid míhi doleat quod férias.

NICOBVLVS

Vt blandíloquast.

Ei míhi, metuo.

BACCHIS

Hic magis tránquillust: * * *

I hac mécum intro: atque ibi sí quid uis filiúm concastigáto.

NICOBVLVS

Abin á me, scelus?

1169. homo quidem es *sine* tu *C.* tu quidem homo es *Hermannus.* homo tu equidem es *Spengelius l. s. s.: cf. Luchsius Comm. pros. I p. 14* illepide *Z* 1170. BA.] B D^2 optime *BCDZ* quantu st *B.* quantum est *Z.* quantus est *CDF* interra *BD.* intereã *C* sine me *Ritschelius.* sine *libri.* sine med *Anspachius l. s. s.* exorarier *(servato* sine hoc*) Hermannus* abste *BD* 1171. istu|||c (n *erasa) B* tanto opere *B.* tantopere *reliqui* 1172. *Dimetros constituunt cum B (ubi a* malum *novus v. incipit) Studemundus de cant. p. 54, Muellerus Pros. p. 122 adn. 2, Vossius l. s. s.* NI.] N *add.* D^2 Ni *B.* nisi *reliqui* Ni a me *Anspachius l. s. s.* ab eas *B. post* abeas *(ita* D^3*:* habeas D^1*) spat. D* tibi quamquam *Spengelius.* quamquam *libri, Ritschelius* tu bella es *libri.* tu es bella *Hermannus* malum *Spengelius.* malum tibi *libri, Ritschelius* magnum] malo *Z. sequitur spat. in D* BA.] B D^2 paciar *C* 1173. |||nequid *B.* nequid *D* tu ferias *Anspachius l. s. s.* NI] N D^2 blandiloqua st *B.* blandiloqua *(post* b *erasa* b *D)* est *CDFZ* 1174. *Prima verba Bacchidi tribui Acidalius volebat, reliqua sorori, proximum versum rursus Bacchidi* Ei *BCD.* Hei *FZ: atque sic Ritschelius edidit* BA.] B D^2. SOROR *B fortasse recte* tranquillum est *CDFZ* *Lacunam a se consignatam sic expleri posse Hermannus adnotavit:* tu quóque tranquillus fíto. *cf. Brachmannus p. 169. lacunam reiciunt cum Vossius l. s. s., tum Spengelius T. Macc. Pl. p. 133 et l. s. s.* 1175. i hac *CDFZ.* I i hac *B.* Ei *?* adque D^1*: corr.* D^3 ibi *Pylades.* habi D^1. abi D^3 *cum reliquis* siquid *B* c̃ castigato *(c̃ add. m. 2) B.* c̃gasti gato *C.* congastigato *D.* cõ castigasto *Z* 1176. NI.] N D^2 ame *B* BA.] B D^2

BACCHIS

Sine, méa pietas, te exórem.

NICOBVLVS

Exores tú me?

SOROR

Ego quídem ab hoc certe exórabo.

PHILOXENVS

Immo ego te óro ut me intro abdúcas.

SOROR

Lepidúm te.

PHILOXENVS

At scin quo pácto me ad te intro ábducas?

SOROR

Mecum út sis.

PHILOXENVS

Omnía quae cupio cónmemoras.

NICOBVLVS

Vidi égo nequam homines, uérum te nemínem deteriorem.

PHILOXENVS

Íta sum.

BACCHIS

I hac mécum intro, ubi tibi sít lepide uictíbus, uino atque unguéntis.

NICOBVLVS

Satis sátis iam uostrist cónuiui: me níl paenitet ut sim ácceptus.

---

petas *(et* i *sup. scr.) D* te exorem *om. FZ* NI.] N D^2
1177. SOR. *Acidalius.* BAC. *BFZ* abhoc *B.* ad hoc *F* egote *D* ut meintro *D* *Huic versui, non proximo,* mecum ut sis *subicit C* 1178. *Verba* Lepidum . . . abducas *hic omissa in medio v. 1199 collocat Z* SOR̃. *B.* BA. *FZ.* B D^2 mead teintro *D.* me adte intro *B* PHI.] Phi. D^3 SOR. *Acidalius.* BA. *FZ. om. B cum CD* 1179. PHI.] B D^3. BAC. *B* quę cupio *B.* que cupio *CF.* quecupio *D* memoras *(et* cõ *sup. scr.) B.* cõmeras *(et* mo *sup. scr.) C* *Post haec verba lacunam significat cum Hermanno Ritschelius, talia olim extitisse coniciens:* SOR. Omnía quae cupis euénient *vel* SOR. Lepide áput me tu eris accéptus. *lacunam reiciunt Vossius l. s. s., Spengelius T. Macc. Pl. p. 133 et l. s. s.: rem aliter instituit Brachmannus p. 166* 1180. *Verba* NIC. Vidi *(*Vi *e corr.* B^2*, ante* Vidi *spat. et post eam vocem ras. B)* ego nequam *superiori versui adnectit B* NIC.] BAC. *Z.* Nic. D^2 nequam *(*q *ex* g*) C* homines *Lambinus.* hominem *libri* te neminem *(*teneminem *D) libri.* te nullum *cum Hermanno Ritschelius* PHI.] BAC. *Z.* Nic. D^2. Phil. D^3 1181. Ii hac *B.* E hac *C.* Ei hac *Spengelius l. s. s.* sit tibi *Z* unguent' *C.* unguent tis *D* 1182. NIC. D^2 Satis satis iam uostri st *(*uostrist

Quadrigéntis Philippis fílius me et Chrysálus circumduxérunt.
Quem quídem ego ut non hodie éxcruciem, altérum tantum auri nón meream.

BACCHIS

Quid tándem, si dimídium auri reddítur? in' hac mecum íntro
Atque índuces animum haéc ut eis delícta ignoscas?

PHILOXENVS

Fáciet.

NICOBVLVS

Minumé, nolo: nihil móror: sine sic. malo íllos ulcisci ámbo.

PHILOXENVS

Etiám tu homo nihili, quód di dant boni cáue culpa tua amíssis.

1185. Dimidium auri*, quod v. 1189 redit, e Bacchidibus commemorat Gellius III 14*

C) conuiuii *(*conuiui *C) BC.* Satis satis iam uostrist *(sequitur spatium)* conuiuii *D.* Satis iam satis uos tristes. PH. conuiuii *FZ, proximo versui* NI. *praemittentes. sic autem haec cum proximis C turbat:*

Satis satis iam uostrist philippis filius me et chrisalus circũduxer̃
Conuiui me nihil penitet utsim acceptus quadrigentis

ubi tamen signis super philippis, Conuiui, quadrigentis *positis error correctus est* me nihil *libri.* nil *cum Hermanno Ritschelius* penitet *BCDF.* poenitet *Z* 1183. Quadrigentis *C, sed* igentis *in rasura.* Quadringentis *reliqui. cf. v. 974* *Post* filius *erasum* et *in B* chrisalus *BCD* 1184. *Dimetros constituit cum B Vossius l. s. s.* ergo *C* non hodie *cum Hermanno Ritschelius.* non *libri.* nunc non *Anspachius l. s. s.* alterum *(*Aterum *et* l *sup. scr. B)* tantum auri *libri.* alterum tantum *Ritschelius.* bis tantum auri *Hermannus.* tantum altrum auri *Brachmannus coll. Ribbeckio Com. fragm. praef. p. X, Ritschelio Opusc. vol. II p. 458* non mereám B^1CDZ. non merear *is qui personas in B scripsit.* nunc meream *F* non alterum tantum auri meream *Spengelius l. s. s.* *Post hunc v. collocat v. 1198 Vossius l. s. s.* 1185. BA.] B D^2 Qđ *C* tandem] tu autem *Langenus p. 91* *Post* redditur *erasum* q, *ut vid. in B* in hac *CD.* isne in hac *B,* isne hac *Ritschelius.* ·i· hac *F.* i *(sine* hac*) Z* 1186. Atque induces animum haec ut eis *Ritschelius.* Atque ut eis *(*uteis *D) libri* delictas *C* PHI.] P D^2 *Post* ignoscas *inseruit* potin animum inducere *Brachmannus. versum sic constituit Hermannus una cum sequenti:* Atque út eis delicta ígnoscas. PH. Faciét. NI. Minume. PH. * * ‖ NI. Noló, nil moror istúc*:* sine sic *c. q. s. contra dimetrum tutatur Vossius deleto* Atque*, item Spengelius* Atque *servato et* faciet *in proximo versu posito (*Faciét. NI. Minume. nil móror*)* 1187. *Cf. 1186* *Totum v. om. FZ cum aliis libris noviciis* NIC. *in spat.* D^2 Minime *BCD* moro *Ritschelius ut v. 153* sint *D* illos] ill *e corr. post ras.* B^2 1188. PHIL. *B.* P D^2. NIC. *FZ* etiam? tu *Ussingius.* sed iam tu *Langenus p. 161* nihili quod dii *CD.* nihil dii B^1: q *sup. scr.* B^2.

Dimídium auri datur: áccipias potésque et scortum accúmbas.

NICOBVLVS

Egon úbi filius corrúmpatur meus, íbi potem?

PHILOXENVS

Potándumst.

NICOBVLVS

(Age iam, íd utut est, etsist dédecori, patiár: facere inducam ánimum.)
Egon quom haéc cum illo accubet ínspectem?

BACCHIS

Immo equidém pol tecum accúmbam. 1192a
Te amábo et te amplexábor. 1192b

NICOBVLVS

Caput prúrit: perii. uíx negito.

BACCHIS

Non tíbi in mentemst, te amábo,
Si dúm uiuas tibi béne facias, tam pól id quidem esse haud perlónginquom,

---

nihili. PHI. quod dii *F*. nihili. PHI. quod alii *Z* boni *om. Hermannus sic versum dimensus:* Etiám tu homó nihili quod dí dant culpa tua *(sequitur spatium) D.* tua culpa *Muellerus Pros. p. 417.* culpa *Fleckeisenus* 1189. scurtum *B, Schoellius olim Anal. Pl. 46.* scortum D^1. seorsum *sup. scr.* D^3. *cf. Anal. Pl. p. 114* accum bas *D* 1190. NIC. D^2 Egonubi *D*. Ergo nubi *C* potem] potest *C (ortum* e potẽ*)* PHI.] P D^2 potandumst *B*. potandust *CD*. potandum est *FZ* 1191. (1201 *Ritsch.*). *Post 1200 collocat Ritschelius: at versus a diasceuasta adscriptus: cf. v. 1202* NIC. D^2 Age] Ego *Ussingius versum Philoxeno continuans* iam ïdut ut est *B*. iam idut utest *D*. iam aduitest *C*. iam id ut est *FZ*. iam utut est *Ritschelius* iam *delet P. Weisius p. 33* etsist dedecori *Ritschelius*. etsi est dedecorum *libri* Age iam etsist dedecori *Anspachius l. s. s.* paciar *C* facereinducam *D Pro* facere *'in aliis codd. legi'* facile *testatur Pius* 1192a. *(*1191*).* NIC. *praem.* D^2. *om. reliqui, nisi quod ante ras. habuerat pers. notam F* Ego *Z* cum *libri* hec *CF* accubet *FZ*. accumbet *BCD* inspeotẽ *C* BA.] B D^2 1192b. *(*1199b*). Cf. Spengelius T. Macc. Pl. p. 134 et Brachmannus p. 167* Teamabo *D* ette *D* am plexabor *D Versiculum cum v. 1200 iunxit Ritschelius, quem locum conferas* 1193. *(*1192*). Verba* Caput . . . negito *superiori versui add. B* NIC.] P D^2 capud *D* BA. *B*. B D^3. PHIL. *FZ, Ritschelius. cf. Seyffertus Stud. Pl. p. 1* Nontibi *B* in mentemst te *Fleckeisenus.* uenit in mentem *(*inmentem *B) libri* Non iam tibi uenit in mentem *Ritschelius,* amabo *ex v. 1192b irrepsisse arbitratus.* Non tibi amabo uenit in mentem *Spengelius T. Macc. Pl. p. 232 et l. s. s. item nisi quod dimetros discribit Vossius l. s. s.* Non uenit in mentem tibi, amabo *Muellerus Pros. p. 91* *Ceterum reicit*

Neque si hóc hodie amiséris, post in morte íd euenturum
esse úmquam?

NICOBVLVS

Quid agó?

PHILOXENVS

Quid agas, rogitás etiam?

NICOBVLVS

Lubet ét metuo.

PHILOXENVS

Quid métuis?

NICOBVLVS

Ne obnóxius filio sim ét seruo.

BACCHIS

Mel méum, amabo, istaec fíunt.
Tuost: únde illum sumére censes, nisi quód tute illi déderis?
Hanc uéniam illis sine te éxorem.

NICOBVLVS

Vt terebrát: satin offirmátum
Quod míhi erat, id me exórat?
Tua sum ópera et propter te ínprobior.

Ritschelius quae in adn. Parerg. p. 411 exposuerat 1194. (1193). *Verba* Si . . . facias *superiori versui addit B* uias *(et* u *sup. scr.) D* iam pol id quidem esse *libri: ubi* tam *correxit Bothius probante Seyfferto Stud. Pl. p. 14.* pol id esse *cum Hermanno Ritschelius* plonginqum *B.* perlonginquum *reliqui* 1195. (1194). odie *D* admiseris *F.* amissis *cum Bothio Ritschelius* post in morte id *libri.* post in morte *Ussingius, Vossius l. s. s. taciti.* id post mortem *Ritschelius* '*nisi e glossemate sunt* in morte, *poeta ut sic scripserit:* id póst haut éuenturum esse umquam *(coll. ann. ad v. 1037)' adnotans* uenturum *F* si hodie amissis postid in morte hoc *Brachmannus* posthac tibi id *Anspachius l. s. s.* 1196. (1195). *Personarum notas D^2 has habet:* NIC. — P. — NIC. — P. *pro* PHIL. *exhibet cum Z* BA. *Ritschelius.* '*ego nescio an Bacchidi etiam illa tribuenda* sint. Quid agas, rogitas etiam?' *Ritschelius* libet *libri* et] sed *Ussingius* 1197. (1196). NIC. D^2 Neob noxius *D* obnoxius] ob *add. B^2* BA.] B D^2 istec (istęc B^2) *libri* fiunt] mitte *Seyffertus Stud. Pl. p. 14.* sinito *Brachmannus p. 168.* fiant *Ussingius* 1198. (1197). Tuust *Ritschelius.* Tuus est *libri.* Tuumst *Hermannus* sumere censes *Weisius, Ritschelius.* censes sumere *libri* *Cf. ad v. 1184* 1199. (1198). sinete *D* *Post* exorem *inseruit versus 1178 verba* Lepide . . . abducas *Z* NIC. D^2 Vtterebrat *D* satis *F* 1200. (1199). Quod míhi erat, nunc id me éxorat. BA. Te amábo et amplexábor *Ritschelius: cf. v. 1192*[b] *Dimetrum tutatur Spengelius T. Macc. Pl. p. 134 et l. s. s., Vossius l. s. s.* (iam id *scribens)* 1201. (1200). sum] sunt *C*

Bacchis

Ne tís quam mea mauéllem.

(Nicobvlvs

Satin égo istuc habeo offírmatum?

Bacchis

Quod sémel dixi, haud mutábo.)

It diés: ite intro accúbitum.

Filií uos exspectánt intus.

Nicobvlvs

Quam quídem actutum emoriámur.

Bacchis

Vespér hic est: sequimini.

Philoxenvs

Dúcite nos quo lúbet tamquam quidem addíctos.

Bacchis

Lepide ípsi hi sunt captí, suis qui filiís fecere insídias.

---

improbior *libri* tis quam mea mauellem *C. E. Schneiderus et* uellem *substituens Hermannus.* Ne is quam mea mauellem *B.* neisquam Meam uellem *CD.* neisquam meam uellem *F.* nusquam me auelles *Z.* nusquam tu a me te auelles *Camerarius. pro* tis *conicit* eius *Ussingius,* tua *Spengelius l. s. s.* 1202. NIC. *Scaliger. om. libri.* BA. *Ritschelius* obfirmatum *Z.* firmatum *Anspachius l. s. s. Post* offirmatum *alterum hemistichium intercidisse putat Ritschelius (veluti* ut illis iratus ne sis?*) reliqua uno v. complectens* *Versus 1202 a diasceuasta additus est: cf. 1191 et Brachmannus l. s. s.* BA. Quod *scripsi.* NIC. Quod D^2FZ, *Ritschelius.* Quod *cum spatio BC* dixi semel *cum Pylade Ritschelius* haut B^1: *corr.* B^2 *Verba* haut mutabo *versui 1203 adhaerent in B* *De v. 1203 cf. Spengelius T. Macc. Pl. p. 134 et l. s. s., Vossius l. s. s.* *Bacchidis pers. add.* BD^2FZ, *Ritschelius: spat. CD* it dies *BC, codd. Pyladis.* id dies *D.* id dicis *F. om. Z* ite] inte *D ante ras.* 1204. ecspectant *B.* expectant *reliqui* NIC. D^2 quam quidem] quamne *Hermannus* emorimur *FZ: post eam vocem interrogandi signum non recte collocasse Ritschelium annotat Ussingius* 1205. B D^2 Iam uesper *Ritschelius* sequimini] ite sequimini *Ritschelius cum Hermanno.* sequite hac *Brachmannus l. s. s.* NIC. *BF.* PHI. *Z.* P D^2 quidem tamquam *C* addict' C Ducite nos tamquam addictos *Ritschelius.* Ducite quo lubet addictos *Hermannus* 1206. B D^2 ipsi hi *BDF.* hi *C.* ipsi hic *Z* capiti *C.* captis *ante ras. D* filis B^1: *corr.* B^2 insidias *FZ.* insidias ite (Ite *B*) *BCD.* '*quod qui servare volet, Bothio duce sic scribere poterit:* Lepide hí sunt capti fíliis qui fecére insidias. íte' *Ritschelius. cf. v. 1205. alia adscripsit Bergkius Opusc. vol. I p. 675* *Ceterum* BAC. Ite *Brachmannus p. 168 reliqua cum Bothio constituens et sorori tribuens*

CATERVA

Hí senes nisi fuíssent nihili iam índe ab adulescéntia,
Nón hodie hoc tantúm flagitium fácerent canis cápitibus:
Néque adeo haec facerémus, ni ante hoc uídissemus fíeri,
Ut apud lenonés riuales fíliis fierént patres.
Spéctatores, uós ualere uólumus: clare adplaúdite.

1207. CATERVA *Ritschelius.* GREX *Pylades. Bacchidi sine ullo intervallo continuant libri. vide Proleg. Trin. p. XXX* 1208. hic *Z* flagium D^1*:* ti *add.* D^3 1209. Nequea deo *D* hęc *C.* hec *D* ni ante hoc *Langenus Anal. Pl. III p. 14.* ni ante hac (niantehac *D) libri*
1210. leones *C* 1211. uale B^1*:* re *add. eadem manus* uos ualere uolumus: clare adplaudite *Bergkius Opusc. vol. I p. 33.* uos ualere uolumus et clare adplaudere *libri, nisi quod* dare *Z et* applaudere D^3F. uos ualere et uolumus clare applaudere *Bothius, qui olim transposuerat* uolumus uos ualere et clare adplaudere. uos ualere et clare uolumus plaudere *cum Hermanno edidit Ritschelius Pro* adplaudite *scribendum esse* plaudite *censet Spengelius ad Truc. vers. extremum* EXPLICIT PLAVTI BACHIDES *B.* PLAVTI BACHIDES EXPLICIT *CD.* Finis *Z*

T. MACCI PLAVTI

COMOEDIAE

RECENSVIT

INSTRVMENTO CRITICO ET PROLEGOMENIS

AVXIT

FRIDERICVS RITSCHELIVS

SOCIIS OPERAE ADSVMPTIS

GVSTAVO LOEWE GEORGIO GOETZ FRIDERICO SCHOELL

TOMI III FASCICVLVS II

CAPTIVOS CONTINENS

LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

MDCCCLXXXVII

T. MACCI PLAVTI

C A P T I V I

RECENSVIT

FRIDERICVS SCHOELL

COMOEDIARVM PLAVTINARVM

TOMI III FASCICVLVS II

LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI
MDCCCLXXXVII

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEVBNERI

RVDOLFO · SCHOELL

CONTVBERNALI · OLIM · IENENSI · SYMPHILOLOGO

ET

ROBERTO · SCHOELL

CONTVBERNALI · OLIM · FRANCOGALLICO · SYMMVSICO

FRATRIBUS · DILECTISSIMIS

D · D

VIDEAS · CORDE · AMARE · INTER · SE

PRAEFATIO

Serius quam exspectari poterat haec Captivorum editio emittitur. Cuius rei causae cum ex parte neque huc pertineant neque mihi Plautoque nostro gratae faustaeque fuerint, una saltem utrique profuit: quod quidem benigne permittentibus adiuvantibusque eis penes quos arbitrium et potestas erat per sex menses et quod excedit Italiam peragrare potui. Vbi cum tandem aliquando urbes locos thesauros monumenta diu sperata oculis viderem, simul Mediolani Romaeque apparatum ad editionem nostram necessarium complere studui: quem socium desideratissimum et huic negotio unice accommodatum absolvere fata noluerant.

Quamquam huius ipsius fabulae memoriam Loewius noster dudum composuerat eiusque maxime copiis nititur haec recensio. Itaque ultimas tantum commorationis Mediolanensis horas huic Ambrosiani codicis particulae relegendae impertii, quam plus sedecim horis diligentissime perscrutatus erat Loewius m. Apr. a. MDCCCLXXX.

A codicis sane dolendum est non plus duobus foliis superesse 217/218 et 219/220*): ubi p. 217 versus 905—917 continet (cum versuum 2. 9. 13. 17 = 906. 911. 913. 916 voces extremae seorsum scriptae sint, versus autem 6 vacet scriptura), p. 218 versus 918—931 (versibus 2. 5. 14. 15 = 919. 921. 928. 929 bipartitis et versu 7 vacuo). Versus vero fere omnes medii perforati sunt paucis laciniis plene servatis. Multo etiam miserior alterius folii condicio est, in

*) Quae hodie sic conversa servantur, ut f. 219/220 praecedat: at in vulgatae codice non alium ordinem fuisse atque olim numeri docent.

cuius superiore parte nil nisi particulae laciniatim contractae conversaeque exstant, post mediam paginam paulo plura in utroque latere legi possunt, in extremo demum pleniores sunt versus. Itaque p. 219 sub finem (v. 11—19) sunt v. 1023—1029 dispesto v. 14 = 1026 et vacuo ut videtur v. 18. Praeterea nihil enotavit Loewius nisi QU (?) ab initio v. 9, unde effecit aut versus 1018—1022 omissos esse dispesto ante v. 1023 versu 1017 — quem vix credideris unius versus spatium excedere — aut inter versus 1022 et 1023 'tautologos' alium intercessisse, qui quaestionem indirectam a verbis *in memoriam redeo quom mecum recogito* pendentem continuerit (vix a QUASI inceperit). Vnde v. 1—8 huius paginae v. 1016 vel 1017—1022 praebuisse computavit bipartito aut uno versu aut etiam duobus (1018? 1019?). Quod cum a Loewio comperissem, non sine voluptate excepi. Diu enim erat, ex quo conieceram — quod etiam nunc teneo — inter versus 1022 et 1023 lacunam statuendam esse: quos neque violenter cum nonnullis in unum conflari posse crederem neque pro dittographia haberi cum plerisque*): nam cum verba *quasi per nebulam* v. 1024 verbo *recogito* v. 1022 adiungi nequeunt, verbis autem *in memoriam redeo* illo intercedente aegre adplicantur, tum ipsa exordia similia *Nunc demum* — *Nunc edepol demum* eadem fere ratione inter se continentur, qua versus 805 et 811 item perperam a nonnullis pro dittographia habiti. Atque lentius sic Tyndarum se colligere optime convenit cum tota huius scaenae descriptione (cf. append. crit. ad v. 1018). Quae sententia iam plane confirmari videbatur codicis antiquissimi testimonio. Quod secus esse intellexi ipsum librum cum inspicerem. Nam et v. 10, quem finem versus ab QU (?) incipientis continere Loewius opinatus erat ab initio conscriptum fuisse vidi ipsumque NUNC DEMUM exordium dispicere mihi visus sum, et clarius etiam apparuit primum paginae versum fuisse v. 1015, in quo FIL et T(U)O(M) suis locis dignoscerem certis L et O litteris, quocum iam convenit quod tertius post hunc versus (4 = 1018)

*) De tertia ratione cogitare omnino non poteram, antequam Niemeyerus excogitavit: nimis enim absona est et a sensu communi aliena.

ab NUNC, quartus (5 = 1019) ab (A)TE(GO), sextus (7 = 1020) ab MER(ITUSEST) incipit: interim v. 5 = 1019 bipartitum fuisse etsi per se non improbabile fuerit, tamen etiam v. 6 ab initio scripturam habuisse videbatur. Quodsi verum est, iam hoc loco amplior fuit Ambrosiani recensio. Nam versus 8 cum ab ILICET verbo incohetur certa saltem L littera non tam inter v. 1022 sq. alium in *A* intercessisse quam pro versu 1021 duos exstitisse longe diversos colligimus: quos si certior esset principiorum lectio tales fere fuisse conicerem:

HEGIO

Ilicet⟨, mastigia, hinc in maxumam malam crucem,⟩
Qui mihi filiu⟨m alienasti! nil meministi, gnate mi?⟩

Antea vero Philocratis verba *Meritus est ⟨erga te⟩* facile adiungi tali versiculo potuerunt:

⟨Edepol nunc in lapicidinas huic eundumst, ut quidem⟩
Meritus est ⟨erga te⟩.

Ceterum praeter haec quae dixi initia versuum mea, non Loewii fide testatus sum in hac pagina litteras R——REMU(O)-C(AR)IER v. 1024 et litteras PRINCI | PI v. 1026, item p. 217 E et L litteras v. 907, p. 218 alteram C litteram v. 930: atque ideo meam lectionem accuratius a Loewiana separo, ne si novicius in instaurando libro deleticio erraverim, id amico candidissimo peritissimoque imputetur. Si vero omnino mihi contigerit, ut quae illum fugerint expiscari potuerim, id inde explices, quod sub auspiciis viri summopere venerandi ANGELI CERIANI lacinias quasdam plane contortas omni cautione adhibita levigatas legere studui: quod facere non ausus erat, ut videtur, Loewius. Denique de pagina 220 perpauca monenda sunt: quam septem (vix octo) primis versibus v. 1030—1036 complexam esse probabile est sequente subscriptione novaeque fabulae indictione: unde etiam inscriptione (CAPTIUI) PLAUTI caret, ut fit in commissuris fabularum. At legi omnino nihil potuit, nisi quod extremo versu ductus quidam ornandi causa additi contine-

bantur, quales Loewius Anal. Plaut. p. 140 depinxit*). Postremo hoc adscripsit Loewius:

„Zwischen den erhaltenen Blättern werden wohl 6 verloren sein:

217. 218 [= 905 — 917: 918 — 931]
A. a
B. b
C. c
D. d
E. e
F. f
219. 220. [= 1015 — 1029. 1030 — 1036]

*Doch ist dann vielleicht etwas mehr im Palimpsest vorhanden gewesen**): das in den Palatinen reicht kaum aus. Doch sind solche Berechnungen — worin Geppert gegen Ritschl Recht hat — im höchsten Grade unsicher, wo es sich nicht um Reihen iambischer Verse handelt — bei denen hat Ritschl in der Hauptsache Recht —. Wollte man annehmen, dass es nur 4 Blätter waren, so müsste in A sehr viel gefehlt haben. Übrigens habe ich auf p. 220 die zu erwartende Quaternionennummer nicht gesehen.“*

B codicem Loewius a. MDCCCLXXVII et MDCCCLXXVIII contulit itemque *D* bis mense Maio a. MDCCCLXXVIII: quem notum est in versu 503***) finem facere scribendi (post tria folia vacua sequitur a f. 73 Bacchides). Denique *E* bis contulit Mediolani m. Apr. a. MDCCCLXXX: ubi manus tertiae scripturam plerumque, ut par erat, neglexit, nisi aut aliqua ratione memorabilis esset aut manum primam plane obscurasset: rasuras autem fere omnes ab hac manu in *E* pro-

*) Sub priore versus 19 parte clare hae lineolae , , conspiciuntur: ante quas quod v. 15 sqq. umbrae quaedam litterarum ad didascaliam (Cistellariae!) pertinere mihi videbantur, nimis incertum est et incredibile.

**) Studemundus ubi v. 1009 (EXI)GUO in *A* invenerit (cf. append. crit.) ignoramus. De contextu olim pleniore cf. ad v. 1014 et fragm. Quamquam dubito de 6 foliis deperditis.

***) Miro errore Muellerus Pros. p. 547 sq. *D* (ut *C*) omnino non praebere hanc fabulam dixit.

fectas videri adnotavit. Ceterum f. 49^{v}—51^{r} (v. 432—573) 'rubricator' caeruleo atramento usus est.

J codicem etsi ob editionum aequabilitatem deesse nolui, inutiliorem habeo. Quare cum plenior huius libri imago in aliis fabulis exhibita sit, nolui cum aliis rebus tum accurate indicatis eis quae legi iam nequeant onerare adnotationem: sed satis habui bonam quae praesto erat collationem Sonnenscheinii viri doctissimi ita adhibere, ut nonnulla omitterem*), nihil supplendum curarem. Nihil igitur de hoc codice ex silentio concludendum tam propter ipsius libri quam propter testimoniorum defectus: quod etiam de *FZ* valere per se patet, ex quibus *F* codicem a bibliothecae Paulinae praefecto honoratissimo liberaliter huc transmissum Heidelbergae conferre potui.

Iam vero in hac fabula accedunt praeter Turnebi ex membranis suis lectiones nimium parcas — de quibus cf. praef. Poenuli p. VIII — duo folia in codice *O* (Ottobon. lat. 687 miscellaneo) v. 400—555 exhibentia, quae sane misere lacerata et discissa sunt: quae inventa a Bethmanno ex Loewii apographo diligentissimo et descripsit et transcripsit Goetzius Anal. Plaut p. 86 sqq. Atque Loewius codicem illum paulo prius ipso saeculo XI scriptum videri affirmabat, duobus saeculis ut *EJ* superare uideatur ipsosque *CD* codices decenniis nonnullis.

De his codicibus vix est quod adiciam**). Etiam in canticis ubi a *B* codicis discriptione plerumque servata***)

---

*) Velut omisi *mi* formam saepius pro *mihi* indicatam, cum illis locis $\overset{i}{m}$ potius exstare crediderim i. e. *mihi*, non *mi*.

**) De externa huius editionis conformatione valent quae in praemonitis ad Trin. ed. III p. VIII dixi: quam conformationem cum probari idoneis arbitris intellexerim, retinui, etsi Goetzius meus in Bacchidibus sequi noluit.

***) Interdum cum tamen solius metri causa verba immutarim, facere non possum quin diserte pronuntiem nihil perversius esse quam quod nuper non sine gravitate exstitit qui inculcaret rarissime hoc admittendum esse. Qui cum ipse concedat in metris simplicioribus hoc saepissime statuendum esse non modo hiatus causa, sed ne omnino syllaba aut pede deficiant versus, unde fidelius cantica maxime servata esse in animum induxit? Mihi multo gravius videtur 'crimen laesae

discesserim satis accurate indicavi. Attamen ne quid desideretur, siquis sub uno conspectu versuum terminos perlustrare voluerit, haec habeto:

v. 195—239*) sic claudit *B: ex seq — labos erit — liberi — bonust — oho hoh — miraclitis — adiuuat — postea — uinculis — emerit — nos — sinat — agitis — deceat — dehortor — arbitris — locum loquendi — incipesse — ambo — uolumus nos — compotes — procul — queant — fallatia — colas — prouenit — assimulo — arbitris — diligenter — somniculose hoc — spero — capite — uilitati — habebis — uolunt — penes sese habent — fraudulentissimi — autumo — patri — nominem — proxumus.*

v. 781—790: *uoluto — in animo — quiui — inridebor — loquentur — data sunt — uideo — acturust — hanc rem.*

v. 832—837: *uocat — iubes — quantum est — aduenis — fastidis.*

v. 922—929: *magnas — redderunt — exemerunt — sustentabam — nostra — nobis — maceraui hoc — memorasti.*

De personarum nominibus notisque nihil restat, cum veram Ergasili nominis explicationem = *ἐργάσιμος* i. e. scortum (cf. v. 69 sqq.) ex Artemidoro Oneirocr. I 78 stabiliendam**) Koenigius de nom. propr. quae sunt apud Pl. et Ter. ed. Patzschk. a. 1876 p. 19 sq. praeceperit, quem alii ironice 'operosum' dici opinabantur opinanturque, velut Ritschelius Opusc. phil. III p. 302, Vssingius, Lorenzius (etiam in altera editione Militis gloriosi a. 1886 p. 5). Vnum sane non tam novavi quam servavi, quamvis plerosque miraturos esse sciam: quod *lolarium lolariosque* scripsi. At hanc formam non modo

auctoritatis', siquis dochmios describendae velocitati exanimatae aptos habet (cf. ad v. 506 sq.) vel per anapaestos balbutire ebrium credit.

*) Versuum numeros curavi ut cum Fleckeisenianis — nunc etiam Brixianis — concinerent: discrepantia cum non exstet nisi intra paucorum versuum ambitum, ubi ex ipsa adnotatione quid necessario discrepet eluceat, nolui his locis in margine alienos addere numeros.

**) Recte hunc locum dudum adhibuerat Carolus Fridericus Hermannus in Lindemannianae editionis exemplari adnotationibus manu scriptis referto quod in bibliotheca Gottingensi servatur. Vnde liberaliter mihi transmisit Wilmannsius vir clarissimus mihique benevolentissimus. Ceterum perpauca esse, quae ex commentariis quamvis diligentibus Hermanni adhibuerim, non miraberis.

in inscriptione scaenae I 2 librorum *BEJ* consensus firmat, sed bis deinde lorarii verbis plene praescripsit *B*, semel *Lol* addens, itemque in scaenae II 1 inscriptione *BE* (non *J*) praebent.*) Quae cum iam sufficiant ad casum excludendum, accedit locus Gellii X 3, 19, ubi prima apud Hertzium codicum familia (*QZB*) *lolarii* scripturam exhibet. Itaque quamvis certa sit *lorarius* forma et ex codicum memoria et ex inscriptionibus quibusdam et ex etymologia, ipsa tamen etymologia quominus sonus immutaretur non magis impedivit, quam in 'caeruleo' a 'caelo' derivando et in 'Parilibus' a 'Pale' dictis. Quae ipsa exempla una cum 'pluralis — singularis' terminationum vicissitudine aliisque formis**) ad causam immutationis deducunt. Quare *lolarius* formam ut minime contenderim ab ipso Plauto adhibitam esse in Captivis, ita sat antiqua aetate et in hac fabula et aliubi lectam dictamque esse patet, unde in adnotationibus diutius delitescere nolui.

Paulo fusius video de *Alidis Aleorumque* nomine disputandum esse in hac fabula frequenti. Quod cum olim et Aulide atque adeo Aulidensibus interpolatis et aliis mutationibus vitiisque removerint, Turnebus demum Advers. XXIII 24. Opp. I p. 71, 38 'et fide librorum veterum et auctoritate rerum adductus' Alidem et Alios Aleosve reducendos esse intellexit***). Iam vero Spengelius Philol. XXXVII (a. 1877) p. 416 sq. quoniam saepius hoc ipsum nomen cum hiatu in libris legitur, ad antiquiorem etiam formam dialecticam per digamma auctam provocavit: quae cum locis tantum non omnibus reponi possit, quae contradicunt exempla corrigenda esse duxit. Atque persuasit Spengelius duobus viris Plau-

*) Contra in scaenae III 5 inscriptione etiam *BE* habent LORARII neque diversa est memoria scaenarum Mil. gl. V 1, Men. V 7, Most. V 1^b (*A*), Pseud. I 2 vel in Rudente (ubi tamen *B* caret omnino inscriptionibus).

**) Nescio an ab eadem ratione profecta sit formarum 'puerarius — puellarius' vicissitudo, de quibus cf. Havetus in Woelfflini Archio I p. 194: in eodem Archio III p. 540 recte monuit Thielmannus non sine dissimilationis studio in *r* litteris syllabam concludentibus conspicuo vulgum ex 'meretrice' effecisse 'mene(t)ricem'.

***) Post quem Gulielmius Quaest. in Capt. p. 356 formae Alis pro Elis positae non aliam esse causam credidit quam Aliae dieique Aliensis similitudinem!

tinissimis Langeno ('Beitr.' p. 5: cf. Plaut. Stud. p. 117) et Brixio, qui in editione quarta ubique *Validem Valeosque* reposuit. Ac mihi quoque olim arrisit coniectura, nisi quod plane evanuisse apud Plautum litteram illam non tam facilem quam in Homericis carminibus explicatum haberet. Nam perverse Spengelius vestigia illius formae in *aulide* scriptura agnovit: quam invecto nomine ex fabulis notissimo interpolatam esse quis est quin sentiat? Tum Seyffertus dubitationem de hac re auxit in editionis Brixianae[4] censura ('Berl. philol. Wochenschr.' a. 1884 p. 1351) tribus locis quibus hiatus sic simpliciter removeatur item tres obstare arguens, qui sic demum immutandi fuerint*). At multo gravius argumentum inde repetendum esse censeo, quod qui maxime coniecturae favere videantur loci, aliam potius medelam efflagitant. Nam primo loco v. 26:

Postquam belligerant Aetoli cum | Aleis,
Vt fit in bello, capitur alter filius:
Medicus Menarchus emit ibidem in Alide,

quod sequitur *ibidem* non habet quo referatur, nisi antea praeter populos belligerantes locus ubi bellum geratur indicetur: quem nanciscimur, si supplemento lenissimo post *Aetoli* sumimus *illi* intercidisse. Idem vero cadit in alterum locum v. 93:

Ita nunc belligerant Aetoli cum | Aleis,

ubi quae secuntur *Nam Aetolia haec est* item male adplicantur, nisi in Alide bellum versari significatum sit**). Iam in

*) Nam v. 59 codicis vestigium immerito neglexit Spengelius, v. 881 *Validensem* scribens pro *illum Alidensem* pronomen removit aptissimum. Minus recte Seyffertus tertium locum (v. 94) huc traxit tanquam sine vitio traditum.

**) Iam igitur ex ipsa rei ratione intellegas, quonam iure multi et ipse olim Spengelius hos locos sese invicem tueri clamarint. Neque enim Bentleius satis cavere potuit, ne 'uni loco qui emendandus erat ex altero aeque mendoso patrocinium quaereretur'. Atque de illis versibus sententiam recoxit nuper Vahleni discipulus Ericus Below de hiatu Plautino quaest. ed. Berol. a. 1885 p. 22: quem par erit non minus firmos habere versus 34 et 111 inter se comparatos, ubi sane non de hiatu agitur, sed de senariis hypermetris. Praeterea Spengelium dudum meliora edoctum edocentemque (cum Vssingio) ille ducem sequitur eodem modo, quo Geppertus ad Kampmanni tirocinia ab ipso abiecta olim se adplicaverat: unde clare cognoscimus tironibus eius

hoc versu 94 ipsum quod antea desideramus adverbium *illic* excurrit: quare hoc loco non tam ex coniectura quam ex memoria revocamus eadem prorsus ratione, qua antea v. 59 *esse* ex v. 58 protrahimus et *scortum* ex v. 71 in v. 74 adhibemus*). Quae cum ita sint, unus restat versus 31 qui *Valeum* forma emendari videatur. Nam quem Spengelius adiunxit v. 169 praeterea cum Fleckeiseno additamento *emi* affecit, cum non modo sufficiat, sed iterum necessaria sit alia eaque satis lenis ratio, qua simul alius hominum doctorum error refutetur. Vbi cum traditum sit:

Nam eccum hic captiuum | adulescentem | aleum,

haud pauci inter alias mutationes *eccum hunc* scripserunt**). Quam ipsam coniecturam Dombartus cum alias tum Annal. phil. CXXIII (a. 1881) p. 185 sqq. pro fundamento firmissimo habuit eius opinionis, qua captivos per primum actum in scaena versari acriter defendit. Neque qui hanc opinionem fusius quam diligentius impugnaverat Martinsius Quaest. Plaut. ed. Hal. a. 1879 p. 28 sqq. aut talis fundamenti levitatem castigaverat aut omnino quae gravioris momenti sunt attulerat. Notavit vero illud Niemeyerus 'Zschr. f. Gymn. w.' t. XXXIX a. 1885 p. 362. Iam etsi ad curandos captivos abeundum esse lorario aperte dicit Hegio v. 125, quocum concinit secundi actus exordium, ubi redit lorarius cum captivis 'foris ambulaturis' (v. 114), nihilominus Dombartus Brixiusque cum eo miro artificio e contrario fingunt captivos

---

modi placita convenire. Ceterum quamvis liberaliter ex huius editionis instituto diversissimas atque etiam frivolas hominum doctorum sententias congesserim, tamen ab animo impetrare non potui, ut Belowii dissertationem excerperem: neque enim erat quod hunc potius nominarem 'hiatum non sollicitantem' quam quemvis alium σοφὸν ἄσοφον.

*) Praeterea cf. v. 208 sq., 209 sq., 349: 351, 371 sq., 479: 481, 505 sq., 571 sq. (v. append. crit.), 847: 850. Atque de duobus quos supra commemoravi aliisque exemplis nemo umquam qui sanae mentis esset dubitavit. Quodsi 'quidam' omnem hanc artis criticae rationem in praef. Trucul. novis certisque exemplis firmatam quasi nugatoriam 'mei similibus' relinquit 'qui taxare sciant' (Herm. XVII p. 611 adn.), importuna saevitia abreptus iniquius sibi ipse sanum abrogat iudicium.

**) Hanc scripturam per Dombarti adnotationem etiam in nova editione Brixius ad v. 1 retinuit, etsi ipsum versum iam ex Spengelii coniectura aliter constituit.

in ipsa scaena ad pilas alligatos solvi*). Quae cum ita sint, necessario mancus ille a quo profecti sumus versus *intus* adverbium post *adulescentem* addendum requirit (cf. v. 1015. Amph. 120. Bacch. 568. Mil. 545): unde contrariam Dombartianae sententiam ipse quoque induit.

Captivos ex quonam exemplari expresserit poeta barbarus plane ignoramus. Nam quod Fleckeisenus adscripsit GRAECA [ANAXANDRIDI] Mureti nititur sententia**), qui Lect. var. XIV 9 p. 485 cum verbis 636 sq. illius locum ab Athenaeo XV p. 688 b servatum (fragm. inc. VIII Mein. = 59 Kock.) contulit *ὦ πονηρὰ καρδία | ἐπιχαιρέκακον ὡς εἶ μόνον τοῦ σώματος· ὀρχεῖ γὰρ εὐθύς, ἂν ἴδῃς δεδοικότα*: quorum locorum similitudo etiamsi maior esset — neque enim dicti tenor quadrat ad locum Plautinum —, nihil probaret. Atque minus etiam valet Ladewigii coniectura (de Volc. Sed. can. p. 28 sq.: at cf. eundem in Paulyi Encycl. V p. 7773), qui

*) „*Wir haben uns zu denken, dass der Sklave entweder allein fortgeht, um die* catenae singulariae *zu holen, die er dann, während Hegio und Ergasilus sich unterhalten, den Gefangenen, nachdem er sie von den Pfeilern gelöst, anlegt oder dass er die schweren Ketten von den Pfeilern loshakt, die Gefangenen ins Innere des Hauses führt, dort mit den leichteren Fesseln versieht und dann bei Beginn des 2. Aktes mit ihnen wieder auf dem Proscenium erscheint.*“ Pilarum nec volam nec vestigium apud Plautum inveniri recte identidem monuit Lorenzius ceteroqui rem obiter tractans 'Jahresber.' XXVII (a. 1881) p. 31, cum et *his* v. 112 dudum correctum et *hunc* interpolatum v. 169 adhibeat et fingat quae non minus quam pilae a Plauto aliena sint. Ceterum concatenatos ab initio domi fuisse captivos duos iam ex v. 112 sq. perspicimus, ex quibus v. 2 emendatio pendet.

**) Idem Muretus Lect. var. XIV 16 p. 334 primus quod sciam vituperavit quod plurimi dein repetiverunt: male poetam Pseudo-Tyndarum finxisse intra paucarum horarum spatium iter ex Aetolia in Alidem et ex Alide in Aetoliam cum negotiis illic absolvendis confecisse, cum tamen viatico opus fuerit ex v. 449. Quam vituperationem quod Brixius dixit p. 3 ne ipsum quidem Lessingium prorsus improbasse ("*ein Vorwurf, der . . . selbst einem Lessing nicht ganz ohne Grund gemacht zu werden schien*"), neglexit illud adulescentulum dixisse Lessingium, antequam id ipsum quod cum aliis opposuit Brixius primus omnium recte docuerit. Redintegravit autem opprobrium et accuratius persecutus est Langenus Plaut. Stud. p. 119 sqq. Sed ipse quoque eis nititur rationibus, quas inimus, ubi singula singillatim comprehendimus, non totam fabulam oculis animisque subicimus: neque in communis vitae tempore vivimus, sed idealem quem vocamus diem poetae concedimus.

praeter Anaxandridem contaminando Antiphanem adscitum esse posuit ob fragmentum quoddam cum versu 77 comparandum, qui non tam Captivorum est quam Persae quique eiusmodi est, ut ne hanc quidem fabulam nedum Captivorum particulam ad Antiphanem revocet. Itaque ne dubitanter quidem haec nomina proferre debuit Brixius neque recte cum Ladewigio contendit non sine veri similitudine exemplar attribui mediae quam vocamus comoediae. Nam quotquot novimus exemplaria Plauti Terentiique novae comoediae sunt: unde recte idem sumimus de ceteris, nisi forte graviores causae contrarium suadeant. Sed quod unum allatum est de Captivis argumentum nihili est: scilicet resecto parasito puram putam exstare fabulam familiarem lacrimabilemque*): qualis aliena sit a nova comoedia. Iam ut mittam immerito sumi aut aliunde contaminatam aut ab ipso Plauto affictam esse**) Ergasili personam: quasnam illius modi fabulas ex media novimus comoedia? Quales raro omnino reperiri ipse poeta inculcat in epilogo***). Atque ad rationem generalem quam

*) Brixius p. 4: *„Anlangend das griechische Original der Gefangenen darf man, gestützt auf die Wahrnehmung, dass nach Ausscheidung der Parasitenrolle ein reines Familienrührstück übrig bleibt, von welcher Art von Lustspielen kein weiteres Beispiel bei Dichtern der neuen attischen Komödie nachweisbar ist, wohl mit einiger Wahrscheinlichkeit die Vermuthung aufstellen, Plautus möge in diesem Stück ein Lustspiel eines Dichters der mittleren Komödie nachgebildet und vielleicht die Parasitenrolle aus eigener Erfindung hinzugethan haben, welcher Dichter aber* (*Anaxandrides? Antiphanes?*) *und welches Stück in nähere Beziehung zu den Gefangenen zu setzen sei, darüber sind zwar Vermuthungen gewagt, aber kaum bis zu irgend einem Grade der Wahrscheinlichkeit erhoben worden.“*

**) Illud Ladewigius, hoc Herzogius Annal. phil. CXIII (a. 1876) p. 363 sqq. coniecit. Sed cum duobus locis ipsam actionem provehat parasitus ea ratione qua omnino in fabulis adhiberi solet, quid quaeso nos movet, ut aliter olim rem compositam fuisse suspicemur? Itemque Ergasilum maxime ad res Romanas alludere inde simplicius repetimus quod omnino 'praeter rem' loqui solent parasiti maxime.

***) Epilogo ut alias recte CATERVA inscribunt libri: eidem probabile est sollemne illud 'Plaudite' tribuendum esse: quod ex Horatii loco notissimo *cantori* tribuimus. Fuit cum suspicarer $\widetilde{CA}$ vel $\widetilde{CAT}$ nota quadam deceptum esse Horatium vel auctorem eius grammaticum itemque ω litteram clausulae praescriptam 'catervam', non 'cantorem' significare: non quod tota grex has particulas pronuntiaverit, sed quod

notavimus accedit, quod bellum inter Aetolos Aleosque commemoratum in hac fabula quamvis obscurum sit, in universum tamen novae comoediae temporibus probabilius tribueris ex graecae historiae memoria civitatiumque graecarum condicionibus.

Non magis constat de tempore quo acta sit Plautina fabula: neque enim recte Herzogius l. s. s. Turdetanos (v. 183), Boios (v. 888), regem regum (v. 823), cui basilicas edictiones (v. [811] 814) perperam adiunxit, ex annorum 562/3 a. u. c. rebus gestis commemorari putavit, cum ex singulorum ubi exstant locorum condicione proprio acumine haec maxime adhibuerit poeta.

Tota vero fabula 'ad pudicos mores facta' cum et ipsi poetae praeter ceteras placuerit et multis eius lectoribus velut Camerario Lessingioque nostro, non uno nomine nuper vituperata est a Langeno in libro bonae frugis plenissimo, cui inscripsit 'Plautinische Studien'*) Berolini ed. a. 1886 p. 116 sqq. Ac de nonnullis rebus, in quibus aut consentiam aut dissentiam cum viro humanissimo iam in appendice (adde p. XVI adn.) monui**), de aliis hoc loco paucis disputem.

---

in eis qui agant in scaena omnes se ostenderint spectatoribus loquente domino gregis. Quamquam non negaverim ex ipso etiam usu scaenico loqui posse Horatium.

*) Et hic liber et Crameri dissertatio de perfecti coniunctivi usu potentiali Marburgi ed. a. 1886 et Caesaris libellus de Planti memoria apud Nonium servata plenius mox dissertationibus Argoratensibus vol. XI inserendus in manus meas pervenerunt, cum iam haec editio absoluta et bibliopolae tradita esset: sed inter corrigendum illorum sententias inserere potui.

**) De v. 288, quem vituperavit, non seclusit Langenus, hic addo minus recte contendi (l. s. s. p. 118) "*hätte er hier nicht den wahren Namen hinzugefügt, so würde Hegio nicht umhin gekonnt haben auch danach zu fragen*": nam cum v. 633 sqq. aperte pro iusto nomine Hegio ficticium habeat, verum ignoret, quidni idem poetam priore loco instituere aut potuisse aut debuisse concedamus? Omnino autem cavendum ne comoediam ad severiores rationes ratiocinationesque revocemus. Quare illud quoque improbo quod cum Dombarto Langenus p. 121 lapsum memoriae in eo agnoscit, quod v. 703 Hegio Tyndaro dicat: *votuin te quicquam mi hodie falsum proloqui*, cum v. 264 Philocrati potius dixerit: *quarum rerum te falsidicum mi esse nolo.* Nam etsi haec verba propius sese attingunt, tamen eadem sententia v. 296 ipsi Tyndaro dixit: *hic fassust mihi, haec eadem si confiteri vis, tua ex re feceris*, ubi Tyndarus concedit: *fecit officium hic suom, quom tibist confessus*

Ac primum quidem quod nominibus vestibusque ante fabulae exordium commutatis consilia sua longiore colloquio*) v. 218 sqq. persequuntur, cum Hegio versibus demum 330 sqq. pronuntiet se aliquem missurum esse in Alidem: in hac re nulla deprehenditur discrepantia aut lacuna, quoniam ipsi captivi eo tendunt ab initio, ut dominum in hanc rem inducant (quo spectant Tyndari verba v. 260 sqq. 276 sqq.). Quocum cohaeret quod Hegio a principio dicit, ubi indutiae factae sint se mittere velle, deinde statim mittit: nequaquam prius illud neglegente poeta (ut Langenus putat), qui interposuerit Tyndari verba seni persuadentis v. 348: *Neque adeo quoi tuom concredas filium hodie audacius***).

Neque rectius abhorrere a veri similitudine arguit Langenus quod Hegio servum quem credit dimittat antequam ex aliis captivis percontatus sit, num revera Philocratem retinuerit. Neque enim Plautus dicit, sed Langenus, tali suspicione motum Hegionem percontatum esse, ecquis adulescentem noverit (v. 459). Immo Aristophontem ipsius precibus obsecutus ad Philocratem sodalem Hegio adducit (v. 512 sq. 515), nequaquam ut ab eo certior fiat de Philocrate: et ab omni suspicione quam alienus sit certissima quam habet

---

verum. Item iniuria aliquis haeserit in eo, quod v. 645 (640) Aristophontes quaerit *Sed ubi is nunc est*, cum antea v. 573 Hegio iam dixerit *Nam ille quidem quem tu esse hunc memoras hodie hinc abiit Alidem.* Nam iterari quaestiones cum omnino neque a vitae consuetudine neque a comoediarum descriptionibus abhorreat (cf. append. ad v. 1018), illo loco Aristophontes totus haeret in Tyndari offuciis nihil praeterea curans.

*) Leviusculum est quod lorarii 'suspiciosi' personam Plautum non servasse arguit p. 117 in longiore colloquio admittendo. Nam etsi ex eri imperio agendum fuit lorario, tamen quid ipse sentiat satis prodit v. 209 (cf. v. 119 sq.): atque vel Hegio praeceperat v. 114 sq.: *sinite ambulare ... sed uti adseruentur.* Quod vero in fine colloquii haesit Langenus p. 272 sqq. ex parte cohaeret cum versibus 240 sqq. minus recte intellectis (cf. append.): nam *propterea* v. 240 optime refertur ad verba *quod tibi suadeo, suadeam meo patri*, neque male, ubi se iam servum esse servuli inculcat, illud adiungit: ut nihilominus pristinam pietatem servet.

**) Minus etiam haerendum in eo quod per inquisitionem efficit ex captivis, quae iam sciat seque scire profiteatur: ea enim omnino valet inquisitionis ratio, velut iudex solet publice quaerere ex reis, quae satis ipse scit quaeque illi iam antea confessi sunt.

inquisitione absoluta, satis prodit, cum mox vix capiat et aegre credat, ubi Aristophontes falsum Philocratem dicit detegitque (v. 545 sq. 559. 564 sq. 573). Denique Langenus p. 123 sq. poetam dicit v. 947 sq. oblitum esse versuum 331 sq. cum magnifice promittat quae dudum spoponderat Hegio. At id quod hoc loco promittit non sine ambagibus cum maxime postulaverat Philocrates*): neque huic ipsi antea promiserat Hegio, sed Pseudo-Philocrati ero non praesente. Quare ne hoc quidem loco vera exstat discrepantia, sed novo potius argumento firmatur iudicium quod de v. 292 sq. et 335 tulimus. Neque vitae communis consuetudini vel huius senis naturae contradicit, si debita solvuntur impensius verbosiusque.

Postremo attingo scaenam multum vexatam v. 768 sqq., ubi parasitus ad Hegionem currens omnia alia agit et verbis et rebus sibi senique moram afferens, quam amovere diserte vult. Quam scaenam scurriliorem nostro iure dicimus, unde etiam contraxisse videtur, qui v. 800—802 scripsit versibus 790—799. 803—824 substituendos: neque tamen recte illam ipsam discrepantiam inter festinationem commorationemque parasiti tanquam absonam vituperavit Langenus p. 121 sqq. Nam poeta sive Plautus fuit (ut ego credo) sive alius (ex multorum sententia) sine dubio per hanc discrepantiam acumen vimque comicam quaesivit omnino in eiusmodi discrepantiis maxime conspicuam: eademque ratione continentur quae singillatim hoc loco serio magis quam vero Langenus notavit.

Multo magis cum Langeno mihi convenit in eis, quae de singulis versibus aut servandis aut delendis disputat, etsi paulo saltem quam ille vult longius progrediendum esse in statuendis dittographiis interpolationibusque persuasum habeo**). Sed de his rebus sufficiant quae in adnotationibus significavi.

*) De hac re ne perperam iudicemus, non neglegenda est quam omnino in quaestionibus pecuniariis deprehendimus morum anxietatem rusticitatemque (cf. v. 318 sqq. et 406 sqq.).

**) Cf. exempli causa quae de versibus 189 sqq. adnotavimus, itemque de v. 152 sqq. Quos locos si Plautus sic scripsit, vituperandus sane est. Illud autem satis mirari non possum, quod Brixius pravam de his versibus sententiam vindicaturus Hegionem omnino lepidum senem dicit (append. crit. ad v. 152: „*dazu sind die Scherze so decent*

Etiam de lacunis pauca tantum adiciam. Nam si qui mirabuntur quod multo plures quam priores critici lacunas detexisse mihi visus sum*), illud secum reputent velim: intra paucorum quos Ambrosianus praebet versuum ambitum praeter locum quem supra tractavi ampliorem huic uni libro deberi versum 912[b]. Quo loco nemo antea lacunam suspicatus erat ac ne nunc quidem in ipso contextu signavit Brixius. Quamquam vel sine codicis ope *Nimisque* ad priora minus recte adplicatum animos advertere debebat. Quare eiusmodi vestigia et in verbis et in sententiis cum non pauca restent, non putavi forte fortuna in eis partibus ubi desit Ambrosianus maiorem esse reliquorum librorum 'fidem atque auctoritatem' aut nihil simile temporibus utraque recensione antiquioribus accidisse: quamquam multos hodie talem fere superstitionem si non verbis at certe ipsa re rationeque amplecti videas. Itaque ut exemplum promam luculentum v. 959 in verbis:

Si eris uerax, tua ex re facies ex mala meliusculam

cum multum sese torserint homines docti, Vahlenus nuper non modo sibi, verum etiam Brixio viro prudenti aliisque persuasit omnia recte se habere distinctione ante *facies* posita, ut ad verba *tua ex re* mente suppleas aut *facies* aut *erit*. Sed ut mittam Plautum non balbutire, sed latine loqui, quae proxime adiunguntur verba:

Recte et uera loquere, sed neque uere neque tu recte adhuc
Fecisti umquam

und fein gehalten, dass sie dem jovialen alten Herrn, der schon vorher 121 ff. mit dem lorarius zu scherzen in der Laune war, ebensowohl anstehen, als sie ganz und gar nichts Parasitisches enthalten"): quem ab his iocis si discesseris acerbum, durum, morosum simulque molestiorem importunioremque atque inaniter operosum non sine arte descripserit poeta, simul vero et maerore familiari excusaverit et amore paterno mitigaverit.

*) Contra nullas lacunas agnoscere potui cum aliis post v. 26. 171. 235. 994. Versu vero 925 etsi ingeniosam Acidalii coniecturam omnibus probatam retinui, tamen rectius ni fallor de lacuna cogitavi (cf. append.): nam et violentior videtur coniectura, praesertim cum *A* ei non faveat, et tota periodus minus molesta est ex exemplo proposito: quod ad explicandam detrimenti originem sic emendes:

Ioui disque .... exemerunt.
Quae adhuc te carens dum hic fui sustentabam
⟨Mala, hau sunt mala, hau frustra quom sustentabam.⟩

non habent quo referantur: neque enim versibus 955 sqq. haec sententia respondet, sed responsum his est versu 958 sq.:

Propemodum ubi loci fortunae tuae sint facile intellegis *c. q. s.*

Contra si ad exemplum a me propositum lacunam et statueris et expleveris non modo dialogus bene procedit, verum etiam versus 959 hiulcus soloecusve esse desinit.

Qualia commenta etsi hodie plerisque displicere scio atque experior et pro nugis argutis venditari ab eis qui nugandum argutandumque non esse arbitrantur nisi in codicum sordibus perversa subtilitate defendendis, tamen non desistam ab ea ratione, quam si non ubique veram, at saltem veritati plerumque propiorem adpropinquantemque esse sentio. Nam etiam de crisi Plautina valet*) quod posui:

Factis rem, non dictis facies ex mala meliusculam.

Quae cum ita sint, nolim dictis censurisque quorundam hominum doctorum hoc loco respondere, quamvis ampla praesto sit respondendi copia, sed potius Rudenti post paucos menses edendae operam navabo.

Scripsi Heidelbergae m. Dec. a. MDCCCLXXXVI.

F. S.

*) Verum est quod nonnulli praedicare non desinunt vel maxime opus esse disquisitionibus grammaticis metricisque quam accuratissimis: sed ne hae quidem quaestiones recte tractari possunt aut recte tractari solent, ubi meram rem grammaticam metricamque curant neglectis non modo rationibus criticis, sed ante omnia neglecto ipso poeta comico. Velut in Trin. v. 807 cum coniecerim *Opust fusti et uiatico ad tuom nomen*, perverse obicitur 'scipionem' non 'fustem' habere senes qualis Charmides sit. Nam illorum verborum sententia est vi atque argento extricandum videri nomen: unde proprie 'fustis' adhibetur vel ab elegantiore homine. Idem vero qui et in hac re et in similibus usum loquendi parum observatum esse arguit itemque archaismos perperam invectos esse, utriusque 'peccati' statim ipse reus fit, ubi Trin. v. 207 *delicat* pro *dixerit* proponit: nam *in aurem delicare* non minus absone diceretur quam '*ins Ohr erklären*'. Atque alius criticus prioris vestigiis insistens vel *disserere in aurem* aptum habet. Sed in eiusmodi adnotationibus vel adeo in 'cuiusdam' vitiis et conviciis exagitandis si tempus terere vellem, libellus conscribendus esset pro praefatione.

INDEX LOCORVM

CORRIGENDVM ET ADDENDVM

In contextu v. 519 existióst *pro* exitióst *relictum esse monuit Goetzius meus, qui non tantum eiusmodi monitis amice me adiuvit. Idem mecum communicavit Ladewigium in exemplari ad v.* 52. 55. 67. 68. 71. 88 sqq. 92 *adscripsisse* Flade p. 4 (6. 7). *Cuius viri docti operam Plautinam cum ignoraremus iuxta cum bibliographis biographisque Eduardum Heydenreich adii Fribergensem, philologum bibliographumque diligentissimum. Isque indagavit programma Fribergense a. 1804 Chr. G. Fladii (de Plauto in scholis legendo et de locis quibusdam dubiae interpretationis in eius Captivis): quod tamen nihil novi continet, nisi quod v. 90 conl.* aqua saccata *apud Senecam epist. 86, 11 perperam sic vertitur „der mache sich nur fort vors Drillingsthor und lerne da filtriren." Denique nuper accepi Harringtonis editionem (Capt. Trin. et Rud.) Americani (a. 1884) elegantem, sed nobis plane inutilem.*

T·MACCI·PLAVTI

CAPTIVI

ARGVMENTVM

Captúst pugna alter Hégionis fílius,
Aliúm quadrimum fúgiens seruos uéndidit.
Patér capteiuos cónmercatur Áleos
Tantúm studens ut nátum recuperét retro,
Et in íbus emit ólim amissum fílium.
Is suó cum domino uéste uersa ac nómine
Vt ámittatur fécit: ipsus pléctitur.
Et ís reduxit cáptum et fugitiuóm simul,
Indício quoius álium agnoscit fílium.

INCIPIT FABVLA CAPTIVORVM PLAVTI · ARGVMENTVM *B.* CAPTIVI D^3. Incipit fabula captiuoꝝ plauti | AR GV MEN TVM *E.* INCIPIT FABVLA CAPTIVORVM PLAVT . I ARGVMENTVM *J.* PLAVTI . POETE . CLARmJ . FABVLA . CAPTIVI DVO . INCIPIT | ARGVMENTVM *F.* Captiui duo. Comoedia quarta *Z*

1. Captus est *libri* (*pro* C *spat. DE*) pugna alter 𝕾. inpugna *libri* (*cum spat. 7 fere litt. E*) egionis *FZ, constanter* h *omittentes in hoc nomine* (*) 2. seruus *libri* 3. Pater egio *F* capteiuos *Angelius ex acrosticho.* captiuos *libri* commercatur *libri* (u *ex* o *D*) aleos BDE^1. alios E^3JF (*) 4. gnatum *F* retro *add.* 𝕾. *om. libri* (*) 5. in ibus *Gulielmius Qu. in Capt. p. 353.* inibi *BDEJF, sed* in B^2 *s. v.* mihi *Z* (*) 6. Insuo E^1, *corr.* E^3 ueste||| *B, er.* s *ut vid.* domino uersa *J* uorsa *F* 8. fugitiuum *libri* 9. Indicio B^1 *ex* Indicium *itemque* D^2 *ex* Indixio *ut vid.* Inditio *E* quoius *F.* cuius *ceteri* (*)

PERSONAE

ERGASILVS PARASITVS
HEGIO SENEX
LOLARII
PHILOCRATES CAPTIVOS
TYNDARVS CAPTIVOS
ARISTOPHONTES CAPTIVOS
PVER
PHILOPOLEMVS ADVLESCENS
STALAGMVS SERVOS
CATERVA

PROLOGVS

Hos quós uidetis stáre hic captiuós duos,
Iugáti qui adstant, — í stant ambo, nón sedent:
Hoc uós mihi testes éstis me uerúm loqui.
Senéx qui hic habitat, Hégio, huius ést pater.
Sed ís quo pacto séruiat suo síbi patri,
Id ego híc apud uos próloquar, si operám datis.
Seni huíc fuerunt fílii natí duo:
Altrúm quadrimum púerum seruos súrpuit
Eumque hínc profugiens uéndidit in Álide
Patri húius: cette, iam hóc tenetis? óptumumst.
Negat hércle ille ultumís accensus. cédito:
Si nón ubi sedeas lócus est, est ubi ámbules,
Quando hístrionem cógis mendicárier.
Ego mé tua causa, ne érres, non ruptúrus sum.
Vos quí potestis ópe uostra censérier

PROLOGVS IN CAPTIVOS PLAVTI · *B*. PROLOGVS INCAPTIVOS PLAVTI *J*. ꝓlogvs in captiuis plavti *E*. *unius versus spat. D*
1. HOS *B*. os *cum spat. init. DE* (h *in marg. E*[3]). Vos *FZ* 2. Iugati (*vel* Vi iuncti) 𝔖: *cf. v. 113.* Illi *libri* qui astant *BDJ*. qui stant *EJFZ* i *post Camerarium Seyffertus Stud. Pl. p. 17.* hi *libri* hi stant *om. F* ambio *J* (*) 3. Hoc uos *B*[2]. Hos uos *B*[1]*DEZ*. .os quos *J*. Vos uos *F* testes *JFZ*. testis *BDE* estis *om. EFZ*
4. qui habitat *EJ* (hic *in marg. add. E*[3]) huius est *ms. Lang., Luchsius de genet. p. 37.* est huius *libri* (*) 5. seruiat *D* 6. Iid *ex* Hic *D* ægo *D* 8. Altrum *Ritschelius Opusc. II p. 673 sq. adn.* Alterum *libri* seruos *F*. seruus *ceteri* surpuit *Camerarius*. surrupuit *BD*. suprupuit *E*. subrupuit *Z*. surripuit *JF* (*)
9. fugiens *J* inalide *BDE*. in aulide *JFZ* (*) 10. huius cette 𝔖 *conl. testim. ad Merc. v. 965.* huiusce (huisce *E*) *libri* optumum est *libri* (*) 11. ultumis accensus cedito 𝔖. ultimus accedito *libri* (*) 13. hystrionem *B* (*) 14. cusa *E* rapturus *E*[1], *corr E*[2]
15. uostra *F*. uestra *ceteri* (ūra *E*) censenrier *J*

Accípite relicuom: álieno uti níl moror.
Fugitíuos ille, ut díxeram ante, huiús patri,
Domo quém profugiens dóminum abstulerat, uéndidit.
Is póstquam hunc emit, dédit eum huic gnató suo
Pecúliarem, quía quasi una aetás erat.
(Hic núnc domi seruit suó patri nec scít pater:
Enim uéro di nos quási pilas hominés habent.)
Ratiónem habetis quómodo unum amíserit.
Postquám belligerant Aétoli illi cum Áleis,
Vt fít in bello, cápitur alter fílius.
Medicús Menarchus émit ibidem in Álide.
Coepít captiuos cónmercari hic Áleos,
Si quém reperire póssit, qui mutét suom
— Illúm captiuom: hunc súom esse nescit quí domist —
Et quóniam heri indaudíuit de summó loco
Summóque genere cáptum unum esse equitem Áleum,
Nihil prétio parsit fílio dum párceret:
Recónciliare ut fácilius possét domum
Emít hosce e praeda ámbos de quaestóribus.
Hisce aútem inter sese húnc confinxerúnt dolum,
Quo pácto seruos súom erum hinc amittát domum:

16. reliquom *BDEJ* reliquum *FZ* nihil *libri* (nichil *E*) 17. Fugitiuus *libri* (*) 18. profugiens B^2*EJFZ*. profugens B^1*D* abstulerit B^1, *corr.* B^2 19. Is *Fleckeisenus*. Hic *libri* post quam *DE* 20. etas *BDF* 22. Enim *Pylades*. Est *libri*. Ast *ms. Lang.* dinos *JF* (*) 24. Post quam *DE* belli gerant B^1, *coni.* B^2 Aetoli illi 𝔖: *cf. praef.* aetoli *BDJ* (aetolicum) *Z*. actolli *E*. etholi *F* alidis *BE et* (is *ex* es) *D cum membr. Turn.* aulidis *JFZ* (*)

. bello
25. in · capitur *D* bello *ex* belli *B* (*) 26. aulide *JFZ* 27. Cepit *BDF* comercari B^1. cōmercari B^2*DEJ* alios *libri* 28. Siquem *BE* repperire *DEJ* possit *Reizius*. posset *libri* qui *Parcus*. cum quo *BDEJZ*. quocum *F* suum *libri* (*) 29. captiuom *BDE* suum *libri* domist *BDE* (*) 30. indaudiuit *Gulielmius Qu. in Capt. p. 354*. inde audiuit *libri, nisi quod* audiunt *J* 31. captum unum 𝔖. captum *libri* esse *om. EZ* equidem *F* alium *Z itemque ex ras. E*. altum *F*. aleum *E ante ras. cum ceteris membranisque Turn.* (*) 32. Nichil *EJ* p̄tio *B*. precio *D* par sit B^1*E*. parsit B^2 *cum ceteris* 33. facilius ut *F* 34. e praeda *Studemundus dubitanter*. de praeda *libri* (depreda *DEJ*) dequestoribus *B*D^2*EF* dequestioribus D^1*J* (*) 35. Hisce *B* (*punctum add.* B^2) se se *D* hunc *om. EJFZ* confixerunt *DJ* dolum *ex* domum *D* 36. seruos 𝔖. his seruus B^1*D*. hic seruus B^2*Z*. hic seruū

Itaque ínter se conmútant uestem et nómina:
Illíc uocatur Phílocrates, hic Týndarus,
Huius ílle, hic illius hódie fert imáginem.
Et hic hódie expediet hánc docte falláciam
Et súom erum faciet líbertatis cónpotem:
Eodémque pacto frátrem seruabít suom,
Reducémque faciet líberum in patriam ád patrem
Inprúdens, itidem ut saépe iam in multís locis
Plus ínsciens quis fécit quam prudéns boni.
(Sed ínscientes suá sibi fallácia
Ita cónpararunt ét confinxerúnt dolum
[Itaque hí conmenti dé sua senténtia],
Vt in séruitute hic ád suom maneát patrem.)
(Ita núnc ignorans suó sibi seruít patri:
Homúnculi quantí sunt, quom recógito!)
Haec rés agetur nóbis, uobis fábula.
Sed étiamst paucis uós quod monitos uóluerim.
Profécto expediet fábulae huic operám dare:
Non pértractate fáctast neque item ut céterae,
Neque spúrcidici insunt uérsus inmemorábiles:

56. *Osbernus p. 538:* spurius componitur spurcificus ·i· immunda faciens et spurcidicus ·i· immunda dicens, unde Plautus in Captiuis ‘neque spurcidici insunt uersus inmemorabiles’

E. is seruos *JF* suum *libri* herum *FZ* (*) 37. interre *E.* inter sese *F* conmutant *E.* commutant (*vel* cõm.) *ceteri* 38. Philocrathes *B* tindarus *BDE* 39. ille *Fleckeisenus.* illic *libri* (*) 40. fallatiam *BDE* (*) 41. Etiam *F* suum *libri* herum *FZ* fatiet *E* compotem *libri* (*) 42. seruabit *JF.* seruauit *BDEZ* 43. fatiet *E* patrẽ *ex* patriã *B* 44. Inprudens *BDE* itidem ut *DF.* itidemque ut *B.* itidem et *EJZ* sepe *libri* 45. quid *Z* *Versus 46—49 dittographiam continere Lorenzius vidit Philol. t. XXX (a. 1870) p. 432 sq., e quibus v. 48 iam Guietus del. versui 46 parallelum: post eundem Fleckeisenus epist. crit. p. XX v. 51 interpolatum monstravit, a quo praecedens divelli nequit* (*) 46. fallatia *BDE* 47. comp. *vel* cõp. *libri* confixerunt *J* 48. conmenti *E.* cõmenti *vel* comm. *ceteri* 50. seruit *ex* seruio *D* 51. quom *F.* cum *ceteri* rem cogito *F* 52. Hec *B* (*) 53. etiam est *libri* 54. hinc *J* 55. cętերę *B.* cetere *EF* pertractare *FZ* facta est *libri* (*) 56. spurcidici *J* uorsus *F.* uersus *ceteri* immemorabiles *libri*

Hic néque periurus lénost nec meretríx mala
Neque míles gloriósus: ne uereámini
Quia béllum Aetolis ésse dixi cum Áleis:
Foris íllic extra scaénam fient proélia.
Nam hoc paéne iniquomst cómico chorágio
Conári desubito ágere nos tragoédiam.
Proin sí quis pugnam exspéctat litis cóntrahat:
Valéntiorem náctus aduorsárium
Si erít, ego faciam ut púgnam inspectet nón bonam,
Adeo út spectare póstea omnis óderit.
Abeó. ualete, iúdices iustíssumi,
Domí duellique duéllatores óptumi.

---

68. *Osbernus p. 64:* bellum componitur hoc duellum . . . unde hic duellator ris ·i· ille qui duellum peregit, unde Plautus in Captiuis 'domi bellique duellatores optimi'

---

57. Hi . c *J* leno est *libri* 58. gloriosus ẽẽ (*vel* esse) neuereamini B^1DEJF. gloriosus: esse ne uereamini *Z:* esse *del.* B^2, *Pylades* (*) 59. actollis *E.* etholis *F* ẽẽ dixi B^2. dixi *JFZ.* dix B^1DE: *cf. ad v. 58* alidis *BDEJ.* aulidis *FZ* (*) 60. fiant *B ut vid.* p̄lia *B.* prelia *EF* 61. pene *libri* in quomst *EZ.* iniquum est *F* coragio *F* 62. desubitontos agere B^2DFZ. desubitontos age *E.* desubito neos agere *J.* desubito nos agere B^2, *Valla* (agere nos *transpos. Bothius*) tragoeidiam *B.* trago eidiam *E* (*) 63. *Hunc versum iuxta praecedentem scripsit* B^2 Pro in *BD* expectat *B et* (p *ex* s) *D.* expetat *EFZ* contraat *DE* 64. aduorsarium *F.* aduersarium *ceteri* 65. fatiam *E* (*) 66. Valete *B* iustissimi *BDEFZ* 68. duellique *Lambinus.* bellique *libri* duellares *J* (*) *Post v. 68 quinque versus vacuos reliquit B, unum D*

ACTVS I

ERGASILVS

Iuuéntus nomen índidit Scortó mihi,
Eo quía inuocatus sóleo esse in conuíuio.
Scio absúrde dictum hoc dérisores dícere,
At ego áio recte: nám certo in conuíuio
Sibi amátor talos quóm iacit scortum ínuocat.
Estne ínuocatum scórtum an non? planíssume.
Verum hércle uero nós parasiti plánius,
Quos númquam quisquam néque uocat neque ínuocat.
(Quasi múres semper édimus alienúm cibum.
Vbi rés prolatae súnt, quom rus hominés eunt,
Simúl prolatae rés sunt nostris déntibus.)
Quasi quóm caletur cócleae in occultó latent,

72 *sq. Porphyrio ad Hor. Od. I 4, 28 p. 8, 28 M. Cf. ad Asin. v. 904* 80 *sq. Macrobius exc. Bob. (Gr. lat. vol. V) p. 648, 14 K.:* caletur Plautus (platus *B*) in Captiuis ‘quasi cum . . . latent’ *Symmachus epist. I 33 (27) p. 18, 26 Seeck.:* Aiunt cocleas cum sitiunt uitio aeris

Act. I Sc. 1 PARASITVS *BEJFZ. unius v. sp. D* 69. IVVENTV^S *B.* uuentus *c. spat. init. D* (i *in marg. D*[2] *ut vid.*). Nuentus *c. spat. init. E* indidit scorto *ex* scorti indidit *D* michi *E* 70. . oc *J* con . uiuio *J* (*) 71. absurde, b *post* su *a. m. 1 del., E* 72. aio *Camerarius.* ·ı· clio *B*[1] (·ı· ut dico *B*[2]). ‘clio (*sic*) *D.* dio *E*[1]. dico *E*[3] *JFZ* certo 𝕾 *praeeunte Vssingio.* scortum *libri* inuiuio *J*[1], *corr. J*[2] (*) 73. tal(o)es *D* cum *JZ* scortum *om. Z* 74. Est ne *BDE* scortum *Bentleius. om. libri: cf. ad. v. 71* planussume *B.* planis sume *E* ? *in fine v. add. B*[2] (*) 75. uero *Pareus ex ms.* uerum *libri* 77 *sqq. Versum 77 (cf. Persae v. 58) ab hoc loco alienum esse vidit Spengelius Philol. t. XXXVII (a. 1877) p. 421, cui adhaeret insequentium versuum dittographia* (*) 77. cybum *B* 78. prolate *EF* (*item v. 79*) quom *F.* qum *BD et, ras. in* quin *corr., E* 80. quom *F.* cum *ceteri* calent *F* cocleae *Z.* coclee *F.* coccleę *B*[2]. coccleo *B*[1]. occleo *DEJ.* cocli . . . *Macrobius* (*)

Suó sibi suco uíuont, ros si nón cadit:
Itém parasiti rébus prolatís latent
In occúlto miseri, uíctitant sucó suo,
Dum rúri rurant hómines quos ligúrriant.
Prolátis rebus párasiti uenátici
Sumus: quándo res rediére, tum molóssici
Odióssicique et múltum incommodéstici.
Et híc quidem hercle nísi qui colaphos pérpeti
Potís parasitus frángique aulas ín caput,
Vel éxtra portam trígeminam ad saccum ílicet.
Quod míhi ne eueniat nón nullum perículumst.
Nam póstquam meus rex ést potitus hóstium —
Ita núnc belligerant Aétoli illi cum Áleis:

(*sic* 𝔖 *pro* sitiunt aeris. sitiunt roris *Seeckius cum Latino Latinio non sentientes ad Verg. ecl. VII 57 respicere scriptorem*) atque illis de caelo nihil liquitur, suco proprio uictitare 84. *Nonius p. 164, 20:* rurant pro rusticantur Plautus Captiuis 'dum rurant homines quos ligurriant' 86. *Osbernus p. 339:* a molio quoque secundum quosdam dicitur hic molossus si ·i· canis magnus et quasi ad demoliendum paratus et inde molossicus a um ·i· mordax uel rapax, unde Plautus 'quando res redierit molosisci sumus' 87. *Osbernus p. 388:* dicimus odiosicus pro hoc nomine odiosus, unde Plautus in Captiuis 'odiosici sunt, inquit, et multum inconmodestici' et inde odiosice pro odiose adu. 92. *Vix huc pertinet Nonius p. 408, 25:* genetiuus pro ablatiuo . . . Plautus Captiuis 'ille alter potitus hostis est': *cf. v. 762 et append. crit. ad v. 21 sq.*

81. succo *FZ* uiuunt *F*. inuunt *J* 83. *Post* miseri *distinxerunt Camerarius Lambinusque, ante* miseri *Gruterus* uiccitant *E* succo suo *FZ*. suo suco *B* 84. ruri *om. Nonius* liguriant *FZ*

85. uenatici *Pylades*. uenatici canes *libri, nisi quod* uenatiq (ci *supra*) (q *ex* o) *D* 86. res rediere (*vel* redierunt) tum 𝔖. res redierunt *BDEJZ*. rure redierunt *F, Angelius* molos sici *E*[1]. *corr.* *E*[3] (*) 87. Odiosici que *B*. odiosici quae *D*. Odio sici quę *E*. Odiosicique *JFZ* incomodestici *BDEJF* (*) 88. ercle *D* colophos *J* 89. Potis *Camerarius*. Potes *BDE*. Potest *JFZ* frangitque *J* aulas *B*[2]. aulos *B*[1] incapud *DE* (*) 90. extra *Bothius*. ire tra *B*[1]. ire (Velire *BDE*) extra *B*[2] *cum ceteris* poram *B*[1], *corr.* *B*[2] trigeminam, g *ante* t *incohata, D* sacculum *EJFZ* ilicet *Bothius*. licet *libri* (*)

91. Quot *B*[1]*DE*. Quod *B*[2] michi *E* neeniat (uo *supra*) (ni *ex* ui) *B*. nec ueniat *D* non nullum *E*. nonnullum *ceteri* periculum est *libri*
92. post quam *E* potius *J* (*) 93. Aetoli illi 𝔖: *cf. ad v. 94, praef.* aetoli *libri* (etholi *F* aetolicum *D*) alidis *BDEJ*. aulidis *FZ* (*)

Nam Aetólia haec est, cáptus est in Álide
Philopólemus huius Hégionis fílius,
Senís qui hic habitat, quae aédes lamentáriae
Mihi súnt, quas quotiensquómque conspició, fleo —,
Nunc híc homo occepit quaéstum hunc fili grátia
Inhonéstum, maxume álienum ingenió suo:
Hominés captiuos cónmercatur, sí queat
Aliquem ínuenire suóm qui mutet fílium.
Quod quídem ego nimis quam cúpio fieri ut ínpetret:
Nam ni íllum recipit, níhil est quo me récipiam.
(Necúllast spes iuuentútis: sese omnís amant.
Ille démum antiquis ést adulescens móribus,
Quoius númquam uoltum tránquillaui grátiis.
Condígne pater est eíus moratus móribus.)
Nunc ád eum pergam. séd aperitur óstium,
Vnde sáturitate saépe ego exiui ébrius.

106. *Osbernus p. 586:* trans praepositio inde . . . secundum quosdam . . . et tranquillo as ·i· pacificare. Plautus in Captiuis 'cuius numquam uultum tranquillauit'

94. etolia *E.* ectolia *D* etholia *F* hec *B* captus est 𝔖. illic est captus *libri: cf. ad v. 93* inalide *BDEJ.* in aulide *FZ* (*) 95. Philopolomeus *B.* Philopole meus *DE* egionis *libri* 96. Seras qui *J* 97. Michi *E* quotiens cũque *BDE.* quotiescunque *FZ* conspitio *BDE* 98. hic homo 𝔖. hic *libri* questum *BDE* filii *libri* (*) 99. In honestum *DJ* maxime *B.* et maxime *ceteri* 100. cap⁊ *post* captiuos *eras. D* commercatur *BJFZ.* comercatur *E.* comertatur *D* siqueat *D* 101. suum *libri* qui mutet *Scioppius Susp. lect. V 11 p. 264 cum edit. Argent. (cf. Acidalius Divin. p. 89).* qui cũmutet *BD.* qui cum mutet *EJ.* quicum mutet *Z.* qui commutet *F* (*) *Versus 102—107, quos libri praebent post v. 125 huc traiecit Acidalius l. s. s.: quos cum interpolatos habeat Langenus Symb. p. 206 sqq. omnes, v. 102 sq. tam necessarii videntur quam 104 sqq. alieni ab hoc loco* (*) 102. fieri ut impetret 𝔖. ut imperet *BDEZ.* ut impetret *JF.* 103. inillum *DE itemque B ante corr.* nichil *E* quo *ex* qđ *D* recipiat *Z* 104. Necullast *Brixius.* Nulla est *libri* se se *E* omnes *JZ* (*) 105. adhulescens *B.* adholescens *FZ* adolescens est *J* 106. Quoius *F.* Cuius *BEZ.* cui ius *D.* cui uis *J* uolutum tranquillauit *J* tranquilla ingratiis *D.* tranquilla ingratīs *E.* tranquillauit gratus *Z* 107. est pater *B.* pater est *ceteri* 108. hostium *BDEJF* 109. saturitate *priore a m. 2 in ras. B* sepe *BDE* exiui *Bothius cum ms.* exii *libri* ebrios *J ante corr.* febrius *Z* (*)

HEGIO. LOLARIVS. ERGASILVS

HEGIO

Aduórte animum sis tu: ístos captiuós duos
Herí quos emi dé praeda a quaestóribus,
Is índito caténas singulárias,
Istás maiores quíbus sunt iuncti démito.
Sinito ámbulare, sí foris si intús uolent:
Sed uti ádseruentur mágna diligéntia.
Libér captiuos áuis ferae consímilis est:
Semél fugiendi sí datast occásio,
Satis ést — numquam postílla possis préndere.

LOLARIVS

Omnés profecto líberi lubéntius
Sumus quám seruimus.

HEGIO

Nón uidere ita tú quidem.

(LOLARIVS

Si nón est quod dem, méne uis dem ipse ín pedes?

HEGIO

Si déderis erit extémplo mihi quod dém tibi.)

Act. I Sc. 2 SENEX · LOLARIVS · PARASITVS *BJ itemque, sed* PARASIT|||||VS (V^S *post* PARASIT *del.*) *E.* Egio senex. Lorarius. Parasitus *F.* Egio senex. Ergasilus. Parasitus. Lorarius *Z. unius v. spat. D* 110. EGIO *praem B.* egt *E* ADVORTE *B.* duorte *cum spat. init. DE* scis *Z* (*) 111. de praeda a quaestoribus *Fleckeisenus.* depreda (depda *B*) dequestoribus *libri* (*) 112. Is *Seyffertus Stud. Plaut. p. 16 sq.* His *libri* (*) 113. iuncti *BD.* uincti *ceteri* demitto *DEZ* 114. fores *J* 115. uti adsentur *J.* uti asseruentur *F* 116. captiuus *libri* ferae *Turnebus Aduers. XXIII 24 Lambinusque.* ferre *DJ.* fere *ceteri* 117. data est *libri* 118. post illa *DE.* postillā *B* (*lineolam fort.* B^2 *add.*). post illam *JFZ* (*) 119. *Lorario dedit Pylades, Hegioni continuant libri* Omnis *BDE* luberitius *J* 120. *Post* seruimus *Hegionis pers. dedit Pylades, lorarii libri* (LOLARIVS *B.* LOR *DE*) non uidere *EJFZ.* Noui dere *B.* nouidere *D* 121 *sq. Versus parallelos inclusit* 𝔖 (*) 121. *Lorarii pers. add. Pylades, cui continuant libri* meneius *E.* menetuis *D* impedes *Z* 122. SENEX *BE.* SEÑ *D*

LOLARIVS

Auis mé ferae consímilem faciam ut praédicas.

HEGIO

Ita ut dícis: nam si fáxis, te in caueám dabo.
Sed sátis uerborumst: cúra quae iussi átque abi.
Ego íbo ad fratrem ad álios captiuós meos:
Visám ne nocte hac quíppiam turbáuerint.
Inde mé continuo récipiam rursúm domum.

ERGASILVS

Aegrést mi hunc facere quaéstum carcerárium
Proptér sui gnati míseriam miserúm senem.
Sed si úllo pacto ille húc conciliarí potest
Vel cárnuficinam hunc fácere possum pérpeti.

HEGIO

Quis hic lóquitur?

ERGASILVS

Ego, qui tuó maerore máceror,
Macésco, consenésco et tabescó miser:
Ossa átque pellis súm miser, l macritúdine.

123. *Seruius Danielis ad Verg. Aen. X 559:* alitibus feris σαρκοφάγοις οἰωνοῖς. Plautus 'aui . . . . praedicas' 132. *Osbernus p. 119:* caro nis inde . . . . et haec carnificina ae ·i· macellum, unde Plautus in Captiuis 'carnificinam hic facere possum perpetim' 134. *Osbernus p. 348:* macesco is ·i· esse macrum, unde Plautus in Captiuis 'macesco . . . . miser' 135. *Nonius p. 136, 1:* macritudine pro macie. Plautus Captiuis 'ossa . . . . macritudine'

123. LOLARI' *B*. LOR̃ *DE* aui *Seruius* ferae *ms. Lang., Seruius.* fere *libri: cf. ad v. 116* fatiam *E* similem *Seruius* praedicas *Seruius, Camerarius.* ꝑdicisti *B*. predicisti *DE*. predixisti *JF*. praedixisti *Z*. 124. SEÑEX *B*. SEN *DE* (*) 125. cura que *EF*. curaq; *D* *Post hunc versum libri habent v. 102—107, quibus* Lot *praescr. B,* LOR *F, nihil DE: parasiti esse Valla vidit, traiecit Acidalius*
126. SENEX Ego *B*. Ego *ceteri* (*) *In sequentibus* SENEX *et* parasitus *praescr. B*, SEÑ *et* PAR̃ *vel* PAR̃S *DE, nisi quod saepius om. pers. D: ubi nihil testor consentiunt libri* 127. Visamne B^1D, *corr.* B^2 quipiam *BD* (*) 128. sursum *J* 129. Aegre (Egre *BDE*) est mihi (michi *J*) *libri* questum *BDEF* 131. ullo *ex* ullu *D*. nullo *F* pacto ille pacto ille *J* 132. carnifici nā *D*. carmificinam *J*. carnificinam *ceteri* 133. hic *om. F* Ego *B* merore *BDEF* 135. pelli sum *Nonius*. pellis ut *Z* miser, l macritudine 𝔖. miseri amacritudine B^1. miser amacritudine B^2DE. misera macritudine *JF*. miser macritudine *Z, Nonius*

Neque úmquam quicquam mé iuuat quod edó domi:
Foris áliquantillulum étiam quod gusto íd beat.

HEGIO

Ergásile salue.

ERGASILVS

Dí te bene ament, Hégio.

HEGIO

Ne flé.

ERGASILVS

Egone illum nón fleam? egon non défleam
Talem ádulescentem?

HEGIO

Sémper sensi fílio
Meo té esse amicum et íllum intellexí tibi.

ERGASILVS

Tum dénique homines nóstra intellegimús bona,
Quom quaé in potestate hábuimus ea amísimus:
Ego póstquam gnatus tuós potitust hóstium
Expértus quanti fúerit nunc desídero.

HEGIO

Aliénus quom eius incómmodum tam aegré feras,
Quid mé patrem par fácerest quoi illest únicus?

ERGASILVS

Aliénus? ego aliénus illi? aha, Hégio

136. unquam *EF* uiuat *J* quod ędo *B*. quo ędo *D* 137. Foribus *Z* aliquantillulum *Spengelius Philol. t. XXXVII p. 422.* aliquantillum *BDEJ.* aliquantulum *FZ* et iam *BD* 138. Ergo sile *B* Di *BD.* dii *JF* egio *BDE*(g *s. v.*) 139. Se. *om. Z* (*corr. Saracenus item v. sq.*) Nefle *BD* Egonne (egone *D*) illum non fleam? egone non *BD.* ego ne illum fleam? ego me non *EJF itemque* Se. *praem. Z* defleam? *BDE* (*) 140. Talem (l B^2 *ex* c *ut vid.*) adulescentem? (c *ex* t *D*) *BD.* Tale adǒlescente? *E.* Talem adolescentem *J* Se. *om. Z* Semper *B* 141. illum, ll *ex* n, *D* 142. *Parasiti pers., quam v. 144 habent libri, huic versui praescripsit Pylades* intelleͥmus E^1, gi *suprascr.* E^2 143. Quomque *F.* Qumque *DE.* Cum quę B^2. Cumq' B^1 144. *Cf. ad v. 142* postq. *D* tuus potitus est *libri* ostium *B.* hˀostium (*sic*) *D* 145. fuerint *B* desidero *ex* desiderio *E* 146. quom *F.* cum *ceteri* egre *BDE* 147. facerest *DE.* facere est *BFZ* quoi *F.* cui *ceteri* ille est *libri, nisi quod* ll *ex* n *ut vid. D,* illi *F* 148. PAR̄ *in v. principio om., ante interiectionem add. DE, ubi 4—5 litt. spat. habet B* Alienus? ego 𝕾. Alienus

Numquam ístuc dixis néque animum induxís tuom:
Tibi ille únicust, mi etiam único magis únicus.

HEGIO

Laudó malum quom amíci tuom ducís malum.
Nunc hábe bonum animum.

ERGASILVS

Éheu!

HEGIO

Huic illúd dolet,
* * * *

ERGASILVS

* * * *
Quia núnc remissus ést edundi exércitus.

HEGIO

Nullúmne interea náctu's, qui possét tibi
Remíssum quem dixti ímperare exércitum?

ERGASILVS

Quid crédis? fugitant ómnes hanc prouínciam.
[Quoi obtigerat postquam captus est Philopolemus tuus.]

HEGIO

Non pól mirandumst fúgitare hanc prouínciam.
Multís et multigéneribus opus ést tibi

ego? *vulgo cum* B^2 illi *Bothius.* ille *libri*   aha Hegio *Richterus de usu partic. exclam. ed. Argentor. a. 1874 p. 7 sqq.* hah egio B^1E. ha hegio B^2D. ah egio *FZ* (*)   149. Nunquam *DF*   induxis *ex* eduxis *D.* induxisti *E.* induxti *J*   150. unicus est *libri*   mihi *BDFZ.* michi *EJ*   151. quom *F.* cum *ceteri*   tuum *libri* (amicituum *D*)   dicis *EJF*   152. animum J^2. amicum J^1 Eheu *B.* heu heu *F.* heu *Z*   Huic *B*   *Lacunam signavit* 𝕾 *ad hoc exemplum explendam:*

Quia régem amisit mílitia. ⸢ Immo illúd dolet,

quali versu absumpto v. 153 *Hegioni continuant libri, versus* 154—157 *parasito dant: sed* P̃ *add.* E^2, P *in 3 litt. ras. scr. D* (*)   153. edundi *F* (*sed* edundi remissus est). edendi *ceteri*   154. Nullum ne *BDE*   nactus *libri, corr. Lambinus* (*)   155. dixti *JZ.* dixit *BDE.* dixi *F* (*)   156. *Hegionis personam praescr. F, parasito continuant (v. s.) ceteri*   hanc omnes *F.* omnes hanc *ceteri*   157. *Vncos posuit* 𝕾 *praeeunte Bosscha*   P *praem Z*   Cui *Camerarius in annot.* Quod *libri*   optigerat *E*   est *om. FZ* (*)   158. Para *praem. F*   mirandum est (*ex* ē *D*) *libri*   159. *Parasito dant BDEZ, Hegioni continuavit Lambinus*   multi generibus *J et ex ras. E.* multis generibus *DE ante ras. F*

Milítibus: primumdum ópus est Pistorénsibus,
[Eorúm sunt aliquot génera Pistorénsium,]
Opus Pániceis, opus ést Placentinís quoque,
Opus Túrdetanis, ópust Ficedulénsibus,
Iam máritumi omnes mílites opus súnt tibi.

ERGASILVS

Vt saépe summa ingénia in occultó latent:
Hic quális imperátor nunc priuátus est.

HEGIO

Habe módo bonum animum. nam íllum confidó domum
In hís diebus mé reconciliássere.
Nam eccum híc captiuom aduléscentem intus Áleum
Prognátum genere súmmo et summis dítiis:
Hoc íllum me mutáre confidó pote.

ERGASILVS

Ita dí deaeque fáxint! Sed num quó foras
Vocátu's hodie ad cénam?

162. *Osbernus p. 433:* hic paneta ae ·i· ille qui panem facit, quod etiam hic paniceus cei dicitur, unde Plautus in Captiuis 'opus paniceis est opus et placentinis' *idem p. 442*: hic placentarius rii ·i· ille qui facit placentas, quod etiam hic placentinus dicitur, unde Plautus in Captiuis 'opus est paniceis opus et placentinis' 163. *Osbernus p. 232:* item a physis haec fisedula ae ·i· paruus piscis quod etiam fiscedulensis dicitur, unde Plautus in Captiuis 'opus est turdetanis opus fiscedulensibus'*: cf. p. 244* 164. *Nonius p. 482, 2:* opus est illam rem pro illa re. Plautus Cistellaria .... et in Captiuis 'iam .... tibi'

160. primo dum *Z.* primum dum *ceteri* pistorem sibus *D* (*) 161. *Versum del.* 𝕾 aliquod *E* pistorum ensium *E* (*) 162. panice is *D* opus est 𝕾. est opus *libri* (ē *B*) planicentinis *E* (*) 163. tardetanis *J.* turdentanis *F* opust *E.* opus est *ceteri* (*) 164. mili . tes *J.* *post* sunt *2 litt. spat. D* (*) 165. *Hegioni dant FZ, parasito continuant ceteri, reddidit Lambinus* 167. *Hegionis pers. om. E, eidem continuat Z (corr. Lambinus cum BD)* modo *om. JF* nallum (*sic*) *D.* nam illum *ceteri* 168. his *s. v. D.* hisce *F* reconcilias sere *D.* reconcilias sere *B.* reconciasse *adscr.* vel re *J.* reconciliasse *F.* reconciliascere *Z* 169. Nam hic eccum adulescentem captiuum *F* captiuum *EZ* adhulescentē *B* (*non D*) intus 𝕾. *om. libri* alium *libri* (per aliensem *adscripsit J*) (*) 170. ditiis *Bothius.* diuitiis (diuiciis *BD*) *libri* 171. pote *Muellerus in Fleckeiseni Annal. vol. 93 (a. 1866) p. 503.* fore *libri* (*ex* fere *J*) 172. dii *J* deque *BDE.* daequae *J.* deeque *F* *Hegionis personam ante* sed *habent libri, del. Spengelius Philol. vol. XXXVII p. 426* nunquo J^1. nunquam J^2 quo *ex* quā *D* 173. Vocatu's hodie 𝕾. Vocatus

HEGIO

Nusquam quód sciam.
Sed quíd tu id quaeris?

ERGASILVS

Quía mist natalís dies:
Proptérea a te uocári ad te ad cenám uolo.

HEGIO

Facéte dictum: séd si pauxilló potes
Conténtus esse.

ERGASILVS

Né perpauxilló modo:
Nam istóc me adsiduo uíctu delectó domi.
(Age sís roga emptum: nísi qui meliorem ádferet
Quae mi átque amicis pláceat condició magis
Quasi fúndum uendam, meís me addicam légibus.

HEGIO

Profúndum uendis tú quidem, haud fundúm mihi.
Sed sí uenturu's, témperi.

ERGASILVS

Em, uel iam ótiumst.)

BDEJZ. uocatus es *F*, *Pylades 'ex cod. ant.'* *Hegioni Spengelius l. s. s. dedit, quae libri parasito* (*pers. om. Z*) Nusquam *B* (*) 174. quid tu *BD.* quid diu *EJ.* quiddum *FZ* hoc *F.* id *ceteri* queris *BDF* *Senis pers. libri habent* (*om. Z*): *corr. Spengelius* Quia *BD* mihi (michi *E*) est *libri* (*) 175. a te uocari ad te ad cenam 𝕾. te uocari ad te ad nam *B.* te uocari ad te (adte *D*) nam *DE.* te uocari ad cenam *JFZ* (*) 176. *Totum versum Hegioni dedit Spengelius, parasito dant BDE, nisi quod* || *ante* sed *s. v. scr. D², ubi Hegionis pers. add. FZ* Face te *E* pauxillo *Lambinus ex 'vet. libris' Acidaliusque Div. p. 90.* pauxillum *libri* (*) 177. Contemptus *BDE* Ne *post 6 litt. sp. B.* SEÑ ne *DE.* Par. nae *FZ* perpauxillo (o *ex* ũ) *D.* perpauxillum *ceteri* (*) 178. meas si duo *BDE* uictū *D* *V.* 179—183, *qui post* domi *v. 190, non v. 178, locum habeant, ut v. 191 dittographiam seclusit* 𝕾. *Quos Hegioni dant FZ exceptis verbis* Profundum uendis *v. 182: pers. om. BDEJ* (*) 179. Aie *BDE* emptũ *E.* eptum *J.* emtum *BD* quis *Z* 180. Que *BDF* mihi (michi *EJ*) *libri* condicio *D.* conditio *ceteri* 181. Quasi ꝑ fundum *D* 182. Pro fundum *J.* Proh fundum *FZ* haut *E* michi *E* 183. Set *E* uenturus *libri: corr. Bentleius ad*

HEGIO
I módo uenare léporem: nunc ictím tenes:
Nam méus scruposam uíctus conmetát uiam.

ERGASILVS
Numquam ístoc uinces me, Hégio: ne póstules:
Cum cálceatis déntibus ueniám tamen.

HEGIO
Aspér meus uictus sánest.

ERGASILVS
Sentisne éssitas?

HEGIO
Terréstris cenast.

ERGASILVS
Sús terrestris béstiast.

HEGIO
Multís holeribus.

ERGASILVS
Cúrato aegrotós domi.
Numquíd uis?

HEGIO
Venias témperi.

185. *Osbernus p. 537:* scrupulosus a um ·i· asper et anxius quod etiam scruposus dicitur, unde Plautus in Captiuis 'non meus scruposam uictus conmeat uiam'

Ter. Heaut. I 2, 13 temperi *J.* tempori *ceteri: cf. v. 191* *Pers. sp. D* Em uel *B.* em uel *D.* emut *E.* emulis *F.* aemulis *Z* otium est *E.* ocium est *BDFZ* (*) 184. *Pers. om. BDEF: add. Z* ictim *Erasmus cum Laelio Bisciola.* irim *BDEF.* itym *Z* cenes *F* (*) 185. Nam *Pylades.* Non *libri* scruposam, cr *ex* a, *D* commeat *EZ.* commetat *ceteri* (*) 186. istoc, o *ex* u, *D.* istec *F* heio *BE.* egio *J* 188. HE. *om. D* est sane *F.* sane est *ceteri* ER. *Saracenus. pers. sp BD. om. EFZ* Sentisne? *BD* essitas *BE D ante corr. ut vid.* essit os (o *e corr.*) *D.* hesitas *F.* haesitas *Z* 189. HE. *Saracenus. om. libri* cena est *libri* *Pers. sp. D* Susterrestris *B* bestia est *libri* 190. HE *om. BDE: corr. FZ* oleribus *EJFZ* *pers. sp. BDE* Curato *BD* egrotos *EF* dom i *D* 191. Num quid *BDE.* Nunquid *F* Venias *BD* temperi *BD.* tempori *EJFZ* Memorem *B.* me-

ERGASILVS

Memorém mones.

HEGIO

Ibo íntro atque intus súbducam ratiúnculam,
Quantíllum argenti mi ápud tarpezitám siet.
Ad frátrem quo ire díxeram mox íuero.

---

mores *J* 192. HE. *om. D* rctiunculam, c *ex* ā, *D* 193. Quantulum *Z* mihi (michi *J*) *libri* trapeizitam *B.* trapaxetam *J.* trapezitam *ceteri* (*) 194. quo ire *partim e corr. partim in ras. B* dixeram, a *ex* o, *B* iuero *Pylades.* iero *libri* (*)

ACTVS II

LOLARII. CAPTIVI (PHILOCRATES. TYNDARVS)

LOLARIVS

Si di ímmortales íd uoluere nós hanc aerumnam éxsequi,
Decet íd pati ambo animo aéquo: si id faciétis leuior lábos erit.
Domi fuístis credo líberi:
Nunc séruitus si euénit, ei uos mórigerari mós bonust:
Eam queít erili império, ingeniis uóstris lenem réddere.
Indígna digna habénda sunt erus quaé facit.

CAPTIVI

Oh óh oh.

LOLARIVS

Eiulátione haud ópus est: multabó bolis 201[a]
Oculós si multum ráditis. 201[b]
In ré mala animo sí bono utare, ádiuuat.

Act. II Sc. 1 LOLARII (*sequitur nomen eras.: cf. E*) PHILOCRATES CAPTIVI TYDARVS (N *suprascr.*) *B.* LOLARII PHILOCRATES (*in fine v. 194*) PHILOCRATES TYNDARVS. *E.* LORARII. PHILOCRATES. TINDARVS *J. unius v. sp., iuxta quem* LOR *eras., D.* Lorarius. Philocrates. Tyndarus. Captiui duo *F* 195. Si *B.* i *cum sp. init. DE* (S *in marg. D*). Dii *J. om. FZ* di *DZ.* dii *BEJF* immortales *libri* (s B^2 *ut vid. in spat.*) iḍ uoluere *F.* iduo luer̃ B^1 *ante* id *cras. 1 litt.* (ol *coni.* B^2, du *disi. rubr.*). id uoluerunt *ceteri* hanc uos *F.* uos an *E* aerū nam *BD* (*coni.* B^2). erum nam *E.* erumpnam *J* ex seq *B.* exeq' *E* 196. patri *E* ambo 𝔖. *om. libri* aequo animo *JF* equo *E* fatietis *E* liuor (i *suprascr.*) *E* (*) 197. *Post* fuistis *2 litt. sp. ut vid. D* 198. Seruitus nunc *F* seruitutis *E.* seruitis *Z* sic *J* sie uenit & *D* (*) 199. Eam queit 𝔖. Eam que et *B.* Eamque et *ceteri* herili *DFZ* uostris *EFZ itemque B, sed* u B^2 *e corr.* nostris *J.* ur̃is *ex* nr̃is *D* leuem *Z* (*) 200. que herus *F* 201—214. CAPT̃ *vel* CA *vel* C et LOR̃ *vel* L *praem. libri: inde a v.* 203 TYN. *pro* CA *Pareus scripsit* (PH. *Dousa*) 201. oho hoh *libri in fine v. 200* haut *E* multabo bolis Oculos si multum raditis 𝔖. multa oculis multa miraclitis *libri, nisi quod* mira clitis *vel* ditis *D,* mira litis *J ex ras.,* mira dicis *Z,* mira cuditis *F* (*) 202. utare, e *ex corr., D* (*)

TYNDARVS

At nós pudet quia cúm catenis súmus.

LOLARIVS

At pigeat póstea
Nóstrum erum sí suos éximat uínculis
Aút solutós sinat quós argento émerit.

TYNDARVS

Quid a nóbis metuit? scímus nos
Nóstrum officiúm quod est, sí solutós sinat.

LOLARIVS

Át fugam fíngitis,
Séntio quam rém agitis.

TYNDARVS

Nos fúgiamus? quo fúgiamus?

LOLARIVS

In pátriam.

TYNDARVS

Apage haud nos déceat
Fugitíuos imitari.

LOLARIVS

Ímmo edepol, si occásio erit, id haud dehórtor.

TYNDARVS

Vnum exoráre nos sínite uos.

LOLARIVS

Quídnam id est?

TYNDARVS

Vt sine hisce árbitris
Aéquiter nóbis detís loquendí locum.

203. *Post* pudet *6 litt. ras. J* catenatis *B* Ad pigeat *BE.* ad pigeat *D* 204. suos *Spengelius.* uos *libri* (*) 205. At *J* solutor *EJ* sinat quos *F.* sinatq᾽ quos *ceteri* (sinat q᾽ *E.* sin atq᾽ *D*) 206. ano bis *B* Scimus *E* officium, c *ex* t, *E* (*) 207. fugam, f *ex corr., D.* fugiam *F* fingitis, i *ex* u, *D.* fugitis *EJF* scio *JF* (*) 208. Apage *B. om F* hud *E* nos deceat *Z.* nos decet *JF.* nos di deceat *E.* nos dideceat *D.* nos id deceat *B: cf. ad v. 209* (*) 209. si occasio erit id haud *Muellerus Pros. p. 71.* si erit occasio haud *libri* (*verba* occasio haud dehortor *add.* B^2 *ut vid.*) (*) 210. uos sinite nos *Mahlerus de pron. pers. ap. Pl. colloc. ed. Gryphisw. a. 1876 p. 30.* nos sinite uos *libri* quid nã *BD* (*verba* quid nã id est CAP ut sine hisce *in ras. B, quae cum* arbitris *voce versui 210 adplicantur* 211. *Cf. ad v. 210* sinebis *D.* sine hisce *ceteri* 212. Aequiter nobis 𝔖. At-

LOLARIVS

Fíat abscédite hinc: nós concedámus huc.
Séd breuem orátionem íncipisse. 214

TYNDARVS

Em istúc mihi certum erat: cóncede huc.

LOLARIVS

Abíte ab istis.

PHILOCRATES

Obnóxi ambo
Vóbis sumus própter hanc rém quom quae uólumus nos
Cópiast: cónsili fácitis nos cónpotes. —
Sécede huc núnciam sí uidetúr procul,
Ne árbitri dícta nostra árbitrarí queant
Neú permanét palam haec nóstra fallácia. 220
Nám doli nón doli súnt, nisi astú colas:
[Séd malum máxumum, si íd palam próuenit.]
Nam sí erus tu mi es átque ego me tuom ésse seruom adsímulo,
Tamen uíso opust cautóst opus ut hoc sóbrie sineque árbitris
Adcúrate agátur docte ét diligénter. 226

—

que uobis (u *ex* n *B*) nobis *libri* loquendi locum *Pylades: et sic D ante corr.* loqcum (q *del. m. 1*) loquendi *E.* locum loquendi *BJZ itemque ex corr. D.* modum loquendi *F* (*) 213. hinc uos: concedamus *F* uos *J* 214. *Priori adhaeret versiculus* set *E* incipisse *D ante corr. J.* incipesse *BD ex corr. EZ.* incepisse *F* (*) 215. TY. *Pareus.* PHI *B.* phił *EFZ. om. D* Em *BDE.* hem *JFZ* mihi *om. EZ* LO.] *pers. spat D* abite abistis *ex* abistis abite *E.* abite ab illis *D* PHIL. *Saracenus.* TYN. *BFZ.* TIN *E. spat. D: cf. ad v. 217* obnoxi ambo 𝕾. obnoxi iã bo *D.* obnixii ambo *J.* obnoxii ambo *BEJZ* (*) 216. cum quae *Z.* cūq' *BE.* cumq. *D.* cumque *J.* cunque *F* (*) 217. PHI *praem. B,* phił *E: cf. ad v. 215* Copia est *libri* consili 𝕾. ea *libri* compotes *libri* (*)

218. nunc iam *libri* 220. Neue *libri* (Ne ue *B*)*: corr. Guietus, Hermannus El. d. m. p. 211* palem *D ante corr.* fallatia *BDE* (*) 221. nisi *F, Camerarius.* ni *BDEJZ* (*) 222. *Vncos posuit* 𝕾 maxumum, *priore* u *s. v., B.* maximum *E* 223. tu mihi's *Hermannus.* mihi (michi *E*) es tu *libri* (estu *D*) tuum *et* seruum *libri* asimulo *J.* assimulabo *F.* assimulo *ceteri* (*) 224. opus est *F* cauto est opus *BJZ et D ex corr.* causto est opus *E et D ante corr.* cauto opus est *F* si neque *E* 226. Accurate *Guietus, Hermannus.* Accurate hoc *libri* (e *ras. ex* ę *B*) agaт̃ *D, 1 litt. post* т̃ *er.*

Tanta íncepta rés est: haud sómniculóse hoc
Agúndumst.

TYNDARVS

Ero út me uolés esse.

PHILOCRATES

Spéro.

TYNDARVS

Nam tú nunc uidés pro tuó caro cápite
Carum ófferre meúm me capút uilitáti.

PHILOCRATES

Scio.

TYNDARVS

Át memento scíre, quando id quód uoles habébis.
Nam fére morem hunc hominés habent:
Quod síbi uolunt, dum id ínpetrant,
Boní sunt: sed id ubí iam sese pénes habent:
Éx bonis péssumi et fraúdulentíssumi
Fíunt. nunc út mihi té uolo esse, aútumo.

PHILOCRATES

Quód tibi suádeo, suádeam meó patri.
Pól ego si te aúdeam meúm patrem nóminem:
Nám secundúm patrem, tú's pater próxumus.

TYNDARVS

Aúdio.

---

227. incoeptares *B* somniculose, c *m. 2 ex corr. et* e *ras. ex* ę, *B* (*) 228. Agendum est *libri* TY] *spat. D* Ero *B* PH] *spat. D* 229. TY. *Lambinus. om. libri* 230. me meum *Hermannus, Bentleius: inv. Bothius.* meum *libri* capud *DE* *ante* uilitati *6—7 litt. ras. in B* uitilitati *J* 231. TYN. Scio. PHI *libri, nisi quod* Scio *cum spat. D: pers. inv. Lambinus* At *B* scire memento *libri: inv. Fleckeisenus* *ante* id *apex m. 1 del. in B* habebis, e *ex* i, *B* (*) 232. fere 𝔖. fere maxima pars *libri* mortem, *del.* t, *D* (*) 233. *Verba* quod sibi uolunt *priori*, Dum id impetrant *sequenti versui adplicantur* id *om. F* 234. sese penes 𝔖. penes sese *libri, sed* penes|||| *cum 2 litt. ras. et* s *e corr. B* (*) 235. pessimi (pissimi *D*) et fraudulentissimi *BDE* 236. Fiunt *Hermannus.* Sunt *libri* (t *e corr. B*) michi *E* autumo B^2 *in ras.* autumno *J* (*) 237. PHIL. *om. libri, add.* 𝔖 suadeo *Camerarius.* suadeam *libri* sua deam, *ante* d *1 litt. er., B* (*) 238. site *BD* meum, u *ex corr., B* (*) 239. tues *libri* proxumus B^2F. proximus B^1DEZ (u *ex corr. D*) 240. PHI *om. D* sepius *libri* ted *Fleckeisenus.* te *libri* (*)

PHILOCRATES

Et proptérea saepiús ted ut memíneris moneo:
Nón ego erus tibí, sed seruos súm. nunc obsecró te hoc unum:
Quóniam nobis di ímmortales ánimum ostenderúnt suom,
Ýt qui erum me tíbi fuisse atque ésse conseruóm uelint,
Quom ántehac pro iure ímperitabam meó, nunc te oro pér precem:
Pér fortunam incértam, per mei te érga bonitatém patris,
Pér conseruitiúm commune quód hostica euenít manu,
Né me secus honóre honestes quám quom seruibás mihi,
Átque ut qui fuerís et qui nunc sís meminisse ut mémineris.

TYNDARVS

Scío equidem me te ésse nunc et te ésse me.

PHILOCRATES

Em istuc sí potes
Mémoriter meminísse in hac spes nóbis est astútia.

HEGIO. PHILOCRATES. TYNDARVS

HEGIO

Iam égo reuortar íntro, si ex his quaé uolo exquisíuero.
Ýbi sunt isti quós ante aedis iússi huc producí foras?

---

241. sed tibi *F*. tibi *om.* sed *D* seruũ *D* sum *E ex corr.* (*) 242. diim mortales *ex* dum mortales *B* (imm. *vel* ĩm. *etiam ceteri* dii *J*) dii immortales nobis *F* ostenderunt, os *ex corr.*, *D* suum *libri* 243. erũ, *2 litt.* (nt?) *post* ũ *eras.*, *B* conseruom *Bothius.* nunc conseruum (conseruon *F*) *libri* (*) 244. Quom *Fleckeisenus.* Quod *libri* ante hac *BDE* im perita bam *B* (peritabam B^2) meo] modo *Z* perp̄cem *E* (*) 245. per 𝕾. et per *libri* mei (e *ex* ę *ras.*) tę *B* erga te *F* 246. Per *Lindemannus.* Perque *libri* c̃mune *E* (*) 247. Neme *ras. ex* Nęmę *B* honore, e *ras. ex* ę, *B* quam ego te quum *Z* seruiebas *libri, corr. Pylades* 248. Atque qui *Z* *et ante* nunc *2—3 litt.* (*fort.* sis) *eras. et post* nunc *3 litt. ras. in B* (*) 249. TY *om. D* Scio equidem *Luchsius Herm. t. VI (a. 1870) p. 277.* Scio quidem *libri, sed* o *e corr. B* hunc *F* PHI] *spat. D* Hem *JFZ* emistuc *BE* potest *B* 250. menisse *J* inest spes nobis in hac *libri: corr* 𝕾. (*)

Act. II Sc. 2 SENEX HEGIO PHILOCR̃ EIDEM TYNDARVS *BE*. EGIO SENEX PHILOCRATES . ET IDEM TINDARVS *J*. aegio Philocrates et idem Tyndarus *F*. *unius v. spat. D.* 251. HE *praem. BE* Nam *F* ego reuertar intro B^2 *in spat.* (reuertar *cum cet.*) que *BD* ex quisiuero *B*. exquisi uero *J* (*) 252. edis *BDE* Foras *proximo versui adplicant libri* (*post* PHI *BE*)

PHILOCRATES

Édepol tibi ne in quaéstione essémus cautum intéllego:
Ita uinclis custódiisque círcummoenití sumus.

HEGIO

Quí cauet ne décipiatur, uíx cauet quom etiám cauet:
Étiam quom cauísse ratus est, saépe is cautor cáptus est.
Án uero non iústa causast, út uos seruem sédulo,
Quós tam grandi sím mercatus praésenti pecúnia?

PHILOCRATES

Néque pol tibi nos, quía nos seruas, aéquomst uitio uórtere
Néque te nobis sí abeamus hínc, si fuat occásio.

HEGIO

Vt uos hic itidem íllic apud uos méus seruatur fílius.

PHILOCRATES

Cáptus est?

HEGIO

Ita.

PHILOCRATES

Nón igitur nos sóli ignaui fúimus.

HEGIO

Sécede huc tu: nám sunt, quae ex te sólo scitarí uolo,
Quárum rerum té falsilocum míhi esse nolo.

---

253. PH *om. D, ut semper inde ab hac scaena in principiis uersuum, cum in mediis spatia reliquerit* ne · questione (in *supra*) *B.* ne questione *DJF.* ne questionẽ *E.* ne quaestioni *Z* HE cautum *B in ras.* (HE *in 5 litt. ras. ut vid.*). chautũ (ũ *ex* o *ut vid.*) *D.* chautum *E* (*) 254. PHI *praem. B*[2] uinculis *B* custodiis que *B.* custodi isque *E* circum moeniti *BDJ.* circum moenitis *E.* circummoniti *Z.* circummuniti *F* 255. me *J* quom *F.* cum *BDE* 256. etiam *cum spat. init. BD* cum *libri* sepe *libri* (*) 257. causa est *libri* seruet *DE et B ante corr.* 258. grandis *DE et B ante ras.* immercatus *D.* inmercatus *E* presenti *BD.* p̄sentia *E.* presentia *JF* 259. aequom est uitio *Camerarius.* equõ stulcio (·/· ł stulte *B*[2]) *B.* equõ stul cio *D.* equõ stultio *EJ.* equum stulticie *F.* aequom stultitiae *Z* uertere *EJ* 260. phi *praem. del. rubr. E* habeamus *E* (*) 261. uos, u *ex* n *rubr., E* *ante* illic *2—3 litt. ras. et* ill *ex corr. B* aput *BJ* me *D* (*) 262. PHI (I *ex* E *ras.*) *B* Ita *B* ignari *B*[1]*DEF.* igitari *J* (ł ingnaui *B*[2] *in marg. cum Z*) sumus *Z* (*) 263. HE *om. E* huc tu 𝔖. huc *libri* (hǐc *F*) nam *ex* nos *E* solio *J* stitari *DE* (*) 264. rerum te *ex* te rerum *E* falsilocum *B*[1]*JD.* falsu (u *ex* ũ *ras.*) locum *E.* falsiloqum *B*[2]. falsiloquum *FZ*

PHILOCRATES

Nón ero,
Quód sciam: si quíd nescibo, id néscium tradám tibi.

TYNDARVS

Núnc senex eist ín tostrina, núnc iam cultros ádtinet.
Ne íd quidem, inuolúcrum inicere, uóluit, uestem ut ne ínquinet.
Séd utrum strictimne ádtonsurum dícam esse an per péctinem,
Néscio: uerúm si frugist, úsque admutilabít probe.

HEGIO

Quíd tú? seruosne ésse an liber máuelis memorá mihi.

PHILOCRATES

Próxumum quod sít bono, quodque á malo longíssume,
Íd uolo: quamquám non multum fúit molesta séruitus
Néc mihi secus erát quam si essem fámiliaris fílius.

TYNDARVS

Eúgepae! Thalém talento nón emam Milésium:
Nam ád sapientiam húius nimiam nímius nugatór fuit.
Ýt facete orátionem ad séruitutem cóntulit!

---

269. *Osbernus p. 341:* mutilo as et admutilo as omnes in uno sensu pro detruncare dicuntur, unde Plautus in Captiuis 'si frugi est usque admutilabit probe'

---

265. si qđ *E.* si quod *Z.* id quod *JF* nescibo *Acidalius Divin. p. 94.* nesciui *libri* (*) 266. TY. *Saracenus. om. BD.* he *E.* EG *JFZ* eist 𝕾. est *libri* intostrina *B,* in *ex corr.* bitostrina *D* (ri *ex* oi) *et* (to *s. v.*) *E et fort. B ante corr.* in tonstrina *JFZ* (*) 267. involucrum *Turnebus Adv. XXVIII 38.* inuolucre *BDEJZ.* inuoluere *F* ne *s. v. B* ne $\overset{\text{in}}{\text{quinet}}$, ne *ex* nẽ, *D* (*) 268. uerum *F* strictim ne B^1*DEF* (*coni.* B^2) adtonsurũ, ũ *ex* ã, *D.* attonsurum *F.* at tonsutum *Z* esse *om. F* p *ex corr. D* $\overset{\text{c}}{\text{p}}$etinem *B.* petinem *D* (p *ex corr.*) *et E* 269. PH *praem. libri, del. Saracenus* frugi est *FZ* admutalabit *D.* admutila labit *B.* ad mutilalabit *E* prope B^1 (*corr.* B^2) 270. seruus ne *BDE* ma ue lis *E* 271. PH *add.* B^2. *om.* B^1*EJ: cf. ad v. 272* Pro$\overset{\text{x}}{\text{u}}$mum *B* (x B^2). Proximum *EF* bonũ *E.* bonum *JFZ* quod que *D* longissime *BDE* (*) 272. PH. *praem. EJ. in B pers. nota rubra er.* quã quã *BD* molestia *E* 273. esse *J* 274. TY B^2 *in ras.* he *E.* EG *JFZ* Eugepae Thalem *Gulielmius Qu. in Capt. p. 356.* Euge petalem *BD.* Euge potalẽ *E.* Euge potalem (*suprascr.* vel ob) *J.* Euge ob talem *F.* Euge pol thalem *Z* tanlento *BD* milesium? *BD* (*) 275. hui$\overset{\text{u}}{\text{s}}$ *E* nimiam nimius 𝕾. nimius *libri* (*) 276. facere *JZ.* uocete *D* ad seruitutẽm (*sic*) *B.* adseruiturem *E*

HEGIO

Quó de genere gnátust illic Phílocrates?

PHILOCRATES

Polyplúsio:
Quód genus illic únumst pollens átque honoratíssumum.

HEGIO

Quíd ipsus hic? quo honórest illic?

PHILOCRATES

Súmmo atque ab summís uiris.

HEGIO

Tum ígitur, tanta ei in Áleis quom grátiast ut praédicas,
Quíd diuitiae? súntne opimae?

PHILOCRATES

Vnde éxcoquat sebúm senex.

HEGIO

Quíd pater? uiuítne?

PHILOCRATES

Viuom quom índe abimus líquimus:
Núnc uiuatne nécne, id Orcum scíre oportet scílicet.

TYNDARVS

Sálua res est: phílosophatur quóque iam, non mendáx modost.

HEGIO

Quód erat ei nomén?

---

277. HE *add.* B^2. *om.* B^1 *cum EJFZ: cf. ad v. 274* de, d *e corr. et cum ras.*, *B* natust *BDEZ.* natus est *JF* philo crathes *BD* poliplusio *DE.* Polyphrusio *J.* polifrusio *F* (*) 278. unum est *Pylades.* est unum *libri* (*inv. in B man. Cam.*) honoratis sumum *E* (*) 279. Quod *EJ* honore *ex* honere *D* est *libri* Summo *B* atque atq. (*alt.* t *ex* l *vel* b) *D* absumis *E* 280. tanta ei in Aleis quom 𝕾 *praeeunte Spengelio.* ei cum inaleis (in aliis *JFZ*) tanta *libri* est tanta gratia *F.* tanta gratia est *ceteri* predicas *BF* (*) 281. diuiciae *B* sunt ne *BDEJZ.* insunt ne *F* opimae *Camerarius in annot.* optume *BDEF.* optumae *JZ* Vnde *BD* exquoquat *B* seunm *libri, corr. Lambinus* (*) 282. uiuit ne *BDE* uiuum (Viuum *BD*) cum *libri* abiimus *libri, corr. Bothius cum Italis* linquimus, n *er.*, *B* 283. uiuatne necne *Bothius cum aliis.* uiuat nec ne *libri* idortum *J.* (*) 284. TY B^2 *in ras.* he *E.* EG *JFZ* modo est *libri* (*ex* est modo *E*)

PHILOCRATES

Thensaurochérsinicochrýsides.

HEGIO

Vídelicet proptér diuitias índitum id nomén quasist?

PHILOCRATES

Ímmo edepol proptér auaritiam ipsíus atque audáciam.
[Nam ílle quidem Theodóromedes fúit germano nómine.]

HEGIO

Quíd tu ais? tenáxne pater est eíus?

PHILOCRATES

Immo edepol pértinax.
Quín etiam ut magis nóscas: genio súo ubi quando sácruficat,
Ád rem diuinám quibus opus est Sámiis uasis útitur —
Ne ípse Genius súbrupiat. proinde áliis ut credát uide.

HEGIO

* * * * * * * * * *
Séquere hac me igitur. — eádem ego ex hoc quaé uolo exquaesíuero. —
Phílocrates, hic fécit hominem frúgi ut facere opórtuit.
Nám ego ex hoc quo génere gnatus sís scio, hic fassúst mihi.

---

285. HE B^2. *om. EJFZ: cf. ad v. 284* nomen *ex* nomem *B* Thensaurochersinicochrysides 𝔖. Thensauro (Tensauro *E*. Thesauro *FZ*) chrysonico (chrusonico *E*. chrisonico *DF*) chrisides (chri|:|sides *B*. crisides *EJ*. chrysides *Z*) *libri* (*) 286. HE *add.* B^2. *om.* B^1*EJ* Vi delicet *B* nomem *B* quasi est *libri* (*) 287. PHI *add.* B^2. *om.* B^1*EJ* auariciam *B in ras. et DF* atque *om. J* audatiam *BE* (*) 288. *Versum spurium esse intellexit Bothius* ille *Camerarius.* illi *EJFZ*. illic *BD* theodoro medes *BDE* (*tert.* o E^3 *e corr.*) *J* (*) 289. tenax ne *BDE* eius est *JF* Immo *B* 290. quandoq; *F* (*) 291. opus est *JF*. est opus *ceteri* utimur *E* 292. surripiat *libri* pro inde *BE* alius *DJ et B ante corr.* et *J*. ut *om. EZ* (*) *Lacunam significavit 𝔖 ad hoc exemplum:*

Sátis ex te iam audíui: resta. Phílocrates, nunc té uolo.

293. HE *om. E* me hac *F* exquesiuero *BD e corr. E*. exquisiuero *JFZ et D ante corr.* 294. Philo crates *B* 295. nam, n *ex* a, *E* ex, x *ex* o, *om.* hoc *D* natus *FZ* sis . . scio *J*. sis sci *E*. scio sis *Z* fassus est *libri* (est *itemque* mi(hi) *in ras. B*) michi *E*

Haéc tu eadem si cónfiteri uís tua ex re féceris,
Quaé tamen aio scíre me ex hoc.

TYNDARVS

Fécit officium híc suom,
Quóm tibist conféssus uerum: quámquam uolui sédulo
Meám nobilitatem ócultare et génus et diuitiás meas,
Hégio: nunc quándo patriam et líbertatem pérdidi,
Nón ego istunc me pótius quam te métuere aequom cénseo.
Vís hostilis cum ístoc fecit méas opes aequábiles.
Mémini quom dicto haúd audebat, fácto nunc laedát licet.
Séd uiden? fortúna humana fíngit artatque út lubet:
Mé qui liber fúeram, seruom fécit, e summo ínfumum.
Qui ímperare insuéram nunc altríus imperio óbsequor.
Ét quidem si proínde ut ipse fui ímperator fámiliae
Hábeam dominum, nón uerear ne iniúste aut grauiter mi ímperet.
Hégio, hoc te mónitum nisi forte ípse non uis uóluerim.

HEGIO

Lóquere audacter.

TYNDARVS

Tám ego fui ante líber quam gnatús tuos:
Tám mihi quam illi líbertatem hostílis eripuít manus:
Tám ille apud nos séruit quam ego núnc hic apud te séruio.
Ést profecto déus qui quae nos gérimus auditque ét uidet:

296. tua ex *Valla* (e *Camerarius*). tua *libri* refeceris B^1DE (*disi.* B^2) 297. tamem *B* aio 𝔖. scio *BDEJ*. scito *FZ* offitium *E* suum *libri* (*) 298. Cum tibi est *libri* uerum *om. Z* quamquam *Camerarius*. quam *BDEJ*. quem *FZ* se dulo *E* 299. occul tare *E* diuicias *B* (*) 300. E . gio; (egio *F*) Nunc patriam (*om.* quando) *JF* 301. istuc *E* equum *BDE* (*) 302. histilis *D* equabiles *BDEF* 303. audebat, t *e corr.*, *B* ledat *BDE* 304. furtuna *J* iubet *E* (*) 305. lib⁊ fueram, m *ex* t, *E* seruon *F*. seruum *Z* infimum *libri* 306. insueueram *F* altrius *Ritschelius Opusc. I p. 436* (*cf. II p. 672 sq.*). alterius *libri* (*) 307. Equidem *FZ* pro inde *B* 308. uerebar, *sed* b *del. m. 1, E* iniust aut *E* 309. Hegio, H *ex* C, *D*. Heio *B*. Heͥo *E* uoluerim *Brixius*. uolueram *libri* 310. tuus *libri* 311. illi *s. v. D* 312. apud *bis ex* aput *B*. aput *semel EJ* hic *om. F* seruio, o *ex* t, *D* 313. quiq̃ *ex* quiq⁊ *B*. quiq. *D*. qͥq⁊ *E*. quique *J* audit que *D et B ante corr.* (*) 314. pro inde *BD*

Ís uti tu me hic hábueris proinde íllum illic curáuerit.
Béne merenti béne profuerit, mále merenti pár erit.
Quám tu filiúm tuom tam patér me meus desíderat.

HEGIO

Mémini ego istuc: séd faterin éadem quae hic fassúst mihi?

TYNDARVS

Égo patri meo ésse fateor súmmas diuitiás domi
Méque summo génere gnatum: séd te optestor, Hégio,
Né tuom animum auáriorem fáxint diuitiaé meae:
Né patri tametsi únicus sum décore uideatúr magis
Mé saturum seruíre apud te súmptu et uestitú tuo
Pótius quam illi ubi mínume honestumst méndicantem uíuere.

HEGIO

[Égo uirtute deum ét maiorum nóstrum diues súm satis.]
Nón ego omninó lucrum omne esse útile homini exístumo:
(Scío ego multos iám lucrum lutuléntos homines réddidit.)
Ést etiam ubi profécto damnum praéstet facere quám lucrum.
Ódi ego aurum: múlta multis saépe suasit pérperam.
Núnc hoc animum aduórte, ut ea quae séntio paritér scias.
Fílius meus íllic apud uos séruit captus Álide:
Eúm si reddis míhi, praeterea núllum nummum né duis,
Ét te et hunc amíttam hinc — alio pácto abire nón potes.

---

315. parerit *BD.* parer *J* 316. tuum *libri* 317. ego, e *ex* ist, *B* istoc *libri, corr. Brixius* (*alii* istaec) faterin, n *ex* m, *D.* frater in *E* fassus est *libri* *V. 318—324 initia in rasura scripsit E*[1]
318. patri, i *ex* e, *D* diuicias *B* 319. meque *B.* Me|||que, i *ut vid. er., E* optestor, s *ex* c, *B.* optector *D.* obtector *E.* obstentor *J* 320. animum tuum *J.* tuum animum *ceteri* meę *D* 321. tam etsi *E.* tamet si *D.* tam et si *J* decore 𝕾. decere *libri* (*) 322. aput *J* 323. illi *ex* ulli *ras. B.* illi uel lic *J.* illic *FZ* honestust *E.* honestu est *BD.* honestum est *FZ* 324. *Versum ex Aulul. 166 interpolatum esse monstrauit Ritschelius Opusc. II p. 283* Eg. *ante v. 325 Z* (*corr. Pylades*) uirtutem *J* ||||||deum (de *etiam in ras.*) *B* magiorum *D, sed* g *del. m. 1* 325. omnem *J* existumo *F.* et istimo *D.* existimo *ceteri, sed* exi *litt. in B obscuriores* 326. lutulentos *B.* luculentos *ceteri* (*) 327. dampnum *J* prestet *BDEF* (*) 328. ego *ex* ero *B* sepe *DEF et in 6 litt. ras. B* 329 aduorte *JF.* aduortite *BDEZ* sciatis *Z* 330. *Post* seruit *5 litt.*, alide *ut vid., er. B* captus alide *add. B*[2] aulide *FZ* (*) 331. preterea *BF* nullum 𝕾. unum *libri* dius *DE* (*) 332. *Post* Et *2 litt. er. B* admittam *E*

TYNDARVS

Óptumum atque aequíssumum oras óptumusque hominum és homo.
Séd is priuatam séruitutem séruit illi an públicam?

HEGIO

Príuatam medicí Menarchi.

TYNDARVS

Pól is quidem huius ést cluens:
Tám hoc quidem tibi ín procliui quam ímber est quandó pluit.

HEGIO

Fác citissume út redimatur.

TYNDARVS

Fáciam, sed te oro, Hégio —

HEGIO

Quíduis, dum ab re né quid ores, fáciam.

TYNDARVS

Ausculta, túm scies.
Égo me amitti dónicum ille huc rédierit non póstulo:

---

339 *sq. Priscianus inst. XV p. 74, 12 H.:* quod (*scil.* donec) etiam donicum antiqui dicebant. Plautus in Captiuis 'ausculta . . . . redierit' *Item* donicum *hinc excerpsit glossar. Plaut. p. 58, 3 H.: cf. Ritschelius Opusc. II p. 241 sq.*

333. equissumum *F.* equissimum *BE.* aequissimum *D* optumus que *B* hominum es homo *JFZ et D e corr.* hominum homo es *B et D ante corr.* hominum homo *E* (*) 334. HE *praem. BEF* priuatum *E.* priuatim *D ante corr. ut vid.* seruitutem . . . . publicam *in ras. J* illic *FZ* publicam, bl *ex* pi, *D* 335. TYN *praem. BEF* Priuatum *E* menarchy *E.* ^me^narchi *D* TY *Z.* HE *BE.* EG. *JF* is *Fleckeisenus.* hic *libri* clienius *J.* cliens *ceteri* (*) 336. TYN *praem. BE* inprocliue *B.* inprodiui? *J.* inprocliui, *er.?, D* ymb' *E cum linea rubricatoris* (*) 337. Fac citissume 𝔖. Facis *D.* Fac is (Facis *BE*) homo *ceteri ex v. 341* ut redimatur? *B*(?*B*²). utredimatur *D.* ut redimator *E* fatiam *E* te 𝔖. id te *F.* te id *ceteri* (*) 338. Quid uis *BDE* nequid *BD* fatiam *E* tu scies *Z.* tum scies (scias *B ut vid.*) *ceteri cum Prisciano* (*) 339. ad mitti *E* donicum *FZ: cf. testim.* donec cum *BDEJ post* redierit *spat. in D*

Vérum te quaeso aéstumatum hunc míhi des quem mittam ád patrem,
Ýt is homo redimátur illi.

HEGIO

Immo álium potius mísero
Húnc ubi erunt indútiae illuc, tuóm qui conueniát patrem,
Quí tua quae tu iússeris mandáta ita ut uelis pérferat.

TYNDARVS

Át nihil est ignótum ad illum míttere: operam lúseris:
Húnc mitte, hic rem omném transactam réddet, si illuc uénerit.
Néque quemquam fidéliorem néque quoi plus credát potes
Míttere ad eum néque qui magis sit séruos ex senténtia,
Néque adeo quoi tuóm concredas fílium hodie audácius.
Né uereare: meó periclo ego húius experiár fidem
Frétus ingenio eíus quod me esse scít sese erga béniuolum.

HEGIO

Míttam equidem istunc aéstumatum tuám uicem si uís.

TYNDARVS

Volo.

---

340. queso *BEF* aestumatum *Bosscha.* ut aestumatum *B.* ut aestimatũr *D.* ut aestimatum *JZ.* ut estimatum *EF* (*) 341. illic *JFZ* initio *J* misero, ero *in ras. m. 2, B* 342. indutiae, t *ex* c, *B* tuum *libri* conueniat *FZ.* conuenit *BDEJ* 343. tu *ex* tua *D* proferat *Z* (*) 344. nichil *ex* m (i *sup.*) *rubr. in E* *post* mittere *spat. in B (3 litt.) et D* oper||||am, *2 litt. er., J* 345. mitte *ex* mittere *D* rem omnem transactam 𝔖. omne transactum (trans actum *BD*) *libri* (*) 346. Nec *JFZ.* Ne *BDE* (Nequemquam *B*) cui *libri* credat, e *ex* a, *B* 347. nec qui *JF.* nequi *BDEZ* seruus *libri* 348. quoi *F.* cui *ceteri* tuum *F.* suum *ceteri* concredas 𝔖. concredat *libri* hodiẽ *D* audatius *ED ante corr.* (*) 349. perido *J ante corr.* periculo *BFZ* ego huius *Fleckeisenus.* huius ego *libri* ex periar *B* fidem *F* uice (uicẽ *EZ*) fidem *BDEZ.* fidem uel uicem *J: cf. ad v. 351* (*) 350. *Verba* Fretus ingenio|||||| (ei' *sup.*). quod me esse scit *al. m. in lac. add. in D* esse *ex* isse *B* sese erga *Muellerus Pros. p. 68, Bentleius.* erga sese *DEJFZ.* erga se *B* beniuolum *BJ.* bene uolum *E.* beneuolum *DFZ* (*) 351. istunc *Camerarius.* istum *libri* aesty matum *B.* estumatum *E* tuam uicem 𝔖: *cf. ad v. 349.* tua fide *libri* *ante* tua *2 litt. er. in B* siuis *E.* suus *J*

HEGIO

Quám citissumé potest, tam hoc íter eat.

TYNDARVS

Factúm uolo.

HEGIO

Núm quae causast quín, si ille huc non rédeat, uigintí minas
Míhi des pro illo?

TYNDARVS

Óptuma immo.

HEGIO

Sóluite istum núnciam,
Átque utrumque.

TYNDARVS

Dí tibi omnes ómnia optata ófferant,
Quóm me tanto honóre honestas quómque ex uinclis éximis.
Hóc quidem haud moléstumst, iam quod cóllus collarí caret.

HEGIO

Quód bonis benefít beneficium grátia ea grauidást bonis.
Núnc tu illum si illó's missurus díce monstra praécipe,
Quae ád patrem uis núntiari. uín uocem huc ad té?

TYNDARVS

Voca.

---

352. *Glossar. Plaut. p. 58, 3 H.* citissime *hinc excerpsit* 357. *Donatus art. gramm. III 2 p. 393, 31 K.:* (fiunt soloecismi) per genera sicut 'validi silices' et 'auarae cortices' et 'collus collari caret'

---

352. HE. *add.* 𝕾. *om. libri* citissime *BDEZ* hoc iter eat. TY. Factum 𝕾. hoc cedere ad factum *libri, nisi quod* credere *J, 2 litt. spat. et ante et post* cedere *B,* adfactum *DE* (*) 353. Numquae *B.* Nunq̃ *F* causa est *libri* 354. Michi *E* optuma *E.* optima *B.* Optima *D.* optume *JFZ* Soluite *BD* nunc iam *libri* (*) 355. Di *B.* dii *JF* om̄is *BDE* offerant *Fleckeisenus.* ferant *libri* (*) 356. Quom *et* quomque *F.* cum *et* cumque (cum que *B*) *ceteri* uinculis *JF* 357. aut *E* molestumst *E.* molestum est *ceteri* tam *D*

collari caret *Bothius, Bentleius: atque* collari[a]caret *Leid. Don.* collarigaret *Iulianus.* collaria caret *BDEJ²FZ cum. Berol. et Par. corr. Don.* (collario *Don. Par. ante corr. cum ms. Lang.* colloraria *J¹*) (*) 358. *Hegioni Camerarius dedit, Tyndaro continuant libri: cf. ad v. 359* bene fit *BE.* bene sit *J* benefitium *E* grauida est *libri* 359. *Hegionis pers. in libris praem. del. Camerarius* illim *B¹, corr. B²* illō *B* es *libri* monstra *Camerarius.* demonstra *libri* (*) 360. nunciari *BD* Voca *BD* (*)

HEGIO

Quae rés bene uortat míhi meoque fílio
Vobísque: uolt te nóuos erus operám dare
Tuo uéteri domino quód is uelit fidéliter.
Nam ego te huíc dedi aestumátum uigintí minis,
Hic aútem te ait míttere hinc uelle ád patrem,
Meum ut íllic redimat fílium: mutátio
Intér me atque illum ut nóstris fiat fíliis.

PHILOCRATES

Vtróque uorsum réctumst ingeniúm meum,
Ad te átque ad illum: pró rota me utí licet.
Vel ego húc uel illuc uórtar quo imperábitis.

HEGIO

Tuté tibi tuopte ingénio prodes plúrumum,
Quom séruitutem ita férs, ut eam ferrí decet.
Sequere: ém tibi hominem.

TYNDARVS

Grátias habeó tibi,
Quom cópiam istam mi ét potestatém facis,

---

368. *Priscianus inst. XV p. 75, 22 H.:* similiter (*scil.* ut dextrouorsum, deorsum uersum) utroque uorsum Plautus in Captiuis 'utroque .... meum' *Item* utroqueuorsum *hinc excerpsit gloss. Plaut. p. 58, 3 H.*

Act II Sc. 3 HEGIO (EGIO *JF*) SENEX PHILOCRATES (P *ex* F *B*) ADOLESCENS (adulescens *F*) TYNDARVS (N *postea ead. m. inserta in B.* TINDARVS *J*) SERVVS (seruos *F*) *BEJF. unius v. spat. D* 361. HĒ *praem. B*². TYN *E* Que *B.* ue *cum spat. init.* (*praefixo* q) *D* uortant *F et* n *deleta D* mihi *B*² (ihi *in ras. 2 litt.*). meo *DE* meo que *B* 362. Vobis que *BE.* Vobis quae *Z* bonus *F.* nouus *ceteri* 363. ueteri, t *ex* r, *B* 364. huic dedi aestumatum *Bothius.* aestumatum (estum. *EF*) huic dedi *libri* minis *ex* minas *ut vid. B*² (*) 365. mitte *D* hinc uelle *in* uelle hinc *corr. m. Camer. in B* 366. ·he· *ante* mutatio *E, pers. nota erasa in B* 367. ut nostris *in* nostris ut *corr. m. Camer. in B* 368. Vtroque, o *ex* u, *D* (Vtrobiquẹ *effecit m. Camer. in B*) rectūst *E.* rectum est *ceteri* 369. Ad te *ex* At te *B, ex* Aq' *D* atque ad *EZ.* atque *ceteri* (*) 370. uortar uortar *D* quod *E* imperabis *D.* impeabitis *E.* impetrabitis *F* 371. Tẹ ut e *E* tibi ea *libri: del.* ea *Fleckeisenus, C. F. Hermannus* (*cf. ad v. 372*) tu opte *BDE* prodis *Z.* prode *J* plurimum *F* (*) 372. Quom *F.* Cum *ceteri* eam ferri 𝔖 (*cf. ad v. 371*). ferri *libri* (*) 373. Seq̄re *E* hem *JF.* en *Z* gratias *Guietus, Bothius.* gratiam *libri* (*) 374. cupiam *D* mihi *libri* (michi *J*)

Vt ego ád parentis húnc remittam núntium,
Qui mé quid rerum hic ágitem et quid fierí uelim
Patrí meo ordine ómnem rem illuc pérferat.
Nunc íta conuenit ínter me atque hunc, Týndare,
Vt te aéstumatum in Álidem mittam ád patrem,
Si nón rebitas, huíc ut uigintí minas
Dem pró te.

PHILOCRATES

Recte cónuenisse séntio.
Nam páter exspectat aút me aut aliquem núntium,
Qui hinc ád se ueniat.

TYNDARVS

Érgo animum aduortás uolo,
Quae núntiare hinc té uolo in patriam ád patrem.

PHILOCRATES

Phílocrates, ut adhúc locorum féci, faciam sédulo:
Vt potissumúm quod in rem récte conducát tuam,
Íd petam idque pérsequar corde ét animo, ore atque aúribus.

TYNDARVS

Fácis ita ut te fácere oportet: núnc animum aduortás uolo.
Ómnium primúm salutem dícito matri ét patri
Ét cognatis ét si quem alium béneuolentem uíderis.
Me híc ualere et séruitutem séruire huic homini óptumo,
Quí me honore honéstiorem sémper fecit ét facit.

380 *sq. Osbernus p. 509:* rebitare redire. Plautus ‘si non rebitas . . . . . pro te’

375. parentes meos *B.* parentes *ceteri* 376. hic *om. EZ* agi temet quid B^1E. agitem etquid B^2 377. ordinem, *del.* m, *E* omnem: illuc *B in marg. add.*: rem (*puncta rubr.*, rem *helvo atram. scr.*) 379. estimatum *DE* aulidem *FZ* 380. rebitas *et* ·|· t redeas *in marg. B.* reditas *FZ* huic *Lomanus Spec. crit. p. 3.* huc *libri* (*) 381. ppote (*sic*) *D* PH *om. E* censeo *pro* sentio *F* 382. expectat *libri* (*) 383. Quin *E* ergo *BDJF.* ego *EZ* 385. PH. Philocrates ut *Z.* Philocrates PHI ut *BE.* Philocrates ut *D.* PH. ut *F* feti *D* 386. potissimum *BDEZ* tuum *DE et B ante corr.* 387. petam idque persequar *Camerarius* (*quod etiam in B not.*). petam id persequarque *libri* ore atque auribus 𝔖. atque auribus *BDE.* atque uiribus *JFZ* (*) 388. Nunc *B* 389. matri ex patri *E.* patri et matri *F* 390. cagnatis *E* siquem *BD.* quem *EJFZ* bene uolentem *DE* 392. honore honestiorem *ex* honestiorem honore (*sic Z*) *E* (*)

PHILOCRATES

Ístuc ne praecípias: facile mémoria meminí tamen.

TYNDARVS

Nam équidem nisi quod cústodem habeo líberum me esse árbitror.
Dícito patrí quo pacto míhi cum hoc modo conuénerit
De húius filió.

PHILOCRATES

Quae memini móra merast monérier.

TYNDARVS

Ýt eum redimat ét remittat nóstrum huc amborúm uicem.

PHILOCRATES

Méminero.

HEGIO

At quam prímum pote: istuc ín rem utriquest máxume.

PHILOCRATES

Nón tuom tu mágis uidere quam ílle suom gnatúm cupit.

HEGIO

Méus mihi, suos quoíquest carus.

PHILOCRATES

Núm quid aliud uís patri
Núntiari?

TYNDARVS

Me híc pol et te túte audacter dícito,
Týndare, inter nós fuisse ingénio haud discordábili,

393. PH B^2. *om.* B^1E ne precipias *DF*. neprecias B^1 (pi *s. v. add. ead. m., quae v. 377* rem). ñ p̄cipias *EZ* memini tamen *B*. meminit amen *E*. meminit ameñ *D*. memini TI. tamen *JFZ* (*) 394. TY *add.* B^2. *om.* B^1E *et* (*cf. ad v. 393*) *JFZ* equidem *Lambinus*. quidem *libri* nisi E^3 *in ras.* 395. modo 𝔖. *om. libri* conuenit *F* (*) 396. morā *D* mera est *BDEZ*. me est *J*. est *F* 397. TY B^2. *om.* B^1EFZ redimat, a *ex* e *vel* i, *B* huc nostrum *Z* 398. PH. B^2. *om.* B^1EF HE B^2 *in ras.* TYN *E* pote *Spengelius Philol. XXXVII p. 435.* poteris *libri* re *F* utriquest *DE*. utrique est *BFZ* maxime *BDE* (*) 399. PH B^2. *om.* B^1E tuum *et* suum *libri* 400. HE B^2. *om.* B^1E suus quoique est *F*. suus cuique est *ceteri* Numquid *B*. Nunquid *JF* patri *s. v. D* 401. nuntiari (nunciare B^1, i *ex* e B^2) *versui 400 adplicant libri proximos versus vocabulis* fuisse, culpam, morem, deseruisse te, sciet *concludentes: corr. Pylades* pol et te 𝔖. ualere (uale *F*) et *libri* (*ex v. 391*) tu te *EZ* (*) 402. tindare *DE* Inter *B* aut *E*

Néque te conmeruísse culpam néque te aduorsatúm mihi
Béneque ero gessísse morem in tántis aerumnís tamen,
Néque med umquam déseruisse té neque factis néque fide
Rébus in dubiís egenis. haéc pater quandó sciet,
Týndare ut fuerís animatus érga suom gnatum átque se,
Númquam erit tam auárus, gratiís quin te emittát manu.
Ét mea opera, si hínc rebito, fáciam ut faciat fácilius.
Nám tua opera et cómitate et uírtute et sapiéntia
Fécisti, ut redíre liceat ád parentis dénuo:
Quóm apud hunc conféssus es et génus et diuitiás meas:
Quó pacto exemísti e uinclis túom erum tua sapiéntia.

PHILOCRATES

Féci ego ista ut conmémoras et te méminisse id gratúmst mihi.
Séd merito tibi ea éuenerunt á me: nam nunc, Phílocrates,
Sí ego item memorém quae me erga múlta fecistí bene,
Nóx diem adimat: nám quasi seruos ésses, nihilo sétius,
Ére, mihi obsequiósus semper fuísti.

---

418. *Osbernus p. 530:* obsequiosus a um ·i· obsequio plenus unde Plautus in Captiuis 'mihi obsequiosus semper fuisti'

---

403. commeruisse *libri* te aduorsatum mihi *Brixius.* me aduersatum tibi *libri* (aduersatum mihi *ms. Lang.*) (*) 404. beneque, que *postea inserta, B* ero (hero *FZ*) gessisse morem *B ex corr. JFZ.* ero gesis amorem *B ante corr. D.* eroges sis amorē *E* erumnis *BDEOF.* erumpnis *J* 405. med umquam B^2*D.* me dumquam B^1. me umquam *EJFZ* 406. egenis, i *ex* u, *E* lī *E.* hoc *Z* 407. Tindare *DE.* Tyⁿdare *O* suum *libri* 408. Num quam *B.* Nunquam *DF* gratiis quin te 𝕾. quin te gratus *libri, nisi quod* quinte *B,* qui integratus *E,* gratis *OJF* mittat (e *supra* i) *E* (*) 409. .? s mea *J* redibo *FZ* fatiam *E* 410. sapientia, a *c corr. et cum ras., B* 412. Quom *F.* Cum *ceteri* es confessus *ex* confessus es *m. Camer. in B* es, e *ex al. litt., D, ex* est *ras. O* diuicias *B* diutias (i *supra* u) *O* 413. exemisti *Lambinus.* emisisti *libri* uinclis *Pylades.* uinculis *libri* tuum *libri* herū *OFZ* (*)
414. Fecisti *J* cmemoras *E.* commemoras *ceteri,* e *ex corr. B* est *libri* (*) 415. Sed merito *Brixius.* Merito *libri* philo crates *O* (*) 416. erga me *D.* me erga *ceteri* (*) 417. ad imat *D* nam quasi *Fleckeisenus.* nam si *libri* (nā^si *O*) seruos *Guietus.* seruus meus *libri* setius *DO.* se tuis *E.* secius *BFZ* (*) 418. Ere, mihi 𝕾. Mihi *libri* (Michi *EJ*) Di *D.* dii *JF.* Dii *O* uostram *OF.* urām *BDE* (*)

HEGIO

Di uostrám fidem,
Hóminum ingenium líberale! ut lácrumas excutiúnt mihi!
Vídeas corde amáre inter se: quántis laudauít *
* * * * * * * * *
Súom erum seruos cónlaudauit.

PHILOCRATES

Pól istic me haud centénsumam
Pártem laudat quam ípse meritust út laudetur laúdibus.

HEGIO

Érgo quom optumé fecisti, núnc adest occásio
Bénefacta cumuláre, ut erga hunc rém geras fidéliter.

PHILOCRATES

Mágis non factum póssum uelle quam ópera experiar pérsequi:
Íd ut scias Iouém supremum téstem do laudo, Hégio,
Me ínfidelem nón futurum Phílocrati.

HEGIO

Probus és homo.

PHILOCRATES

Néc me secus umquam eí facturum quícquam quam memét mihi.

---

426. *Nonius p. 335, 10:* laudare etiam significat nominare . . . . Plautus Captiuis 'Id ut scias . . . . egio'

---

419. *Verba* hominum ingenium *adplicantur versui 418 in libris, qui dein vocabulis* corde, seruus, partem *versus claudunt: corr. Pylades* lacrimas *E* ex cutiunt *BD* michi *E* 420. laudauit *DEOJF.* laudibus *Z et B, sed* ibus *B*² *in ras. Lacunam significauit* 𝔖 *ad hoc exemplum:* quantis laudauit ⟨suom Seruolum hic modo laudibus, tum quam sincere suam uicem⟩ Suom *e. q. s.* (*) 421. suum erum (herum *OJFZ*) seruus Collaudauit (Colladauit *E*) *libri* Pol *BDO* haud, d *ex* t, *B* centessimā *O.* centessimam *J.* centesimam *BDEFZ* 422. meritus est *libri* ut *E*³ *ex corr.* laudibus *ex* laudabilis *D* 423. quom *F.* cum *ceteri* optunc *J* ad est *BDE* 424. Bene facta *BDE* cumilare *E* 425. (*) 426. suppremum *BDE* do laudo 𝔖 *praeeunte* laudo do *Pareo*³. laudo *Nonius.* do *libri* egio *OJFZ cum Nonio* (*) 427. me *cum spat. init. BD* in fidelem *B.* infidem *F* 428. PH. *om. BE* quicquam quam *BEZ.* quicquam *D.* quam *OJF* me met *DOE*

TYNDARVS

Ístaec dicta tua éxperiri re ét opera et factís uolo,
Ét quo minus dixí quam uolui dé te animum aduortás uolo.
Átque horunc uerbórum causa cáue tu mi iratús fuas.
Séd, te quaeso, cógitato hinc meá fide mittí domum
Te aéstumatum et méam esse uitam hic pró te positam pígneri,
Né tu me ignorés, quom extemplo meo é conspectu abscésseris,
Quóm me seruom in séruitute pró ted hic relíqueris
Túque te pro líbero esse dúcas, pignus déseras,
Néque des operam pró me ut huius réducem facias fílium.
[Scíto te hinc minís uiginti aéstumatum míttier.]
Fác fidelis sís fideli, cáue fidem fluxám feras,
(Nám pater scio fáciet quae illum fácere oportet ómnia.)
Sérua tibi in perpétuom amicum me átque hunc inuentu ínueni.
Haéc per dexterám tuam te déxtera retinéns manu
Ópsecro, infidélior mihi né fuas quam ego súm tibi.

439. *Nonius p. 512, 29:* Fidele pro fideliter Plautus Captiuis 'fac fidele caue .... feras': *cf. Reblinius de Non. Marc. l. Pl. (ed. Gryphisw. a. 1886) p. 84*

429. TY *om. BEO: cf. ad v. 430* Istec *BDE* tua experiri re 𝔖. te (dictate *BDE*) experiri *libri, nisi quod* experire B^1 (*corr.* B^2), experi *E* opera *DOEJFZ.* operis *B* uolo, u E^3 *ex corr.* (*) 430. TY *BEO: cf. ad v. 429* quo *BDE.* quo[d] *O.* quod *JFZ* (*) 431. horum *OJFZ* caueto mihi (michi *J*) *libri: corr. Bothius, Bentleius* (*) 432. Set[te] *E.* Sete *J* queso *BDEO* mea *Camerarius* (*etiam in B*). te mea *libri* (*) 433. estunatum *B.* estimatum *DE.* estumatum *F* pigneri *Pareus.* pignori *libri* 434. quom *F.* qum *BD.* quum *E* extemplo *B, sed* templ *in ras.* B^2 abscesseris *B, sed* a B^2 *e corr. et post 3 litt. ras.* (*) 435. seruon *F* pro ted *Bothius.* pro te *libri* 436. ducas *om. EJFZ* deseras *Z.* † deseras B^2 *in marg.* desideras B^1DEJF 437. Atque *FZ.* Atquae *J* huius huius *BD* fatias *E* 438. *Vncos posuit Brixius* Scitote *BD.* Scio te *EJ* hinc *om. EZ* estumatum *BDEF* mit[t]ier *D.* mitier *E* 439. fidelis sis fideli *libri.* fidele *Nonius* caue fidelem *F* feras *Nonius, nisi quod* referas *Harl.*[1]. geras *libri* (*) 440. *Seclusit* 𝔖 *praeeunte Muellero Pros. p. 574* Nunc scio pater *F* fatiet *F* face re opotet *E* 441. Seruo J^1, *corr.* J^2 imperpetuum *BD.* in perpetuum *EFZ* hõ *E* inuentu 𝔖. inuentum *libri* (*) 442. tua te *J* 443. Opsecro *D.* obsecro *ceteri* mihi me fuas *J*

Hóc age tu: tu míhi erus nunc es, tú patronus, tú pater:
Tíbi commendo spés opesque meás.

PHILOCRATES

Mandauistí satis.
Sátin habes mandáta quae sunt fácta si referó?

TYNDARVS

Satis.

PHILOCRATES

Ét tua et tua húc ornatus réueniam ex senténtia.
Númquid aliud?

HEGIO

Ýt quam primum póssis redeas.

PHILOCRATES

Rés monet.

HEGIO

Séquere me, uiáticum ut dem á tarpezitá tibi:
Eádem opera a praetóre sumam sýngraphum.

TYNDARVS

Quem sýngraphum?

HEGIO

Quem híc ferat secum ád legionem, hinc íre huic ut liceát domum.
Tu íntro abi.

TYNDARVS

Bene ámbulato.

PHILOCRATES

Béne uale.

HEGIO

Edepol rém meam

447. *Rufinus comm. in metra Ter. p. 561, 8 K.:* (Sisenna) in Captiuis sic 'hic ornatu s litteram metri causa amisit'. *Cf. Ritschelius Parerg. p. 383 et Hermannus ibid. p. 384 adn. (ad v. 997)*

---

444. Hoc age tu : tu *Spengelius T. M. P. p. 227.* Tu hoc age tu *BDJF.* Tu hoc age *EZ* (*) 445. opes que *B* mandauistis *E ante corr.* (*) 446. Satui *E* TY *om. E* 447. PH B^2. *om.* B^1E Et tua huc (*om.* et tua) *JFZ cum O ut vid.* hucor natus *E* reuc-ueniam *J* 448. Num quid *B.* Numqid *D* HE S. TY *libri* Vt *B* Res *BO* 449. Sequere *ex* Sequare *B* trapazaeta *J.* (tr)apazeta *O.* trapezita *ceteri, sed* dem atrapezita B^2 *in ras.* (*) 450. apretore *BD.* ap̄tore *E* sumam *D.* sũmam *B.* sũma *E.* sumas *JFZ* singraphum *EJF* Quem *BO* singraphum *DEOF* 451. Quę *E* liceat, a *ex al. litt., D* 452. Bene *bis BO* Edepol *BO.* ędepol *D*

Cónstabiliui quóm illos emi dé praeda a quaestóribus:
Éxpediui ex séruitute fílium, si dís placet.
Át etiam dubitáui hosce homines émerem an non emerém diu!
Séruate istum súltis intus, sérui, ne quoquám pedem
Écferat sine cústode: ego desúbito adparebó domi.
Ád fratrem modo éo captiuos álios inuisúm meos:
Eádem percontábor equis hunc ádulescentem nóuerit.
Séquere tu, te ut ámittam: ei rei prímum praeuortí uolo.

---

453. quom *F*. cum *ceteri* illo *E*. illum *JF* depreda *BD*. de p̄da *cum 6—7 litt. sp. E* questoribus *BDEO* 454. Ex pediui *B* diis placet *OJF*. displicet *E* 455. Ac *Z* etiam, ti *ex* u, *B* hosce *Beckerus in Studem. Stud. I p. 268 (cf. Schmidtius de pron. dem. p. 12. 38)*. hos *libri* (homines hos *F*) non emere *E* 456. Seruare *F* stultiṣ *B* 457. Ecferat *B*. Ec ferat *DE*. Efferat *OJFZ* desubito 𝕾. *om. libri* apparebo *libri* (*) 458. modo eo 𝕾. modo *libri* captuos *E* inuisum 𝕾. inuisu *DE*. inuiso *BOJFZ* (*)

459. Eădem *E* percunctabor *BEJF*. per cunctabor *DO* ec quis *DE*. ecquis *BOJFZ* hunc adolescentem (ad olescentem *D*) *BDE*. adolescentem *OJFZ* (*) 460. Seq̃re *E* tu te *E*. tute *BDOJF*. te *Z*

ACTVS III

ERGASILVS

Míser homost, qui ipsús sibi quod edit quaérit et id aegre ínuenit.
Séd illest miseriór, qui et aegre quaérit et nihil ínuenit.
Ílle miserrumúst, qui quom se rúpit, quod edit nón habet.
Nam hércle ego huic dié si liceat óculos ecfodiám lubens:
Íta malignitáte onerauit ómnis mortalís mihi.
Néque ieiuniósiorem néc magis ecfertúm fame
Vídi nec quoi mínus procedat quídquid facere occéperit:
Íta uenter guttúrque resident ésurialis férias.
Ilicet parasíticae arti máxumam malám crucem:
Íta iuuentus iám ridiculos ínopes ab se ségregat.
Níl morantur iám Lacones ími subsellí uiros,
Plágipatidas, quíbus sunt uerba síne penu et pecúnia.

---

472. *Gloss. cod. Vatic. 1469 (saec. X):* plagipatida est qui plagas patitur ut seruus uel (*add.* parasitus). *Cf. Most. v. 356*

Act. III Sc. 1 PARASITVS DV *BE.* PARASITVS *OJFZ. unius v. sp. D* 461. homo est *libri* ipsus *Bothius.* ipse *libri* quę et id *E* egre *BE* (*) 462. Set *E* ille est *libri* aegre, r *ex* e, *D.* egre *BE* nichil *E* 463. miserrimus est *libri* quom *F.* cum *ceteri* se rupit 𝔖. esse cupit *libri* edat *OJFZ* (*) 464. ego *s. v. O, om. FZ* diei *libri, corr. Bothius* effodiam *libri, corr. Bothius* lubens *OF.* libens *BDE* 465. honerauit *DO.* honorauerit *J.* onerauerit *F* omnis *F.* omnes *vel* om̄s *BDOE* michi *E* 466. Nequae *J* neque *libri, corr. Bothius* ecfertum *B.* ec fertum *D.* ecfr tū *E.* effractum *OJFZ* (*) 467. nec quoi *F.* nec cui *OJ.* ne cui *Z.* nec qui *BDE* quicquid *libri* occepit *J* (*) 468. Ita *Pylades.* Itaque *libri* 469. Ilicet *BD.* Licet *EOJFZ* maximam *BDE* (*) 470. inopes *Gulielmius Qu. in Capt. p. 357 ex ms. Lang.* inopesque *libri, nisi quod* inopes que *B,* opesque *E* ab se *Camerarius.* ab sese *libri* segragat *D ante corr.* (*) 471. Nihil *libri* (Nichil *E*) locones *O ante corr.* imi *FZ.* uni *ceteri* sub selli *BDE.* subsellii *FZ* (*) 472. Plagi patidas *DE*

Eós requirunt, quí lubenter quom éderint reddánt domi.
Ípsi obsonant, quaé parasitorum ánte erat prouíncia:
Ípsi de foró tam aperto cápite ad lenonís eunt
Quam ín tribu ante apérto capite sóntis condemnánt reos.
Néque ridiculos iám terunci fáciunt: sese omnés amant.
Nám ego ut dudum hinc ábii, accessi ad ádulescentis in foro:
'Sáluete' inquam. 'quo ímus' inquam 'ad prándium?' atque illí tacent.
'Quís ait: hoc? aut quís profitetur?' ínquam: quasi mutí silent,
Néque me rident. 'úbi cenamus úna?' inquam: atque illi ábnuont.
Díco unum ridículum dictum dé dictis melióribus,
Quíbus solebam ménstrualis épulas ante adipíscier:
Némo ridet. scíui extemplo rém de conpectó geri.
Né canem quidem ínritatam uóluit quisquam imitárier.
Sáltem si non ádriderent, déntis ut restríngerent.
Ábeo ab illis, póstquam uideo mé sic ludificárier:
Pérgo ad alios, uénio ad alios, deínde ad alios — úna res!
Ómnes de conpécto rem agunt quási in Velabro oleárii.

484. *Charisius inst. II p. 197, 13 K.:* de conpecto Plautus in Captiuis 'spem de compecto gero' 489. *Osbernus p. 615:* uelum . . . inde . . . et hoc uelabrum ri ·i· uas in quo oleum contunditur uel in quo frumentum purgatur. Plautus 'omnes rem gerunt quasi in uelabro olei'

473. lubenter *F*. libenter *BDEZ* quom (cum *JZ*) ederint *JFZ*. comederint (o *ex* õ *E*) *BE*. comederunt *D* 474. Ipsi, p *ex* s *ut vid.*, *BE*. Laesi *Z* eat (r *supra*) *D* 475. Isi *E* operto *Z* capite, e *ex* o, *D* lenones *libri* (*) 476. ante aperto 𝕾. aperto *BDEJ*. operto *FZ* sontes *libri* condempnant *BEJ*, *sed* d B^2 *ex* t (*) 477. iam *B ex corr. E.* tam *B ante corr. DJFZ* terunci *F*. terrunci *BJZ* (*ex* terrerunci *J*). terrunti *D*. terrumci *E* fatiunt *E*. faciunt quam *F* 478. Nam ego *Bothius*[3] (*cf. Seyffertus Stud. Pl. p. 20*). Nam *libri* ad *om. F* adulescentes *F*. ad olescentes *D*. addolescentes *J*. adolescentes *BEZ* (*) 479. imquam *E* imus inquam 𝕾. imus una inquam *libri* (imquam *E et* una E^3 *in ras.*): *cf. ad v. 481* (*) 480. agit hoc *OF* at quis *F* profiteor *J ante corr.* imquam *E* (*) 481. Vbi *BO* una inquam 𝕾: *cf. ad c. 479.* inquam *libri* (imquam *E*) Atq. *O* abnuunt *libri* (*) 482. dictis, d *ex* u, *B* 483. solebam, o *ex* e, *D* menstrualis *DOF*. menstrualis *E*. menstruales *BJ*. mestruales *Z* (*) 484. Sciui *O*. sclui E^3 *e corr.* exemplo *D* spem *Charis.* compacto (c̄pacto *E*) *libri: at cf. testim.* gero *Charis.* 485. Nei *J*. Nec *OF* irritatam *libri* 486. arriderent dentes *libri* 487. post quam *D* 488. (*) 489. de *Fleckeisenus. om. libri* compacto *libri:*

(Núnc redeo inde, quóniam me ibi uídeo ludificárier.
Ítem alii parasíti frustra obámbulabant ín foro.)
Núnc barbarica lége certumst iús meum omne pérsequi:
Qui ín concilium iére, quo nos uíctu et uita próhibeant,
Ís diem dicam, ínrogabo múltam, ut mihi cenás decem
Meo árbitratu dént quom cara annóna sit. sic égero!
Núnc ibo ad portum hínc : est illic mi úna spes cenática:
Si éa decolabít, redibo huc ád senem ad cenam ásperam.

HEGIO. (ARISTOPHONTES)

Quid est suáuius quam bene rém gerere
Bono público,
Sicút ego feci herí,
Quom emi hósce homines? ubi quísque uident,

---

496. *Osbernus p. 115:* coenaticus a um ·i· ad coenam pertinens, unde Plautus in Captiuis 'est illic una spes coenatica mihi'
497. *Diomedes art. gr. I p. 365, 4 K.:* decollo decollaui: hoc uerbum apud ueteres decipio (*sic BM.* dicipio *A.* decapito *b: cf. Loewii Prodr. p. 380*) significat, ut apud Plautum 'una est decollauit': *cf. Winterus Pl. fab. deperd. fragm. ed. Bonnae a. 1885 p. 16* 503. *Osbernus p. 513:* a praeterito restiti dicitur restito as ·i· saepe in diuersis locis restare, unde Plautus in Captiuis 'me miserum restitando lassum reddiderunt'

---

corr. Pareus^3 *Versum 490 Fleckeisenus inclusit, in cuius societatem proximus adsciscendus erat* (*) 490. inde inde *OJ* quoniam *B.* quom *DEF.* cum *OJ.* quum *Z* 491. ob ambulabant *D.* obambulant *F* 492. certũst *E.* certum est *ceteri* iussũ, *er.* sũ, *E* 493. in concilium iere 𝕾. concilium iniere *libri* quos *J* prohibebant, *alt.* b *ex corr. J* (*) 494. Is B^1DE. His B^2JFZ dicat *D* irrogabo *libri* multam, a *ex* u, *D* 495. quom *F.* cum *ceteri* annona (na *ex* sa) sit sit egero *D* 496. portum, r *ex* s, *D* mihi *libri* cęnatica *E* 497. decolabit '*quidam*' *apud Lambinum.* decollabit (de collabit *O*) *libri.* decollauit *Diomedes* (*)

Act. III Sc. 2 HE GIO *B.* HEGIO. *E.* Egio senex *F.* *unius v. spat. D.* EG͞ *versui 498 sine sp. praescr. O* 498—503. *sic B:*

Quid est suauius quam bene rem gerere bono publico sicut ego feci heri
Cum emi hosce homines? ubi quisque uident eunt obuiam
Gratulanturque eam rem. ita me miserum restitando
Retinendoque lassum reddiderunt

itemque ceteri, nisi quod v. 501 Quom *F* enim hosce *J* hosce *E* Vbi *O* quisquam *Z*

Eúnt obuiám gratulánturque eám rem:
Íta me miserum réstitando rétinendo assum rédDiderunt.
Víx éx gratulándo misér iam eminébam.
Tandem ábii ad praetorem: íbi uix requieui: ílico
Rogo sýngraphum : datúr mihi:
Dedi Týndaro : ille abiít domum.
Domo índe ilicó praeuortór, postquam id áctumst.
Eo prótinus ad fratrem índe, ubi mei súnt alii captíui:
Rogo: Phílocratem equitem ex Álide
Écquis hominum nóuerit?
Tandem híc homo exclamat eúm sodalem síbi esse: dico esse ápud me.
Hic éxtemplo orat óbsecratque eum síbi uidere ut líceat.
Iussi ílico hunc exsólui: nunc tu séquere me,
Vt quód me orauisti ímpetres, eum hóminem uti conuénias.

---

di
v. 503 Ita *O* *post* lassum *6—7 litt. spat. E* redderunt *D* (*in quo iam cetera deficiunt tribus foliis vacuis relictis*) retinendo *Hermannus.* retinendoque *libri* assum 𝔖. lassum *libri* (*) 504. egratulando *F* 505. habii *J* ad pretorem *BOF. om. E* ubi *J* requieui ilico 𝔖*: cf. ad v. 506.* requieui *libri* (*) 506—508. *sic B:*
Rogo syngraphum datur mihi ilico dedi||| (*1 litt. er.*) tyndaro ille abiit domum
Inde ilico reuortor domum postquam id actum est
itemque ceteri, nisi quod v. 506 simgraphum *E.* singraphum *F* *v.* 507 de tyndaro *OJFZ.* de tindaro *E* *v.* 508 praeuortor *OJZ.* preuortor *EF* 506. mihi 𝔖. mihi ilico *libri: cf. ad v. 505* 508. Domo *post* domum 𝔖. domum *ante* postquam *libri* (*) 509. inde ubi mei *Brixius praeeunte Spengelio.* inde ábii mei ubi *libri* (*) 510—514. *sic B:*
Rogo philocratem ex alide ecquis omnium
Nouerit tandem hic ex clamat eum sibi esse sodalem
eum
Dico esse apud me (eum *add.* B^2) hic extemplo orat obsecratque
Eum sibi ut liceat uidere iussi ilico hunc ex olui nunc tu sequere me
itemque ceteri, nisi quod v. 510 phylocratem et *J* exalidæ *E.* ex aulide
s. aristophon
FZ *v.* 511 ec quis *OE* *v.* 512 tandem *om. OJFZ* Hic *O* exclamat *O* (*suprascr. m. 2*) *J.* aristophontes exclamat *F* eum esse *OJFZ.* eam esse *E* *v.* 514 Iussi *O* ex olui B^1. exolui *O.* exsolui *E cum* B^2 seq̄re *E* 510. Philocratem equitem 𝔖*: cf. v. 31.* philocratem *libri* (*) 511. hominum *Hermannus.* omnium *libri* 512. hic homo 𝔖. hic *libri* sodalem sibi esse 𝔖. sibi esse sodalem *libri* esse *Spengelius cum* B^1. esse eum B^2. eum esse *ceteri* 513. uidere ut liceat *Hermannus.* ut liceat uidere *libri* (*) 515. Ilrauisti *E* uti *Hermannus.* ut *libri*

TYNDARVS

Nunc íllud est quom mé fuisse quam ésse nimio máuelim:
Nunc spés opes auxíliaque a me ségregant spernúntque se.
Hic íllest dies quom númlla uitae meaé salus sperábilist:
Neque éxitium existióst neque adeo spés quae hunc mi aspellát metum.
Nec súbdolis mendáciis mihi úsquam mantellúmst meis.
(Nec sýcophantiís nec fucis úllum mantellum óbuiamst.)
Neque déprecatió perfidiis meís nec malefactís fugast.
Nec cónfidentiae úsquam hospitiumst néc deuorticulúm dolis.
Opérta quae fuére aperta súnt: patent praestrígiae.
Ómnis res palámst nec latitat: néque de hac re negótiumst,
Quín male occidam óppetamque péstem mortemque éri uicem.
Pérdidit me Arístophontes híc, qui intro uenít modo:
Ís me nouit: ís sodalis Phílocrati et cognátus est.
Néque iam Salus seruáre si uolt mé potest: nec cópiast,
Nísi si nimis scitam áliquam corde máchinor astútiam.

---

521. *Philargyrius ad Verg. georg. IV, 377:* Mantilia: huius singulare mantelum. Plautus in Captiuis ʻnec hi sycophantes .... obuiam est'. *Praeterea huc traxit Bothius Festum p. 133, 30 M.:* .. Plautus hoc significare uidetur quibus quotidie paruae noxae extergeantur. frequens enim antiquis ad manus tergendas usus fuit mantelorum*: v. Leidolphus de Festi Paulique l. Pl. p. 250*

Act. III Sc. 3 TYNDARVS *BEJFZ* 516. quom *F.* cum *BEZ* nimio, o *ex corr., B.* nemo *EJFZ* 517. opesq; *F* auxilia que *et* spernunt que *B* se *Gulielmius Veris. p. 300.* me *libri* 518. ille dies est quom *F.* ille est dies cum *BEJZ* sperabilis est *libri, cui* mecum *add. EFZ : cf. ad v. 519* 519. exitium *Pontanus ad Macr. Sat. VI, 2 ʻex cod. vet.'*. exilium *libri* exitio est *libri* hunc mi *Bothius.* mihi hunc *libri* metum *om. EFZ: cf. ad v. 518* 520. mendaciis (mendatiis *B.* mendat' *E*) subdolis *libri: inv. Pylades* mantellum est *libri* (*) 521. Nei *BE.* Ne *J* sicophantiis *BJ.* sicophant' *E.* hi sycophantes *Philarg.* mantelum *Philarg.* obuiam est *libri* 522. deprecatio *B.* precatio *JFZ.* p̄catio *E* fuga est *libri* 523. hospicium *B* est *libri* deuerticulum *E.* diuorticulum *F.* diuerticulum *BJZ* 524. Opera *J* praestigiae (prest. *BEOF*) *libri* 525. palam est *libri* nec latitat 𝕾. *om. libri* negotium (negociũ *O*) est *libri* (*) 526. mortemque eri uicem 𝕾. eri (heri *OFZ*) uicem meamque *libri* (*) 527. Perdiditque *Z* aristophontis *B.* astriphontes *J* intro uenit modo *Camerarius.* uenit modo intro *libri* (*) 529. seruare salus *ex* salus seruare *Camer. man. in B* copia est *libri* (*) 530. Nisi|||si, *1 litt. er., B.* nisi *F* nimis scitam 𝕾. *om. libri* astuciam *B* (*)

Quám, malum? quid máchiner? quid cónminiscar? máxumas
Núgas, insidiás ineptas íncipisso: em, haéreo.

HEGIO. ARISTOPHONTES. TYNDARVS

HEGIO

Quo illúm nunc hominem próripuisse fóras se dicam ex aédibus?

TYNDARVS

Núnc enim uero ego óccidi: eunt ad te hóstes, Tyndare. eí mihi
Quíd loquar? quid fábulabor? quíd negabo aut quid fatébor?
Res ómnis in incertó sitast: quid rébus confidám meis?
Vtinám te di prius pérderent quam périisti e patriá tua,
Arístophontes, qui éx parata re ínparatam omném facis.
Occísast haec res, nísi reperio atrócem mi aliquam astútiam

HEGIO

Sequere: ém tibi hominem, adi átque adloquere.

TYNDARVS

Quís homost me hominum míserior?

ARISTOPHONTES

Quíd istuc est quod meós te dicam fúgitare oculos, Týndare,
Próque ignoto me áspernari, quási me numquam nóueris?
Équidem tam sum séruos quam tu, etsi égo domi libér fui,
Tu úsque a puero séruitutem séruiuisti in Álide.

---

531. Qua *BE* cominiscar *J*. comm. *vel* cõm. *ceteri* maxumas *OF*. maximas *BE* 532. insidias ineptas incipisso em 𝔖. ineptias incipisse (incepisse *OJFZ*) *libri* hereo *OF* (*)

Act. III Sc. 4 HEGIO . TYNDARVS ARISTOPHONTES *BEJ*. EGIO . TYNđ. ARISTOPHONTES *O* 533. HE͠ *praem.* B^2 proripuiisse *E* edibus *BEF* 534. TY͠ B^2. *om.* B^1E ego *om. Z* tindare *E* ei mihi *Lindemannus: cf. ad v. 535. om. libri* (*) 535. fatebor *Lindemannus.* fatebor? mihi *BOZ.* fatebor mihi *EJF: cf. ad v. 534* 536. sita est *libri* Quid *O* 537. dii *OJF* prius *s. v. O*

peristi *BEOJZ* 538. expata *E* imperatam (a *supra* e) *cum 2 litt. sp. B.* imparatam rem *Z.* imparatam *EJF* 539. Occisa est *libri* hec *EF* repperio *E* atrocem mihi *libri* (*invertit in B Camer. man.*)

540. *ante* em *1—2 litt. ras. B.* hem. *JFZ* alloquere *OFZ*

Quis *B.* quist *E* homonst *E* homo est *OFZ* (*) 541. ARI/t B^2. *om.* B^1 me os *E* tindare *E* 542. Proque, e *ex* a, *B.* Proquę *E*

543. sem *J* seruos *F.* seruus *ceteri* quantũ *E* et sego *J.* et si ego *B* 544. Tuusque B^1E (*disi.* B^2). Tu usquam *J* seruitutem seruitutẽ *E, sed m. 1 alt. del.* aulide *FZ*

HEGIO

Édepol minume míror, si te fúgitat aut oculós tuos
Aút si te odit, qui ístum appelles Týndarum pro Phílocrate.

TYNDARVS

Hégio, istic homó rabiosus hábitus est in Álide:
Né tu quod istic fábuletur aúris inmittás tuas.
Nám istic hastis ínsectatus ést domi matrem ét patrem
Ét illic isti qui ínsputatur mórbus interdúm uenit.
Proín tu ab istoc procúl recedas.

HEGIO

Vltro istum a me.

ARISTOPHONTES

Ain, uérbero?
Mé rabiosum atque ínsectatum esse hástis meum memorás patrem?
Ét eum morbum mi ésse, ut qui med ópus sit insputárier?

HEGIO

Né uerere: múltos iste mórbus homines mácerat,
Quíbus insputarí saluti fúit atque is prófuit.

ARISTOPHONTES

Quíd tu autem? etiam huic crédis?

HEGIO

Quid ego crédam huic?

ARISTOPHONTES

Insanum ésse me?

545. Edepol, l *ex al. litt., E* minime *libri* (hoc *in B adscr. Cam. ut vid.*) site *B*, si B^2 *in ras.* iste *E.* is^{si}te *O* (si O^2). is si te *JFZ* (*) 546. tindarum pro philocrate (e *ex* ẽ) *E* 547. istic *Luchsius Comment. pros. I (ed. Erl. a. 1884) p. 6 sq.* hic *libri* abitus *E* aulide *FZ* (*) 548. istuc *EF* aures *ex* auris O^1 immittas *libri praeter E* 549. hastis] istis *E* 550. qui insputatur *Pylades 'ex cod. ant.'* qui sputatur *libri* (quis putatur *E*) (*) 551. abstoc *J* 552. ||||atque||||*c corr. inter 2 litt. ras B* (*) 553. mihi *BFZ.* michi *E.* $\overset{i}{n}$ *O* med *Bothius.* me *libri* (*) 554. HE͠ B^2. *om.* B^1 istaec *Z* 555. iis *B ante corr. EZ.* his *B ex corr. JF* (*) 556. Quid tu autem? *pro* Quid, tu autem *Bothius* Quid ego *B.* Quid *om.* ego *J* m *ante* esse *er. in B*

TYNDARVS

Víden tu hunc, quam inimíco uoltu intúitur? concedi óptumumst.
Hégio, — id quod tíbi ego dixi — glíscit rabies: cáue tibi.

HEGIO

Crédidi esse insánum extemplo, ubi te áppellauit Týndarum.

TYNDARVS

Quín suom ipse intérdum ignorat nómen neque scit quí siet.

HEGIO

Át etiam te suóm sodalem esse aíbat.

TYNDARVS

Haud uidí magis:
Ét quidem Alcumeus átque Orestes ét Lycurgus póstea
Vna opera mihi súnt sodales qua íste.

ARISTOPHONTES

At etiam, fúrcifer,
Mále loqui mi audés? non ego te nóui?

HEGIO

Pol planum íd quidemst
Nón nouisse, qui ístum appelles Týndarum pro Phílocrate.
Quém uides eum ignóras: illum nóminas quem nón uides.

ARISTOPHONTES

Ímmo iste eum sese aít qui non est ésse et qui uerόst negat.

---

557. uoltu||||| (*1—2 litt. er.*) *B.* udt nù *E* intuitur *Bothius, Bentleius.* intuetur *BJFZ.* in (nuin) tuetur *E* optumumst *E.* optumunst *B.* optumum est *FZ.* optunum est *J* 558. id 𝕾. fit *BJ.* sit *E.* sic *FZ* (*) 559. apellauit *B* 560. Quin *Is. Pontanus.* Quia *BEFZ* suum *libri* interdum ipse *F* quid siet *J* (*) 561. Aut, *er.* u, *E* suum *libri* agiebat *E.* aiebat *BJFZ* haud||| uidi magis, *er.* i, *B.* audiui di magis *EJ.* audiui di (dii *F*) magni *FZ* 562. Alcumeus *Ribbeckius Annal. phil. t. LXXVII p. 193: atque* alc,[u] meus ([u] *er.*) *E*, alc|||meus *B ex corr.* alcmeus *J.* alcinous *FZ* aque *J* licurgus *EF.* ligurgus *BJ* (*) 563. At *B* 564. loqui mihi (michi *J*) *EJFZ.* mihi loqui mihi B^1. mihi loqui B^2 Pol *B* planum *B.* p[h]anum *E.* phanum *JF.* phanõ *Z* quidem est *BZ.* quidẽ *E.* quid est *JF* 565. nouisse, *alt.* s *e corr.*, *B* istum *om.* *JF* appellas *EJF* (*) 566. quem [.non.] uides *B* (: *rubr.*, non *ead. m. quae v. 377* rem) 567. ait *B ex ras. FZ.* aut *B ante ras. EJ* uero est *libri*

TYNDARVS

Tu énim repertu's, Phílocratem qui súperes ueriuérbio.

ARISTOPHONTES

Pól ego ut rem uideó tu inuentu's, uéra uanitúdine
Quí conuincas. séd quaeso hercle agedum áspice ad me.

TYNDARVS

Em.

ARISTOPHONTES

Díc modo:
Tún negas te Týndarum esse?

TYNDARVS

Négo inquam.

ARISTOPHONTES

Tun te Phílocratem
Ésse ais?

TYNDARVS

Ego inquam.

ARISTOPHONTES

Túne huic credis?

HEGIO

Plús quidem quam tibi aút mihi:
Nam ílle quidem, quem tu ésse hunc memoras, hódie hinc abiit Álidem
Ád patrem huius.

---

569. *Nonius p. 184, 2:* uanitudo pro uanitate Plautus 'pol ego ..... uanitudine'

---

568. TY *om. E* repertus *libri: corr. Lambinus* |||ueri uerbio (*1 litt. er.*) *B.* ueri uerbio *EJF* (*) 569. AR *om. E* utrem *B* inuentus *libri* uero a uanitudine *Nonius* 570. queso *EFB*[1] (quęso *ead. m. quae v. 566. 377*) age dum *BE* adme dic modo *JF* hem *Z*
571. Tun negas te *Bosscha.* Te negas *libri* tindarum *E* Tunte *B.* tu te *EZ.* tute *JF* philocrate *E* (*) 572. |||ais *B* (*1 litt. er.*). aias *E* TY *add. E*[2] Tune *B.* tu ne *E* Plus quidem quam tibi aut mihi *BJ.* Plus tibi quidem quam aut michi *E.* Tibi plus quidem quam aut mihi *Z.* Plus quidem quam tibi mihi aut *F* (*)
573. tu esse hunc memoras *Bothius.* tu hunc memoras (e *ex* æ *ut vid.*) esse *B.* tu memoras (o *E*[2] *ex* e *ut vid.*) esse *EJFZ* aulidem *FZ* (*)

ARISTOPHONTES

Quém patrem? qui séruos est.

TYNDARVS

Et tú quidem
Séruos es, libér fuisti: et égo me confidó fore,
Si húius huc recónciliasso in líbertatem fílium.

ARISTOPHONTES

Quíd ais, furcifér? tun te, gnatum íme, memoras líberum?

TYNDARVS

Nón equidem me Líberum, sed Phílocratem esse aió.

ARISTOPHONTES

Quid est?
Vt scelestus, Hégio, nunc íste te ludós facit.
Nám is est seruos ípse neque praetér se umquam ei seruós fuit.

TYNDARVS

Quía tute ipse egés in patria néc tibi qui uiuás domist,
Ómnis inueníri similis tuí uis. non mirúm facis:
Ést miserorum ut máleuolentes sínt atque inuideánt bonis.

ARISTOPHONTES

Hégio, uide sís, ne quid tu huic témere insistas crédere:
Átque ut perspició, profecto iám aliquid pugnae édidit:
Fílium tuom quód redimere se aít id ne utiquam míhi placet.

TYNDARVS

Scío te id nolle fíeri: eciciam támen ego id, si di ádiuuant.

---

574. Quem *B* seruos *F*. seruus *ceteri* (*item v. 575*) Et *B* 575. es *Fleckeisenus.* et *libri* 576. hunc *E* reconliasso *B* 577. ime memoras 𝔖. memoras *libri* (*) 578. Liberum *Pontanus Anal. I 13.* liberum *ed. vet.* Quid *B* 579. egio *E* iste te *Gruterus.* iste *libri* ? B^2 *in fine v.* (*) 580. preter *BF* se umquam *B*. eũ q̊ *E*. eum quisquam *JFZ* ei *s. v. in B ead. m., quae v. 377* seruos *F*. seruus *ceteri ante* fuit *4 litt. ras. in B* 581. tu te *E* do mist *B*. domi est *FZ* 582. inueniri *Camerarius.* inuenire *libri* tui *Fleckeisenus.* tibi *libri* (*) 583. misero|||rum *B* (o *et* r *e corr., 1 litt. er.*) male uolentes *BE* indeant *B* 584. AR *om. E* nequid *B* 585. ut perspitio *E*. ut prospicio *F*. perspicio *J* profecto iam *in* iam profecto *corr. m. rec. in B* ędidit *B* (*) 586. tuum *libri* quem *F* ne utiquam B^1 (*coni.* B^2). ne imq̃ *E*. ne inquam *JF*. ne unquam *Z* 587. TY *om. E* eficiam *E*. efficiam *BJFZ* ego, e *ex* i, *B* si dii *JF*. sibi *E* ad iuuant *E*

Íllum restituam huíc, hic autem in Álidem me meó patri:
Própterea ad patrem hínc amisi Týndarum.

ARISTOPHONTES

Quin túte is es:
Néque praeter te in Álide ullus séruos istoc nóminest.

TYNDARVS

Pérgin seruom me éxprobrare esse, íd quod ui hostili óptigit?

ARISTOPHONTES

Énim uero hau queo cóntineri.

TYNDARVS

Heus, aúdin quid ait? quín fugis?
Iám illic hic nos ínsectabit lápidibus, nisi illúnc iubes
Cónprehendi.

ARISTOPHONTES

Crúcior.

TYNDARVS

Ardent óculi: ui opust, Hégio.
Víden tu illi maculári corpus tótum maculis lúridis?
Atra bilis ágitat hominem.

ARISTOPHONTES

At pól te, si hic sapiát senex,
Píx atra agitet ápud carnuficem tuóque capiti inlúceat.

TYNDARVS

Iám deliraménta loquitur: láruae stimulánt uirum.

---

588. aulidem *FZ* meo *ex* memoro E^1 *et* E^2 589. tindarum *E* Quin *B* tu te *EF* 590. preter te *BF*. praeter . . te *J* aulide *FZ* seruos *F*. seruus *ceteri* nomię nest *E* est *FZ* 591. Pergim *E* seruon *F* in hostili *F* obtigit *JFZ* 592. AR *om. EJ* hau queo 𝕾. iam nequeo *libri* TY *om. JZ. 6 litt. sp. E* heus audin qui[d] ait B^2 *in ras.* (*ead.* quin fugis, qu *in ras., scr.*). hus (e *suprascr.*) inquid ait *E*. Heus tu quid agis *JFZ* (*) 593. Iam B^2 *in 6 litt. sp.* insectabitur *JF* illuc (n *suprascr.*) *B* ([n] B^2 *ut vid.*) 594. Conprehendi *B*. Cōpḥrehendi *E* crutior *E* ui opust 𝕾. fit opus *BEJ* (fune *m. Camer. in B*). fune opus est *FZ* (*) 595. Videntu *E* 596. Atrabilis *BE* agitant *J* 597. Pix atra *Lindemannus*. Atra pix *libri* aput *J* carnuficem *F*. carnificem *B* (a *ex* r) *et EJZ* capiti *ex* capite *J* illuceat *FZ* (*) 598. de liramenta *E* larue B^1EF (laruę B^2)

HEGIO

Heu,
Hércle. quid si hunc cónprehendi iússerim?

TYNDARVS

Sapiás magis.

ARISTOPHONTES

Crúcior lapidem nón habere mé, ut illi mastígiae
Cérebrum excutiam, quí me insanum uérbis concinnát suis.

TYNDARVS

Aúdin lapidem quaéritare?

ARISTOPHONTES

Sólus te solúm uolo,
Hégio.

HEGIO

Istinc lóquere, si quid uís: procul tamen aúdiam.

TYNDARVS

Námque edepol si adbítes propius, ós denasabít tibi
Mórdicus.

ARISTOPHONTES

Neque pól med insanum, Hégio, esse créduis
Néque fuisse umquám neque esse mórbum quem istic aútumat.
Vérum si quid métuis a me, iúbe me uincirí: uolo,
Dúm istic itidem uínciatur.

TYNDARVS

Ímmo enim uero, Hégio,
Ístic qui uolt uínciatur.

ARISTOPHONTES

Táce modo: ego te, Phílocrates

---

600 *sq. Osbernus p. 359:* mano as ·i· decurrere et inde uerbalia et haec mastigia ac ·i· monstrum quodlibet et dicitur mastigia quasi ex Styge manans, unde Plautus 'crucior . . . excutiam'

---

599. Heu, hercle $\mathfrak{S}$. Hercle *EJFZ*. Quid B^2 *in ras.* quid *sequenti deleto* conp̄hencli *E*. comprehendi *ceteri* (*) 600. Crutior *EJ* mastigie *BF* 601. concinat *EJZ*. con|||cinat, *1 litt. er. ac dein* c *et* a *e corr.*, *B* 602. Aud inlapidem *E* queritare *BEF* Solus *B* (*) 603. istinc *ex* istic *B* siquid *BE* 604. si habites *JF*. si addites *Z* hos denas abit *E*. os desañabit (al denasabit *in marg.*) *F* 605. med *Bothius*. me *libri* (insanum me *F*) creduis *E*, *sed* e *ex* u E^2 insanum esse credius *J* (*) 606. quem *in marg.* B^2 607. siquid *BE* uinciri *EFZ*. uincire *B*. uincinri *J* (*) 608. uĩtiatur (*del.* ˜) *E* uero *add.* B^2 609. uintiatur *E* Tace *B* te *s. v.* B^2. *om.*

Fálse, faciam ut uérus hodie réperiare Týndarus.
Quíd mi abnutas?

TYNDARVS

Tíbi ego abnuto?

ARISTOPHONTES

Quíd agat, si absis lóngius?

TYNDARVS

* * * * * * * * *

HEGIO

Quíd ais? quid si adeam húnc insanum?

TYNDARVS

Númgas: ludificábitur,
Gárriet quoi néque pes umquam néque caput conpáreat.
Órnamenta absunt: Aiácem hunc quóm uides, ipsúm uides.

HEGIO

Níhili facio, támen adibo.

TYNDARVS

Núnc ego omnino óccidi. —
Núnc ego inter sacrúm saxumque stó nec quid faciám scio.

HEGIO

Dó tibi operam, Arístophontes, sí quid est quod mé uelis.

ARISTOPHONTES

Éx me audibis uéra quae nunc fálsa opinare, Hégio.
Séd hoc primum me expúrigare tíbi uolo me insániam

B[1]*EJFZ* 610. fatiam *E* tindarus *EZ* longius *in fine huius v. EJFZ: cf. ad v. 611* 611. mihi (michi *J*) *libri* Tibi *B* abnuto, o *ex* u, *B* AR. *Lessingius: Tyndaro continuant libri* ab^s^is longius *B.* absis *EJFZ: cf. ad v. 610* (*) *Post hunc v. Tyndari verba quaedam intercidisse praeeunte Fleckeiseno significavit* 𝕾 *ad hoc exemplum:* Quin hic te uidet insanum esse, et si non absit longius (*) 613. HE͠ *B*[2] (H *in ras.*). AR͠ *E* qđ si ad eam *E* Nugas *B: post quam vocem recte distinxit Acidalius Div. p. 88* ludificabit *Z* 614. quoi *Acidalius l. s. s.* quod *BJZ.* in quo *F* unquam *BF* capu^t^d *E* cõpareat *vel* comp. *libri* (*) 615. Ornamenta *BF.* Hortamenta *J.* Ortamenta *E.* armenta *Z* quom *F.* cum *ceteri* (*) 616. HE͠ *B*[2] *in ras.* AR͠ *E* Nihili *Lambinus.* Nihil *BFZ.* Nichil *EJ* fatio *E* Nunc *B* omnino ego *F* 617. ergo *EJZ* fatiam *E* (*) 618. HE͠ *B*[2] *in ras.* AR͠ *E* siquid *BE* 619. AR͠ *B*[2]. *om. EF* 620. h̃ *E.* hec *JF* ne *F. om. Z* expurigare *Ritschelius Opusc. II p. 431.* ex purgare *B.* expurgare *EFZ.* expugnare *J* *post* tibi *3 litt. spat. E* (*)

Néque tenere néque mi esse ullum mórbum, — nisi quod séruio.
Át ita me rex deórum atque hominum fáxit patriae cónpotem,
Vt istic Philocratés non magis est quam aút ego aut tu.

HEGIO

Eho díc mihi,
Quís illic igitur ést?

ARISTOPHONTES

Quem dudum díxi a principió tibi,
Hóc si secus repéries, nullam caúsam dico, quín mihi
Ét parentum et líbertatis ápud te deliquió siet.

HEGIO

Quíd tu ais?

TYNDARVS

Me túom esse seruom et té meum erum.

HEGIO

Haud istúc rogo.
Fuístin liber?

TYNDARVS

Fúi.

ARISTOPHONTES

Enim uero nón fuit, nugás agit.

TYNDARVS

Quí tu scis? an tú fortasse fuísti meae matri óbstitrix,
Qui íd tam audacter dícere audes?

ARISTOPHONTES

Púerum te uidí puer.

---

626. *Huc rettulit Deuerlingius Placidi glossam p. 32, 16:* deliquio: oblivio*: maiore saltem probabilitate quam p. 84, 7* (tenax) *v. 289 et p. 7, 11* (aequabiles) *v. 302 adscripsit*

---

621. nu *J.* mi *ceteri* 622. |||| At (*pers. nota er.*) *BE* faxit, x *e corr., B* opotem *E.* compotem *ceteri* 623. autu *E* Eho *B.* eho *E* 624. Quem *B* a principio dixi *F* 625. sicecus J^1 (*corr.* J^2) repperies *E* michi *E* 626. aput *J et B ante corr.* de liquio *E.* deli|||quio, *cr.* n, *B* fiet *B* (*corr. m. Camer.*) (*) 627. tuas *E* Me *B* tuum *libri* seruon *F.* seruum *BEZ* Haud istuc rogo *proximis adplicant libri: corr. Pylades* 628. Fui *B* Enimuero *B* 629. an||, e *ut vid. er., E* obstetrix *JFZ* (*) 630. qui (quid *EJF*) id tam *in fine v. 629 libri: corr. Pylades* Puerum *B*

TYNDARVS

Át ego te hodie uídeo maior máiorem: em rursúm tibi.
Meám rem non curés, si recte fácias: num ego curó tuam?

HEGIO

Fúitne huic patér Thensaurochérsinicochrýsides?

ARISTOPHONTES

Nón fuit, neque égo istuc nomen úmquam audiui ante húnc diem.
Phílocrati Theodóromedes fuít pater.

TYNDARVS

Pereó probe.
Quín quiescis? í dierectum, cór meum, ac suspénde te:
Tú subsultas, égo miser uix ádsto prae formídine.

HEGIO

Sátin istuc mihi éxquisitumst fuísse hunc seruom in Álide
Néque esse hunc Philocratém?

ARISTOPHONTES

Tam satis quam númquam hoc inueniés secus.

HEGIO

Tum ígitur ego derúncinatus deártuatus súm miser

---

640. *Nonius p. 95, 17:* deartuare est quasi per artus concidere. Plautus Captiuis 'tum igitur . . . . miser' *Osbernus p. 8:* ab arceo hic artus tus, unde . . . . et artuo as, quod non est in usu, sed componitur . . . . et deartuo ac similiter pro diuidere et inde deartuatus a

---

631. hodie 𝔖. *om. libri* hem *libri: corr. Brixius* tibi rursum *F* (*)
632. meam rem *in fine v. 631 libri: corr. Pylades* (Rem meam *invertens*) fatias *E* Num *B*. arist. num *F* cura *E* tua *BEZ*
633. fuitne huic *in fine v. 632 libri: corr. Pylades* thensauro (theusauro *E*. thesauro *FZ*) chrysonico chrysides *libri: cf. ad. v. 285* (*)
634. non fuit *in fine v. 633 libri: corr. Pylades* nomen *ex* nomem *B* unquam *BF* 635. theodoro medes $B^1 J$ (*coni.* B^2) Pereo *B*
636. Quin *B, sed* ui B^2 *in ras.* i *Gulielmius Qu. in Capt. p. 357: om. libri* dic rectum $B^1 E$ (*coni.* B^2). di . erectum *J*. dic ereptum *F* (*)
637. sussultas *B* (as B^2 *e corr.*) *Z*. sus sultas *E*. susultas *F* adsto *F*. asto *ceteri* preformidine *BF* 638. Satin *E, sed* atin E^2 *e corr.* Satine *J* istuc *om. JF* ex quisitum *B* est *libri* seruon *F*. seruum *ceteri* aulide *FZ* 639. esse *add.* E^2 phicocratem *B ante corr.* Tam *B*. Iam *J*. ta *E* nunquam *BJF* inuenies hoc *JF* *Post hunc versum in libris sequitur, quem post v. 644 collocavit* 𝔖 (*) 640. igitur *ex* ego *B* deruncinatus *membr. Turn.: cf. Adv. XIV 7.* erumnatus *BEFZ*. erumpnatus *J*. deunciatus *Non. Harl.*^{2} *cum. Guelf.* deuniatus *Harl.*^{1}. denuciatus *Par.* deunctus *Leid.* de artuatus *J*. dearmatus *Z* (*)

Huíus scelesti téchinis, qui me ut lúbitumst ductauít dolis.
Séd uide sis.

ARISTOPHONTES

Quin éxploratum díco et prouisum hóc tibi.

HEGIO

Cérton?

ARISTOPHONTES

Quin nihil, ínquam, inuenies mágis hoc certo cértius:
Phílocrates iam inde úsque amicus fuít mihi a pueró puer.
Séd ubi is nunc est?

HEGIO

Vbi ego minume atque ípsus se uolt máxume.
Séd qua faciest túos sodalis Phílocrates?

ARISTOPHONTES

Dicám tibi:
Mácilento ore, náso acuto, córpore albo, oculís nigris,
Súbrufus aliquántum, crispus, cíncinnatus.

HEGIO

Cónuenit.

TYNDARVS

Vt quidem hercle in médium ego hodie péssume procésserim:
Vaé illis uirgis míseris, quae hodie in térgo morientúr meo.

HEGIO

Vérba mihi data ésse uideo.

TYNDARVS

Quíd cessatis, cónpedes,
Cúrrere ad me méaque amplecti crúra, ut uos custódiam?

---

um, unde Plautus in Captiuis 'ego erumnatus et deartuatus sum miser' *idem p. 193:* aerumpnatus inops factus. Plautus 'aerumpnatus . . . . miser' 641. *Huc rettulit Loewius Anal. Pl. p. 211 glossam* techinis: fraudibus dolis *Osbernus p. 160:* ducta as uerb. frequent., unde Plautus in Captiuis 'hic me ut libitum est ductauit dolis'

---

641. techinis *Ritschelius Opusc. II p. 477: cf. testim.* thechnis *BE.* tech.nis *J.* technis *FZ* est *libri* 642. Quin *B* tibi *B, sed* ti *e corr.* B^2 643. Qui nihil *B.* qui nichil *E* inquam B^2 *ex* inuenies *ut vid.* imquam *E.* unquam *Z* certotercius *J* 645. *Hic v. in libris extat post v. 639 (v. s.), ubi* HE *praem. BE, om. nota ante* ubi (*sed* Vbi *B*) nunc is *F* minime *libri* maxime *E* 646. fatie *E* tuus *libri, sed* tuis E^1 (*corr.* E^2) Dicam *B* 647. oculis *Guietus, Bothius, Bentleius.* et oculis *libri* 648. Subruffus *F* *post* aliquantum *distinguunt FZ* cicinnatus *EZ.* cinnatus *J* Conuenit *B* (*) 650. Ve *BEF* illi *Z* 651. Quid *B* compedes *libri* 652. meaque, *priore* e *ex* a, *E* crura *B, sed* crur B^2 *in ras.*

HEGIO

Sátine me illi hodié scelesti cápti ceperúnt dolo?
Íllic seruom se ádsimulabat, híc sese autem líberum.
Núculeum amisí, retinui pígneri putámina.
Íta mi stolido súrsum uorsum os súbleuere offúciis.
Híc quidem me numquam ínridebit. Cólaphe, Cordalió, Corax,
Íte istinc, ecférte lora.

LOLARII

Núm lignatum míttimur?

HEGIO. LOLARII. TYNDARVS. ARISTOPHONTES

HEGIO

Inícite huic manicas máxumas mastígiae.

TYNDARVS

Quid hoc ést negoti? quíd ego deliquí?

HEGIO

Rogas?
Satór sartorque scélerum et messor máxume.

---

655. *Nonius p. 137, 29:* putamina non solum arborum sunt, uerum omnium rerum purgamenta: nam quidquid ex quacunque re proicitur, putamen appellatur. Plautus in Captiuis 'nuculeum .... putamina' *Donatus ad Ter. Ad. V 3, 10:* putemus] tractemus, purgemus: nam et hinc putamina purgamenta dicta sunt, ut Plautus in Captiuis ait 'nucleum .... putamina' *Osbernus p. 450:* hoc putamen nis ·i· alicuius materiae recisio, unde Plautus in Captiuis 'nucleum amisi reliqui pignori putamina' 661 *sqq. Nonius p. 7, 24:* sartores

---

653. Satine *inter alia Ritschelius N. Exc. Pl. I p. 94 adn.* Santin *B.* Satin *EFZ* hodie illi *F* capiti *B ante ras. JZ* cæperunt *B.* coeperunt *J* (*) 654. seruon *F.* seruum *BEZ* sese *F* adsimulabat *F.* assimulabat *BEZ* se se *E* 655. Nuculeum *B cum Nonio.* Nucleum *EJFZ cum Donato* retinui *Donatus.* reliqui *BFJ cum Nonio.* reliquit *FZ* pigneri *Nonius.* pignori *libri.* pignoris *Don. ed. princ.* (*) 656. mihi *libri* (michi *J*) uersum *B.* uorsus *F.* uersus *EJZ* subliuere *B*[1]*EJFZ* (*corr. B*[2]) offutiis *EJ.* officiis *B ante corr.* (*) 657. irridebit *libri* 658. Iste *E* istinc *Guietus, Bothius.* istinc atque *libri* ec ferte *BE.* haec ferte *J.* hec ferte *F* CO *BEZ.* COLAPH. *JF* Num *B* (*)

Act. III Sc. 5 HEGIO (EGIO *JFZ*). LORARII. (Lorarius *Z. om. F*). TYNDARVS. ARISTOPHONTES (ARISTOPHOFONTES *J*) *BEJFZ* 659. HE *praem. BE* Inicite, icite *in ras., B.* Iniicite *FZ* maxumas *Spengelius Philol. XXXVII p. 442. om. libri* mastigie *BF* (*) 660. negotii *BEZ.* negocii *JF* Rogas *B* 661 Sator satorque *EJZ.*

TYNDARVS

Non óccatorem dícere audebás prius?
Nam sémper occant príus quam sariunt rústici.

HEGIO

At ut étiam confidénter mihi contra ádstitit!

TYNDARVS

Decet ínnocentem uél seruom atque innóxium
Confídentem esse suom ápud erum potíssumum.

HEGIO

Adstríngite isti súltis uehementér manus.

TYNDARVS

Tuós sum: tu has quidém uel praecidí iube.
Sed quíd negotist? quam ób rem suscensés mihi?

HEGIO

Quia mé meamque rém, quod in te unó fuit,
Tuís scelestis fálsidicis falláciis
* * * * * *
Delácerauisti deártuauistíque opes,

---

dicti non solum a sarciendo, uerum etiam a sariendo (serendo *libri*). Plautus in Captiuis 'sator .... maxume'. et in sequentibus aperuit 'non .... rustici' 672 *sq. Nonius p. 95, 17* (*cf. ad v. 646*): deartuare . . . idem in eadem 'deartuasti dilacerauisti atque opes confecisti'

---

sartor satorque *Nonii Harl.* sartor que scelerum (l *e corr.*) *B* maxime *E* 662. Non *om. EJFZ* hoccatorem *E* debebas E^3*FZ* prius audebas dicere *Nonius* 663. *Post* prius *3—4 litt. spat. E* sariunt *Nonii Harl.*^{2} *cum Bamb. aliis.* sarriunt *BEJF* (*ex* sarciunt) *Z* (*) 664. HE *om. E* At ut etiam 𝕾. At ut *libri* michi *E* astitit, *prima* t *e corr., B.* adsistit *F.* astitit *ceteri* (*) 665. uel 𝕾. *om. libri* seruum *F* (*) 666. suum *libri* aput *J* potissimum *BE.* postissimum *J* 667. adstringinte *J.* astringite *FZ* sultus *E* 668. Tuus sum *BEJZ.* Tuus seruus *F* tu has E^3*JF.* tuas *B*E^1*Z* precidi (*alt.* i B^2 *in ras.*) *BEF* (*) 669. negoti est B^1*E.* negotii est B^2. negocii est *JF.* negotii *Z* quam obrem *B.* quam obsem *E* suscensus (e *supra* u) *E.* succenses *BJFZ* michi *E* 670. inte *BE.* te in *F* 671. falsis dicis *E* fallatiis (ii *ex* u) *B* *Lacunam signavit* 𝕾 *ad hoc exemplum:* Perturbauisti perdidisti funditus. 672. de artua uistique *E* *Cf. testim.* (*)

Confécisti omnis rés ac rationés meas.
Ita mi éxemisti Phílocratem falláciis.
Illum ésse seruom crédidi, te líberum:
Ita uósmet aiebátis itaque nómina
Intér uos permutástis.

TYNDARVS

Fateor ómnia
Facta ésse ita ut tu dícis et falláciis
Abiísse eum abs te méa opera atque astútia:
An, óbsecro hercle te, íd nunc suscensés mihi?

HEGIO

At cúm cruciatu máxumo id factúmst tuo.

TYNDARVS

Dum ne ób malefacta péream, parui exístumo.
Si ego híc peribo, ast ílle ut dixit nón redit,
At erít mi hoc factum mórtuo memorábile
Me méum erum captum ex séruitute atque hóstibus
Reducém fecisse líberum in patriam ád patrem,
Meúmque potius mé caput perículo
Praeóptauisse quam ís periret pónere.

HEGIO

Facito érgo ut Accherúnti clueas glória.

---

673. omnes *B* 674. mihi *libri* (michi *J*) ex emisti *B, sed* x B^2 *e corr.* et emisti *EJ.* emisisti *FZ* fallatiis *BE* 675. seruon *F* credi te *B.* (*corr. m. Camer.*) credite *E* 676. uos met *E* itaque uos *F* nomina, *post 2 litt. ras. et* om *e corr. B* (*) 677. Ita (n supra) ter *E* p mutastis *B* Fateor *B* 678. ut tu *Camerarius* (*etiam in B*). ut *libri* fallatiis *BE* 679. Abisse *BEJ* astucia *B* 680. succenses *JFZ* 681. crutiatu maximo *E* factumst *E.* factum est *BFZ* 682. male facta *E* existumo *Bothius.* estumo *EJF.* estimo *BZ* (*) 683. rediit *F* (*) 684. mihi *libri* (michi *E*) 685. Me meum *Fleckeisenus, Bentleius.* Meum *libri* herum *JFZ* (*) 686. Reduce *E* *Versibus* 677—689 *binos v. coni. J, v.* 687—690 *item BE, dein v.* 691—725 *his verbis versus terminantur:* sutelas, praedicent, faxis, afforet, negotii, patria, uelim, malam, quicquam, mihi, prosunt, seruatum, meus, recte, tuo, emitteresne, responde, fidelior, nuperum, illi, petito, compedes, lapidarias, confeceris: *corr. Pylades* 687. capud *E* periclo *BEJ* 688. preoptauisse *BF.* promptauisse *Z* perieret *F* (*) 689. acherunti *BEZ.* acheronti *F.* acherunta *J* dueas B^1 (cl B^2). ducas *EJFZ* gloriam *JFZ*

TYNDARVS

Qui pér uirtutem périt, abit, non ínterit.

HEGIO

Quando égo te exemplis péssumis cruciáuero
Atque ób sutelas tuás te Morti mísero,
Vel te ínteriisse uél periisse praédicent:
Dum péreas, nihil intérdico aiant uíuere.

TYNDARVS

Pol si ístuc faxis, haúd sine poena féceris,
Si ille húc rebitet, sícut confido ádfore.

ARISTOPHONTES

Pro di ínmortales: núnc ego teneo, núnc scio
Quid hoc sít negoti: méus sodalis Phílocrates
In líbertatest ád patrem in patriá domo.
Benést: nec quisquamst mi aéque melius quoí uelim.
Sed hóc mihi aegrest me huíc dedisse operám malam,
Qui núnc propter me méaque uerba uínctus est.

HEGIO

Votuín te quicquam mi hódie falsum próloqui?

---

690. *Nonius p. 422, 4:* perire et interire plurimum differentiae habet quod perire leuior res est et habet inuentionis spem et non omnium rerum finem. Plautus Captiuis 'qui per . . . . interit' *Osbernus p. 189:* a pereo perito as ·i· perire uerb. frequent., unde Plautus in Captiuis 'quod per uirtutem peritat non interit'
703. *Osbernus p. 619:* uoueo . . . inde . . . et uoto as ·i· uouere . . . Plautus 'uotaui te ego quicquam hodie falsa proloqui'

---

690. perit abit 𝕾: peritat *BEJFZ.* perit at (*sic Harl. Leid.*[1] aut *Leid.*[2] *al.*) *Nonius* (*) 691. extemplis *J* pessumus *J.* pessimis *E* cruciauero *Bothius.* excruciauero *libri* (excretiauero, u *supra* e, *E*) (*) 692. obsutelas *BE.* obsubtelas *J* morti *vulgo* 693. predicent (c *ex* d *ras. E*) *BEF* 694. nichil *E* aiant *Fleckeisenus.* dicant (*ex* dicat *J*) *libri* (*) 695. pena *EF* 696. rebitet *quidam apud Pareum.* redibit et *libri* confide *J* affore *Pius.* afforet *BEFZ.* aud (?) *J* (*) 697. dii *JF* immortales *BFZ* 698. qđ *E.* quod *Z* hoc sit *Bothius.* sit hoc *libri* negotii *B*[2]*EJ.* negocii *FZ* philo crates *B* (*) 699. est *libri* inpatria, a *ex* r, *B* domo 𝕾: *cf. Stichi v. 406. Merc. 831. om. libri* 700. Bene est *libri* est mihi (michi *J*) *libri* ęque melius cui *BEZ.* atq; quoi melius *F* (*) 701. aegre (egre *EF*) est *libri* dixis *ante* dedisse *m. 1 del. in E* 703. Votuin te *Pareus.* Votu inte *B*[1]*E* (*coni. B*[2]). Votauin te *J.* Vetauin te *F.* Vetuin te *Z* quicquam, c *ex al. litt., B.* quiqnam *E* Mihi *BEFZ.* michi *J* (*)

TYNDARVS

Votuísti.

HEGIO

Quor es aúsus mentirí mihi?

TYNDARVS

Quia uéra obessent ílli quoi operám dabam:
Nunc fálsa prosunt.

HEGIO

Át tibi oberunt.

TYNDARVS

Óptumest:
At erúm seruaui, quém seruatum gaúdeo,
Quoi mé custodem addíderat erus maiór meus.
Sed málene id factum tu árbitrare?

HEGIO

Péssume.

TYNDARVS

At ego áio recte, qui ábs te sorsum séntio:
Nam cógitato, sí quis hoc gnató tuo
Tuos séruos faxit, quálem haberes grátiam?
Emítteresne nécne eum seruóm manu?
Essétne apud te is séruos acceptíssumus?
Respónde.

HEGIO

Opinor.

TYNDARVS

Quór ergo iratús mihi's?

HEGIO

Quia illí fuisti quám mihi fidélior.

704. Votuisti *Pareus.* Votauisti *BEJ.* Vetauisti *F.* uetuisti *Z* quor *F.* Cur *BJZ.* Cũ *E* (*hoc non* ·he· *rubr.*) 705. quoi *FZ.* cui *BE* 706. optũ est *E.* Optume est *BJ.* optumũst *Z.* optumum est *F* 707. ad *E* serua tum *J* Gaudeo *B, sed* Gaud *in 3 litt. ras.* B^2 708. quoi *F.* cui *BEZ* seruatũ *post* custodem *del. m. 1 in E* 709. male ne *E* tu *Pylades. om. libri* (*) 710. seorsum *FZ* (*) 711. siquis *BE* 712. Tuus seruos *F.* tuus seruus *BEZ* (*) 713. emitteres ne *E* Nec ne *BE* seruum *libri* (*) 714. esset ne *BEF* aput *J* acceptissimus *BE* 715. Oppinor *E.* opinior *J* Quor *F.* Cur *BEJZ* ingratus *JF* mihi es *libri* 716. (*)

Tyndarvs

Quid tu? úna nocte póstulauisti ét die
Recéns captum hominem núperum nouícium
Te pérdocere, ut mélius consulerém tibi
Quam illí quicum una a púero aetatem exégeram?

Hegio

Ergo áb eo petito grátiam istam. dúcite,
Vbi pónderosas crássas capiat cónpedis:
Inde íbis porro in látomias lapidárias:
Ibi quom álii octonos lápides ecfodiúnt, nisi
Cottídiano sésquiopus conféceris,
Sescéntoplago nómen indetúr tibi.

---

717 *sq. Nonius p. 143, 10:* nuperum pro recenti positum ab eo quod est nuper id est ante non multum temporis. Plautus Captiuis 'quid tu . . . . . nouicium' *Priscianus inst. III p. 96, 3 H.:* nomen enim positiuum (*scil.* superlatiui nuperrimus) in us desinit ut Capro uidetur nuperus cuius accusatiuum Plautus profert in Captiuis 'recens . . . . . nouicium' et bene ut super superus sic nuper nuperus debet esse (*cf. XIIII p. 44, 9 H.:* inferus ueluti nuperus quod approbat Caper)*: v. Osannus de Flavio Capro p. 12* *Osbernus p. 376:* nouicius a um, quod aliter dicitur nuperus a um tractum ab hoc aduerbio quod est nuper, unde Plautus in Captiuis 'postulauisti hominem nuperum atque nouicium' et dicitur nuperus nuper adueniens, nouicius autem ad noua paratus 723. *Osbernus p. 329:* latoma ubi lapides caeduntur Plautus 'ibis pol in latomas lapidarias'

---

717. Qđ *E* Quid tu? *Seyffertus Stud. Pl. p. 18.* Quid? tu *vulgo* 718. captum, t *ex* s, *E* nuperum nouicium *Nonius.* nuperum et nouicium *libri cum Prisciano, nisi quod* nuper Et nouici ¦ um, *1 litt. er., B* (nuperum *m. Camer.*), nuperum *in fine v. om. E,* nouitium *EF,* et nuperum et nouitium *Z* 720. Qui cum *BEF* una a *Pylades, B m. Cam.* una *libri* etatem *BEF* exegeram *B, sed* egera B^2 *in ras* 721. habeo *J* gratiam istam *Pylades, B m. Camer.* Istam gratiam *libri* Ducite *B* (*) 722. c̃pedes *E.* compedes *BFZ.* 723. inlatomias, s *ex* m, *E* 724. cum *F* octo^n^nos (octo^n B^2, ^{n} *ob litt.* on *ligaturam*) *B.* octo nos *J.* octones *F* effodiunt *BEFZ. om J in fine v. post* nisi *apex er. B* nisi *huc traxit Bentleius ad Ter. Heaut. IV 5, 7, ad v.* 725 *Pylades* (*) 725. Cottidiano *Gulielmius Qu. in Capt. p. 357 ex libris, Lipsius ad Tac. Ann. IV p. 115.* Cotidianos *BEJ.* quotidianos *F.* cotidianus *Z* sesquiopus *Z.* ses que opus *BJ.* es q' opus *E.* sequiopus *F* confeceris] quem feceris *J* 726. Ses cento plago *B.* sescento plago *E.* sextento plago *J.* sexcentoplago *FZ* uidetur *J* tibi] mihi *F*

ARISTOPHONTES

Per deós atque homines égo te obtestor, Hégio,
Ne tu ístunc hominem pérduis.

HEGIO

Curábitur:
Nam nóctu neruo uínctus custodíbitur,
Intérdius sub térra lapides éximet.
Diu ego húnc cruciabo, nón uno absoluám die.

ARISTOPHONTES

Certúmnest tibi istuc?

HEGIO

Nón moriri cértius.
Abdúcite istum actútum ad Hippolytúm fabrum,
Iubéte huic crassas cónpedis inpíngier:
Inde éxtra portam ad meúm libertum Córdalum
In lápicidinas fácite deductús siet.
Atque húnc me uelle dícite ita curárier,
Ne quí deterius huíc sit quam quoi péssumest.

TYNDARVS

Quor égo te inuito me ésse saluom póstulem?
Perículum uitae meaé tuo stat perículo.
Post mórtem in morte níhil est quod metuám mali.
Et sí peruiuo usque ád summam aetatém, tamen
Breue spátiumst perferúndi quae minitás míhi.

---

727. te ego *EZ* ob testor *J* 728. istunc, c *ex* t *ras.*, *E*. ist^{n}uc *B* (n B^2) Curabitur *B* *V*. 729—745 *his voc. terminantur in BEJ:* eximet, istuc, fabrum, meum, siet, sit, postulem, in morte, tamen, mihi, uale: *corr. Pylades* 728. nocte *J ante corr.* 730. inter diu *E*. interdiu *JFZ* eximet *add.* B^2 *ut vid.* 731. ego hunc *F*, *Pylades*. hunc ego *BEZ*. hunc ergo *J* crutiabo *E* 732. Certumne (Certum ne *BF*) est *libri* cercius *B*. certius *cum 4—5 litt. spat. E* (*) 733. ac tutum *EJ* ippolytum *F*. yppolitum *BEJ* 734. Iube te *E* compedes *libri* impingier *Z*. impigier *F* 735. ex tra *B* cordalium *JF* 736. diductus *BEF* 737. me uelle dicite ita *Fleckeisenus*. ita me uelle dicite (ducite *E*) *libri* (*) 738. Nequid *EJFZ* quoi *FZ*. cui *BE* pessume est *libri* 739. Quor *F*. cur *BEJFZ* saluum *libri* 740. Periculum *libri, corr. Pylades* (*) 741. inmortē *E, ut vid.* Nichil est quid *E* mali, a *ex* e, *E* (*) 742. Et si *Brixius*. Etsi *vulgo* & si p uiuo *ras. ex* & supuiuo *E*. etsi super uiuo *B* etatem *EF* (*) 743. spatium (spacium *BEZ*) est *libri* michi *E*

Vale átque salue, etsi áliter ut dicám meres.
Tu, Arístophontes, dé me ut meruisti, íta uale:
Nam míhi propter te hoc óptigit.

HEGIO

Abdúcite.

TYNDARVS

At únum hoc quaeso, si húc rebitet Phílocrates,
Vt mi éius facias cónueniundi cópiam.

HEGIO

Periístis, nisi iam hunc é conspectu abdúcitis.

TYNDARVS

Vis haéc quidem herclest ét trahi et trudí simul. —

HEGIO

Illic ést abductus récta in phylacam ut dígnus est.
Ego illís captiuis áliis documentúm dabo,
Ne tále quisquam fácinus incipere aúdeat.
Quod ábsque hoc esset, quí mihi hoc fecít palam,
Vsque óffrenatum suís me ductarént dolis.
Nunc cértumst nulli pósthac quicquam crédere:
Satis súm semel decéptus: speraui miser
Ex séruitute me éxemisse fílium —
Ea spés elapsast. Pérdidi unum fílium,
Puerúm quadrimum quém mihi seruos súrpuit:
Neque eúm seruom umquam répperi neque fílium:

744. et si *B*. etiamsi *F* 745. meruisti isti ita *E* *V*. 746—749. 752—759 *binos v. coniungit J*, *v.* 758 *sq. etiam BE* 746. hoc te *Z* optigit *EJ*. obtigit *BFZ* Abducite *B* (*) 747. Atque, *cr.* que, *B*. Aut *J* unum, *alt.* u *e corr.*, *B* queso *BEF* huc *om. J* rubitet *ut vid. E*. redicet *F* 748. mihi *BEFZ* conueniundi, iu *ex* ie *B*, *ex* icu *E* 749. Peristis *BEJF* ni *J* iam hunc *Pylades*. hunc iam *libri* (*) 750. hercle est *libri* 751. inphilacam ut *BE*. inphilatamut *J*. in philacham ut *F* 752. captiuus *J* 753. Natale *E* incipere, c *ex* p, *B* 754. michi *E* 755. offrenatum *Gulielmius Veris. III 1 p. 299 itemque Acidalius*. ofere natum *B*. offerre natum *EJFZ* 756. certum est *BEFZ* posthac *Bothius ex Guelf.* post haec (hęc *E*. hec *F*) *libri* 757. deceptis *E* 758. seruite, e *extrema in 3 litt. ras.*, *B* me *om. J* ex emisse *B* 759. eabsa est *B e corr.* elapsa est *B ante corr. cum ceteris* 760. seruus *BE* surpuit *Camerarius*. surripuit *BJFZ*. subripuit *E* 761. seruon *F*. seruum *B* (*alt.* u *e corr.*) *E* unquam *BF* reperi *J* repperi umquam *E* nec *JFZ* (*)

Maiór potitus hóstiumst. quod hoc ést scelus?
Quasi in órbitatem líberos prodúxerim.
Sequere hác : redducam te úbi fuisti. néminis
Miserére certumst, quía mei miseret néminem.

ARISTOPHONTES

Exaúspicaui ex uínclis : nunc intéllego
Redaúspicandum esse ín catenas dénuo.

---

762. *De Nonio p. 498, 25 cf. ad v. 92* 764 *sq. Nonius p. 143, 14:* neminis positum pro nullius. Plautus captiuis 'neminis me (me *om. Harl.*[1]) miseret nam me miseret neminem' *Cominianus apud Charisium II p. 159, 33 = Diomedes I p. 333, 33 = Excerpta [ex arte Charisii] ex cod. Bob. p. 561, 17 K.:* conuincitur uero haec opinio (*scil.* nemo pronomen non habere genetiuum) auctoritate Plauti qui ita dixit in Captiuis 'neminis . . . . . neminem' *Charisius I p. 138, 7 K.:* neminis Plautus in Captiuis 'neminis misereri certum est' *Priscianus inst. II p. 106, 7 H.:* neminis . . . Plautus in Captiuis 'neminis . . . . . nemo' *Quae testimonia ad Caprum redeunt. Ceterum cf. Reblinius l. s. s. p. 45*

---

762. potitus *B in ras.* hostium est *libri*. quid *J* 763. filios *JF* per duxe|||rim, x *er., E.* perduxerim *JFZ* *V.* 764—767 *his vocibus terminantur in BEJ:* certum est, uinculis, denuo*: corr. Pylades* 764. reducam *libri* Neminis *B* 765. Miserere *Spengelius ad Truc. II 1, 13 (223).* misereri *libri* (mifereri *E*) *cum grammaticis, nisi quod* me miseret *Nonius* certum *Priscianus.* certum est *libri cum ceteris praeter Nonium* Quia B^1. Quia mei B^2*EJFZ cum grammaticis, nisi quod* qua me *Diom. ABM,* qui me *cod. Bob.,* nam me *Nonius* (miseret mei *Prisciani A*) nemine *Charisii N.* nemo *Z cum Prisciano* (*) 766. AR. *Pylades: Hegioni continuant libri* *Verba* exauspicaui ex uinculis *om. B* (*add. m. Camer.*) exauspiscaui *E* uinculis *EJFZ: corr. Lambinus* 767. redauspicandum, spi *e corr. B* catenis *F* (*)

ACTVS IV

ERGASILVS

Iúppiter supréme, seruas mé measque augés opes:
Máxumas opímitatis ópiparasque offérs mihi:
Laudém lucrum, ludúm iocum, festíuitatem férias,
Pompám penum, potátionis sáturitatem, gaúdium.
Néc quoiquam homini súpplicare núnc certumst mihi quód domist:
Nam uél prodesse amíco possum uél inimicum pérdere.
Íta hic me amoenitáte amoena amoénus onerauít dies:
Síne sacris heréditatem sum áptus ecfertíssumam.
Nunc ád senem cursúm capessam hunc Hégionem, quoí boni
Tantum ádfero, quantum ípse a diuis óptat atque etiam ámplius.

---

769. *Nonius p. 146, 5:* optimitas ab optimo Plautus Asinaria ... idem Captiuis 'maximas .... mihi'*: cf. Reblinius l. s. s. p. 43*
769. *Osbernus p. 390:* opiparus a um ·i· habundans, unde Plautus in Captiuis 'opes maximas opiparasque offers mihi'

Act. IV Sc. 1 PARASITVS ERGASILVS *B*². PARASITVS ERGA IllOS. (S ERGA IllOS. *in ras.*) *E*. ERGASILVS. PARASITVS *JFZ* 768. Iupiter *F* suppreme *B* (*alt* p *e corr.*) *et E*. supre me *J* meas que *B* 769. Maximas *BEJ* opimitates *B*. opimates *EZ*. epimates *J*. optimitas *Nonius*. optimitates *F* opiparas que *B*. opi parasque *EJ* offert *Nonius* michi *E* 770 *sq. Sic distinxit* 𝔖*:* Laudem, lucrum, ludum, iocum *etc. vulgo* potationes *JFZ* 772. Hec *F* cuiquam *BE* me nunc *JF* certum est *libri* mihi quod domist 𝔖 *conl. Rud. 1335. Bacch. 225. Mil. 190 sq.* mihi *libri* (michi *E*) (*)
773. Nam †, † *in ras., B* (*) 774. *Trochaice Spengelius l. s. s. p. 444: iambice vulgo* me dies *Z* ᵃmoenitate *B*. moenitate *E* onerauit *B*² *in ras.* honerauit *J* dies *Pylades ducc Z*. mihi *BEJF*. me *Z* 775. hęreditatem *B* adeptus *JFZ* effertissumam *F*. effertissimam *BEJZ* (*) 776. legionem *E* cui *BEZ* 777. affero *B*. offero *EJFZ* a diuis *Bothius*. adis *BEZ*. adiis *JF* (*)

Nunc cérta res est, eódem pacto ut cómici serui solent,
Coníciam in collum pállium, primo éx med hanc rem ut aúdiat:
Speróque me ob hunc núntium aetérnum adepturúm cibum.

HEGIO. ERGASILVS

HEGIO

Quanto ín pectore hánc rem meó magis uolúto,
Tantó mi aegritúdo auctiór est in ánimo.
Ad íllum modúm sublitum ós esse mi hódie!
    Neque íd perspicere quíui.
Quod quóm scibitúr, tum per úrbem inridébor:
Quom extémplo ad forum áduenero, ómnes loquéntur
'Hic íllest senéx doctus, quoí uerba dáta sunt'. —
Sed Érgasilus éstne hic procúl quem uideo? óhe!
Conlécto quidémst pallió: quidnam actúrust?

ERGASILVS

Moue áps te morám moram atque, Érgasile, age hánc rem.
Éminor intérminorque, né quis mi obstet óbuiam,

---

779. conitiam *E*. coniiciam *FZ* collam *J* med *Bothius*. me *libri* (*) 780. ob hoc *JF* numtium *E*. nuncium *BZ* ad epturum *E* (*)

Act. IV Sc. 2 SENEX . PARASITVS B^2. hegio. Senex. ERGASILVS PARSITVS (*sic*) *E*. SENEX . ERGASILVS . PARASITVS *J*

781. S *praem. E* hac *J* inpectore *post* magis *iterat E* meo magis rem *F* uolupto *J* 782. mihi *libri* (michi *J*) egritudo *BEF* auctiorẽ *E* 783. sublitum *FZ*. subitum (sub B^2 *e corr.*) *BEJ* mi hodie *Bothius*, *Reizius*. hodie mihi *BEZ*. mihi *JF* (*) 784. *Priori adiungunt BEJ* 785. cum *E*. com (comscibitur) *B* scibitur tum *Lindemannus*. scibitur *libri* irridebor *EFZ* (*) 786. Cum *BEZ* ex templo *BE* uenero *F* aduenero ad forum *invertit in B m. Camer.* 787. doctus *Dousa Centur. I 19 cum aliis* (*ut ms. Lang.*). ductus *libri* quo B^1E. quoi B^2FZ. cui *J* dota J^1, *corr.* J^2 (*) 788. erga silus *E* est ne B^1EJ, *coni.* B^2 uideo? ohe 𝕾. uideo *libri* (*) 789. Collecto *FZ* quiđ est *B*. quidem est *EFZ* quid nam *BEJ* acturus est *F* 790. P *BE*. *om. J* (*usque ad v. 810* P *Ergasilum*, S *Hegionem notant BE*, *dein* E *et* H *iterumque illis*) Mone *J* apste *B*. abs te *ceteri* moram moram 𝕾. moram *libri* erga sile *E* (*) 791. nequis *BE* mihi *libri* (michi *J*) obstet *Spengelius conl. Stichi v. 287*. obstiterit *libri* (*ex v. 793*) (*)

Nísi qui satis diú uixisse sése homo arbitrábitur:
Nám qui obstiterit, óre sistet.

HEGIO

Híc homo pugilatum íncipit.

ERGASILVS

Fácere certumst. proínde ita omnes ítinera insistánt sua,
Né quis in hanc plateám negoti cónferat quicquám sui:
Nám mihi hoc ballísta pugnumst, cúbitus catapultást mihi,
Vmerus aries: túm genu ad quem adiécero, ad terrám dabo.
Déntilegos omnís mortalis fáciam, quemque offéndero.

HEGIO

Quaé illaec eminátiost nam? néqueo mirarí satis.

(ERGASILVS

Fáciam ut huius dié locique meíque semper méminerit,

796. *Nonius p. 552, p. 13:* catapulta iaculum celer uel sagitta... Plautus in Captiuis 'nam meus......mihi' *Grammaticus de dubiis nominibus p. 587, 12 K.:* pugnum Plautus genere neutro dixit 'mihi haec balista pugnum est'. sed melius masculinum est 798. *Osbernus p. 178:* dentilegus qui fractos habet dentes. Plautus 'omnes mortales dentilegos faciam' 800. *Cf. Terentius Eun. v. 801*

792. qui *Gruterus.* quis *libri* (qui homo '*quidam libri*' *Lambini*) se se *E.* se *F* abrbitrabitur *E.* arbitratur *B* 793. are B^1. ore B^2 pugillatum *BEF* 794. P *B. om. EJF: cf. ad v. 795* certust *B.* certum est *FZ* pro inde *B* ita *Fleckeisenus.* ut *BEFZ.* ut ut *J* (*) 795. P̃ *praem. E,* PAR *JF* Nequis *BJ* in hanc plateam *Bothius*[3]. in hac platea *libri* negotii *BE.* negocii *JFZ* 796. mihi hoc 𝔖. mihi haec *gramm. d. d. n.* meus est *libri cum Nonio* pallista *B, sed* lista B^2 *in ras.* balista *JF cum Nonio* (ballista *Leid.*[1]) *et gramm. d. d. n.* pugnum est *gramm. d. d. n.* pugnus *libri cum Nonio* cata pultast mihi *B.* catapultast (c *ex* a) mi *E.* catapulta est mihi *Nonius.* catapulta est *JFZ* (*) 797. Humerus *JFZ* ad quem adiecero 𝔖. adquemque (ad quenq; *F*) iecero (ce B^2 *in ras.*) *libri* (*) 798. Dentilegos *F, Osb., Saracenus.* Dentilecos *BEJ.* Dentiloquos *Z* omnes mortales *BEFZ* fatiam *E* (*) 799. Quę B^2E. Que B^1F illec eminatiost? *B.* ille cominatio est *E* est nam? *Acidalius Div. p. 98.* est? nam *vulgo cum B* namqueo *J* *Versus* 800—802 *ut dittographiam versuum* 791—799 *praeeunte Spengelio seclusit* 𝔖 (*) 800. Fatiam *E* huius *EJFZ.* eius *B* die *Bothius.* dici *libri*

Quí mi in cursu opstíterit * * * * *
* * * fáxo uitae is éxtemplo opstiterít suae.

HEGIO

(Quíd hic homo tantum íncipissit fácere cum tantís minis?)

ERGASILVS

Príus edico né quis propter cúlpam capiatúr suam:
Cóntinete uós domi, prohibéte a uobis uím meam.

HEGIO

Míra edepol sunt ní hic in uentrem súmpsit confidéntiam.
Vaé misero illi quóius cibo iste fáctust imperiósior.

ERGASILVS

Túm pistores scrófipasci quí alunt furfuribús sues,
Quárum odore praéterire némo pistrinúm potest,
Eórum si ego quoíusquam scrofam in público conspéxero,
Éx ipsis dominís meis pugnis éxculcabo fúrfures.

HEGIO

Sátur homost, habét profecto in uéntre confidéntiam.

ERGASILVS

Túm piscatorés qui praehibent pópulo piscis foétidos,
Qui áduehuntur quádrupedanti crúcianti canthério,

---

807. *Osbernus p. 561:* scrophipascus qui pascit porcos. Plautus 'scrophipasci qui alunt furfure sues' 813. *Hunc versum respexit Ausonius Epist. XXI 2, 39:* trinodem dactylum Vidi paratum crucianti cantherio *Cf. Fronto p. 220, 6. 184, 16 ed. Nab.*

---

801. mihi *BEFZ* opstiterit *B.* obstiterit *EJFZ: cum 2 litt. spat. E Lacunam significavit* 𝕾 *ad hoc exemplum:*

Quí mi in cursu obstíterit capite aut cúbito aut pedibus aút genu:
Nám qui obstiterit, fáxo *e. q. s.*

uite *BF* is *om. F,* extemplo *JF* obst. *libri* (*) 803. nequis *BF* (*) 804. Continere *Z* domi *ex* domu *B* 806. Ve *BEF* cuius *BEZ* imperiosior *B, sed* riosior *add.* B^2. impensior (o *ex* a *ut vid.*) *E cum JFZ* (*) 807. scrophi pasci *BEJF.* scrophipaci *Z* furfuribus *Luchsius in Studem. Stud. I p. 56.* furfure *libri* (*) 808. preterire *BF* pistrinium *E* 809. si ego quoiusquam 𝕾 (*cf. v. 815. 821*). siquoius quam *B.* si quo uis quam *EJ.* si quoiusquam *F.* si quouisquam *Z* scropham *libri* (*) 810. fur fures *J Post hunc versum libri habent quem inter v. 816 sq. interposuit* 𝕾 811. homust *E.* homo est *FZ* (*) 812. praebent *libri* (prebent *BE.* populo prebent *F*) pisces *libri* fetidos *BF.* fe^c^tidos *E* 813. quadrupedancia B^1, *corr.* B^2 crutianti *E* canterio *F*

Quórum odos subbásilicanos ómnis abigit ín forum,
Eís ego ora uérberabo súrpiculis piscáriis:
Vt sciant, aliéno naso quam éxhibeant moléstiam.

HEGIO

Básilicas edíctiones átque imperiosás habet.

ERGASILVS

Túm lanii autem, quí concinnant líberis orbás ouis,
Quí locant caedúndos agnos ét dupla agninám danunt,
Quí petroni nómen indunt uérueci sectário:
Eórum ego si in uiá petronem públiea conspéxero,
Ét petronem et dóminum reddam mórtalis misérrumos.

HEGIO

Eúgepae! edíctiones aédilicias híc quidem habet,
Mírumque adeost ni húnc fecere Aetóli sibi agoránomum.

ERGASILVS

Nón ego nunc parasítus sum, sed régum rex regálior:
Tántus uentri cónmeatus méo adest in portú cibus.

---

814. *Priscianus inst. I p. 31, 19 H.:* odos pro odor Plautus in Captiuis 'quorum ...... forum' 820. *Festus Pauli p. 336, 8 M.:* sectarius ueruix (uerbex *Gu.*): qui gregem agnorum praecedens ducite: *cf. Leidolphus l. s. s. p. 236* 826. *Priscianus inst. VI p. 158, 23 H.:* cibus cibi, quamuis et huius cibus antiqui protulisse inueniuntur. Plautus in Captiuis 'tantus ..... cibus'

---

814. subbasilica nos *BJ.* subbalsicanos *E.* sub basilica nos *FZ, corr. Pylades* omnes *BE* abegit *BJZ.* ab egit *E.* adegit *Priscianus.* abigit *F* (*Camer. m. in B*) (*) 815. ergo *EJ* hora *J* sirpiculis *FZ* 816. exhibeant *B, sed* ex B^2 *in ras.* 817. *Hunc versum libri Hegioni una cum v. 811 dant* (*v. s.*) *v. 816. 818 parasito continuantes* edictiones *Z.* editiones *BEJF* 818. lanii B^2FZ. lanu B^1. lanũ *E.* lanum *J* orabas *J* oues *libri* 819. cedundos *BEJF* an|||||gnos *B,* gn *er. et* g *ex* o (◡ B^2) dupla *Rostius Opusc. I p. 41.* duplam *libri* (*) 820. uerueti *BEJ* 821. Eorum *Brixius.* Eum *libri* publico *J* 822. mortales *libri* miserumos *J* 823. Eugepe *B, ubi* pe . . . . habet B^2 *scripsit in lacuna.* Euge pe *E.* Euge *JFZ* edictiones *BZ.* editiones *EJF* edilicias *BF.* edi^{ni}tias *E* (^{i} E^2). etdelicias *J* (*) 824. Mirum que *B* adeo est *FZ* *post* adeost *2 litt. sp. E* *Verba* ni . . . . agoranomum B^2 *add. in lacuna* $\overset{i}{n}$ *E.* nisi *Z* fecere *B.* fecerunt *EJFZ* Aetoli sibi *Guietus, Hermannus Act. litter. Lips. a. 1830 p. 2423.* sibi aetoli *libri* (etoli *B.* aetholi *J.* etholi *F*) agora nomum *E* (*) 826. cōeatus *E.* comeatus *Prisciani DHLK.* commeatus *ceteri* ad est *E* inportucibus *E.* inporticibus *J*

Séd ego cesso hunc Hégionem oneráre laetitiá senem?
Quín hoc homine adaéque nemo uíuit fortunátior.

HEGIO

Quaé illaec est laetítia, quam illic laétus largitúr mihi?

ERGASILVS

Heús ubi estis? écquis hic est? équis hoc aperit óstium?

HEGIO

Híc homo ad cenam récipit se ad me.

ERGASILVS

Áperite hasce ambás foris,
Príus quam pultando ássulatim fóribus exitium ádfero.

HEGIO

Perlúbet hunc hominem cónloqui: Ergásile.

ERGASILVS

Ergasilum quí uocat?

HEGIO

Respíce.

ERGASILVS

Fortuna quód tibi nec fácit nec faciet mé iubes.
Séd quis est?

HEGIO

Réspice ad me: Hégio sum.

ERGASILVS

Ó mihi,

832. *Nonius p. 72, 22:* assulatim ut minutatim Plautus Captiuis 'priusquam .... dabo': *cf. Reblinius l. s. s. p. 44*

---

827. concesso *F* egionem *E* honerare *J* letitia *E.* leticia *BF.* laeticia *J* (*item v. 829*) 828. Quin hoc homine 𝕾. Qui homine *BZ.* Qui hominẽ, *sed* ẽ *m. 3 in ras., E.* Qui hominem *J.* Qui hominum *F* ad eque *B.* adeque *EF.* adaequae *J* furtunatior *J* (*) 829. illec *BF.* illa hęc *E* letus *EF* lagitur B^1, r *s. v.* B^2 830. est is *ex* estis B^2 ecquis hic est ecquis *Bothius.* ecquis *libri* (ec quis *BE*) hoc *B, sed* oc B^2 *in ras. om. E* hostium *EJF* (*) 831. Aperite *B.* ap̄erite *cum 2 litt. sp. E* fores *libri* (*) 832. Prius quam *B.* Priusquam *ceteri* pulsando *Nonius* assulatim *Nonius.* uel assultatī *B, sed* tatī B^2 *in spat.* uel absultatī ł assultatim *E.* uel assultatim *J.* uel assulatim *F.* assultatim *Z* affero *FZ.* dabo *Nonius* (*) 833. Periubet *E* cõloqui *E.* colloqui *BFZ* erga sile *E* erga silum *E.* hergasilum *B* (*) 834. tibi *om. J* ne *F* facit *B, sed* it B^2 *in ras.* fatiet *EZ* me *Brixius.* hoc me *libri* (*) 835. quis est *F.* qui est *BJ.* quid est *EZ* Respice *B* ego sum *J* oh *BEFZ*

Quántumst hominum óptume, in témpore eopse áduenis.

HEGIO

Nescío quem ad pórtum náctus es, ubi cénes: eo fastídis.

ERGASILVS

Cédo manum.

HEGIO

Manúm?

ERGASILVS

Manum, inquam, cédo tuam actutúm.

HEGIO

Tene.

ERGASILVS

Gaúde.

HEGIO

Quid ego gaúdeam?

ERGASILVS

Quia ego ímpero: age gaudé modo.

HEGIO

Pól maerores fámiliares mi ánteuortunt gaúdiis.

ERGASILVS

Iám ego ex corpore éxigam omnis máculas maerorúm tibi.
Gaúde audacter.

HEGIO

Gaúdeo, etsi níl scio quod gaúdeam.

ERGASILVS

Béne facis: iubé —

HEGIO

Quid iubeam?

ERGASILVS

Ígnem ingentem fíeri.

836. Quantumst hominum (*aut* Optumorum) optume 𝕾. quantum est (*in fine v. 835*) Hominum optumorum optume *libri* eopse 𝕾. *om. libri* (*) 837. cænes *B* (*) 838. Credo manu H manu *E* Manum *bis B* ac tutum *E* Tene *in libris proximo versui adiunctum* 839. ·h· gaude *E* (*etiam proximis versibus et subinde* ·h· *parasitum*, h *senem ac denique* E *illum*, ·E· *Hegionem notans*) Quid *B* imperio *E* 840. maerores familiares 𝕾. merores *libri* mihi *libri* (michi *J*) ante uortunt *BEJF* gaudiis E (PAR *J*) Noli irascier | Iam *libri, ubi verba* Noli irascier (*male ex v. 845 repetita*) *ferri non posse primus perspexit Acidalius Div. p. 98 sq.* (*) 841. ego *om. F* exigo *F* omnes *Z* merorum *BEF* (*) 842. Gaudeo *B* et si *BE* nihil *libri* (nichil *EJ*) sciam *Z* quid *JF* 843. Quid *B* Ignem *B* (*)

HEGIO

Ígnem ingentem?

ERGASILVS

Ita díco: magnus út sit.

HEGIO

Quid? me, uólturi,
Tuán causa aedis íncensurum cénses?

ERGASILVS

Noli iráscier.
Iúben an non iubés astitui aúlas, patinas élui,
Láridum ac pernás foueri fóculis feruéntibus,
Álium piscis praéstinatum abíre?

HEGIO

Hic uigilans sómniat.

ERGASILVS

Álium porcinam átque agninam et púllos gallináceos?

HEGIO

Scís bene esse, sí sit unde.

ERGASILVS

Sépiolam atque opthálmiam,
Hóraeum scombrum ét trugonum et cétum et mollem cáseum?

HEGIO

Nóminandi istórum tibi erit mágis quam edundi cópia
Híc apud me, Ergásile.

ERGASILVS

Mean me caúsa hoc censes dícere?

---

844. Ita dico *cum 2 litt. ras. B* Quid *B* me uolturi *Gruterus praeeunte Palmerio Spic. p. 880.* me uolt (o *ex* u *B*) uri? *BJF*. uol uri *E*. uolt uri *Z* 845. Tu ancausa B^1, *corr.* B^2. tu an causa *E*. Tua causa *J ut vid.* aedis *Gruterus.* me aedis (aedes *J*. edes *F*) *libri* Noli *B* 846. patinas .....? elui *J* eliu *E* (*) 847. Lar|||dum, *cr.* ri, *B*. Laridarum *E* ac pernas 𝔖: *cf. ad v. 850.* atque epulas *libri* (*) 848. pisces *libri* prestinatũ *B in ras. et cum 3—4 litt. ras.* 849. portinam atque agminam *J* 850. si *s. v. E* sepiolam 𝔖 *ut Cas. II 8, 57.* pernam *libri* (Pernam *B*): *cf. ad v. 847* optalmiam *FZ*. opthalmia *BEJ* (*) 851. Horęum *B*. Horreum *BJFZ* trigonum *libri* (*) 853. erga sile *E* me an B^1E, *coni.* B^2

HEGIO

Néc nihil hodie néc multo plus tu híc edes, ne frústra sis:
Proín tu tui cottídiani uícti uentrem ad me ádferas.

ERGASILVS

Quín ita faciam, ut túte cupias fácere sumptum, etsi égo uotem.

HEGIO

Égone?

ERGASILVS

Tu ne.

HEGIO

Túm tu mi igitur érus es.

ERGASILVS

Immo béne uolens.
Vín te faciam fórtunatum?

HEGIO

Málim quam miserúm quidem.

ERGASILVS

Cédo manum.

HEGIO

Em manúm.

ERGASILVS

Di te omnes ádiuuant.

HEGIO

Nil séntio.

ERGASILVS

Nón enim es in sénticeto, eó non sentis. séd iube

855. *Nonius p. 484, 10:* uicti pro uictus Plautus Captiuis 'pro ..... adferas' *Priscianus inst. VI p. 258, 15 H.:* hic uictus huius uicti Plautus in Captiuis 'proin ..... adferas'

854. nichil *E* 855. Proin (Pro in *J*) tu tui *BEJFZ.* proin tui tu *Priscianus.* pro uicti *Nonius* coctitiani, *alt.* c *ex* t *ut vid., B.* quottidiani *E.* quotidiani *FZ.* cotidiani *ceteri, nisi quod* cottidiani *Prisciani II* afferas *BEZ* 856. fatiam *E* tute cupias *Bothius, Bentleius.* te cupias BJ^2F. te capias J^1. recupias *EZ* et si *BE* uotem *Pareus.* uetem *libri* (*) 857. Ego ne *BE* tu ne *E.* tune *ceteri* mi igitur *B in ras.* igitur mihi *F* Immo *B* Immobene uolens *J* bene uolens *BE* 858. fatiam *E* Malim *B.* Malum *J* 859. Credo *E* Em *B.* hem *JFZ* emmanum *E* dii *JF* om̃is *E* adiuuant, *alt.* a *e corr., B.* adiuuent *E* *Verba* Nihil (Nichil *EJ*) sentio *in libris incipiunt v. 860*

Vása tibi pura ádparari ád rem diuinám cito
Átque agnum adferrí propteruom pínguem.

HEGIO

Quor?

ERGASILVS

Vt sácrufices.

HEGIO

Quoí deorum?

ERGASILVS

Mihi hércle: nam ego nunc tíbi sum summus Iúppiter,
Ídem ego sum Salús Fortuna, Lúx Laetitia, Gaúdium:
Proín tu diuom hunc sáturitate fácias tranquillúm tibi.

HEGIO

Ésurire míhi uidere.

ERGASILVS

Mi équidem esurio, nón tibi.

HEGIO

Tuo árbitratu: fácile patior.

ERGASILVS

Crédo: consuetú's puer.

HEGIO

Iúppiter te díque perdant.

ERGASILVS

Te hércle — mi aequomst grátias
Ágere ob nuntiúm: tantum ego nunc pórto a portu tíbi boni.
Núnc tu mihi placés.

HEGIO

Abi, stultus: séro post tempús uenis.

---

861. apparari *BEFZ* (*) 862. afferri *libri* propteruum 𝔖. proprium *libri* pinguem *in ras. B* Quor *F*. Cur *BEJZ* Vt-*B* (*) 863. Quoi *F*. Cui *BEZ* Mihi *B* ercle *E* (*) 864. *Vulgo etiam post* Salus *et* Lux *distinguunt* fortunax *EJ* letitia *E*. leticia *BF* 865. diuum *Bothius*. deum *libri* (tudeum *J*) fatias *E* (*) 866. mihi *libri* (Mihi *B*) equidem *Z*. quidem *BEJF* 867. Eg. *add. Pylades. om libri* ER. *Pylades: atque* ·h· (*cf. ad v. 839*) *E*. H *B*. EG. *JFZ* Credo *B*. *om. J, praem.* Para. *post* puer *reiecit F* consuetus *libri, corr. Fleckeisenus* (*) 868. *Hegioni continuant BEJZ, reddit F cum Pylade* Iupiter *F* diique *JF* perflant *E* Te *B* ercle *E* mihi *Z* *Post* hercle *distinxit Palmerius Spicil. p. 755* (*puncto*) aequum (equum *EF*) est *libri* 869. tibi porto a portu *F* 870. Abi *B* sero *del. m. Camer. in B* (*)

ERGASILVS

Ígitur olim si áduenissem, mágis tu tum istuc díceres.
Núnc hanc laetitiam áccipe a me quám fero: nam fílium
Tuóm modo in portú Philopolemum uíuom saluom et sóspitem
Vídi in publicá celoce, ibidémque illum adulescéntulum
Áleum una et tuóm Stalagmum séruom qui aufugít domo,
Quí tibi subrupuít quadrimum púerum filiolúm tuom.

HEGIO

Ábi in malam rem, lúdis me.

ERGASILVS

Ita me amábit sancta Sáturitas,
Hégio, itaque suó me semper cóndecoret cognómine,
Vt ego uidi.

HEGIO

Meúmne gnatum?

ERGASILVS

Tuóm gnatum et geniúm meum.

HEGIO

Ét captiuom illum Álidensem?

ERGASILVS

Μὰ τὸν Ἀπόλλω.

HEGIO

Et séruolum
Meúm Stalagmum, meúm qui gnatum súbrupuit?

874. *Nonius p. 533, 2:* celox est nauigium breue dictum a celeritudine. Plautus in Asinaria .... idem in Captiuis 'uidi ...... adulescentulum'

871. tutum *B* (tũ *m. Camer.*) *EF* 872. letitiam *E.* leticiam *BF* nam, a *e corr.*, *B* 873. Tuum *libri, item* uiuum saluum 874. celote *J.* cẹ lo te *E.* celocem *Nonius* ibi demque *J* ibidem ullum (*sic Harl. cum aliis.* illum *Par. Colb.*) *Nonius* adolescentulum *B* 875. Alium *libri* unam *J* tuum *libri* stalagnum *F*, stalaginum *Z* (*sic constanter: corr. Pylades*) seruom *JFZ.* seruum *BE* 876. subripuit *E.* surripuit *BJFZ* tuum *libri* 877. Ita *B* saturnitas *B* 878. Egio *BE* me *om. J* 879. Meumne *Fleckeisenus, Bentleius.* meum *libri* (Meum *B*) tuum *libri* (Tuum *B*) gemum *J* 880. HĒ *B. om. EJFZ* captiuum *libri* E. Maton appollo (*coni. B*[2]) *B.* ·h· maton apollo *E.* Eg. Maton apollo *JFZ* HÈ et *B.* ·E· ut *E.* PAR. et *JF* 881. h *praem. E.* Eg. *J* stala^g^mum *E* sur-

ERGASILVS

Ναὶ τὰν Κόραν.

HEGIO

Iám, diui, —

ERGASILVS

Ναὶ τὰν Πραινέστην.

HEGIO

— uénit?

ERGASILVS

Ναὶ τὰν Σιγνίαν.

HEGIO

Cérton?

ERGASILVS

Ναὶ τὰν Φρουσινῶνα.

HEGIO

Víde sis —

ERGASILVS

Ναὶ τὰν Ἀλάτριον.

HEGIO

Quíd tu per barbáricas urbes iúras?

ERGASILVS

Quia enim item ásperae
Súnt, ut tuom uictum aútumabas ésse.

HEGIO

Vae aetatí tuae!

---

ripuit *libri* E. netancorā B^2 *in ras.* ne tan (n *ex* m *ut vid.*) corã *E.* Netan coram *J.* Ne tam coram *F.* nae tan corã? *Z: atque* ναὶ (*sic Valla et Saracenus*) *non* νὴ (*sic vulgo cum Pylade*) *Schroederus in progr. gymn. Mariaewerder. a. 1853 p. 17 Cobetusque Nov. lect. p. 652* (*) 882. Iam, diui, 𝕾. HẼ Iam diu? (? B^2) *B.* E (PAR. *JF.* Er. *Z*) Iam diu *EJFZ: distinctionem corr. Bothius* E. netam prenestem *B.* ·h· ne tã prenestẽ *E.* Eg. Netan prenestem *J.* Eg. nae tan praenestẽ *Z.* Eg. Ne tam preneste *F* HE B^2 *in ras.* ·E· *E.* PAR. *JF.* Er. *Z* E (*in ras.*). netan signeam *B.* h (*sic* E^3 *e corr., sed fort. ex* h) ne tã signeam *E.* Eg. Netan signeam *J.* Eg. ne tã signiã *Z.* Egi. Ne tam sigeam? *F* (*) 883. HẼ *B.* Er. *Z.* para *F. om. EJ* E. *B.* Eg. *FZ. om. EJ* Ne tã (B^2 *in ras.*) frusinonem (— em *in* α *corr. m. Camer.*) *B.* ne tam frusi n̄ est *E.* netan frusi? non est *J.* nae tã frusinonẽ *Z.* Ne tanfrusinomen *F* HE B^2 *in ras.* E *E.* PAR. *JF.* Er. *Z* E *B in ras.* ·h· *E.* EG. *JFZ*

Ne tã (B^2 *in ras.*, o *ex* a *m. Camer.*) alatrium *B.* ne ton alatrina *E* (de ciuitate alater E^3 *s. v.*). netan alatrium *J.* nae tã aleternam *Z.* Ne tam aliterium *F* (*) 384. HẼ *B.* E. *E.* PAR. *JF.* Er. *Z* perbarbaricas *B.* barbaricas *JF.* barraricas *E.* babaricas *Z* E *B in ras.* ·h· *E.* EG. *JFZ* Quia *B* enim item *B in ras.* ite *E.* ita *F* aspere *BEJ* 585. tuum *libri* E. *BE.* PAR. *JF.* Er. *Z: corr. Sara-*

ERGASILVS

Quíppe quando míhi nil credis, quód ego dico sédulo.
Séd Stalagmus quoíus erat tunc nátionis, quom hínc abit?

HEGIO

Sículus.

ERGASILVS

At nunc Sículus non est: Bóius est — boiám terit:
Líberorum quaérundorum caúsa ei credo uxór datast.

HEGIO

Díc, bonan fidé tu mi istaec uérba dixistí.

ERGASILVS

Bona.

HEGIO

Di ínmortales, íterum gnatus uídeor, si uera aútumas.

ERGASILVS

Aín tu? dubium habébis etiam, sáncte quom ego iurém tibi?
Póstremo, Hegió, si parua iúri iurandóst fides,
Víse ad portum.

HEGIO

Fácere certumst: tu íntus cura quód opus est.
Súme, posce, próme quiduis: té facio cellárium.

ERGASILVS

Nám hercle nisi mantíscinatus próbe ero, fusti péctito.

cenus Ve *BJF*. ue *ras. ex* Ille *vel* Isse *E* 886. ER. *Saracenus. om. libri* nihil *libri* (nichil *EJ*) 887. quoius erat B^2FZ. quo iusserat B^1E. cuius erat *J* tunc B^2FZ. nunc B^1EJ quom *F*. cum *ceteri* hinc abit *Bothius: atque* hic (with n written above) ($^nB^2$) abit *B*. hinc abiit *JFZ*. h̃abiit *E* 888. HE. Siculus. ER. at nunc Siculus non est *Camerarius*. HI. Sicuius. Ẽ. et nunc si cuius non est *B*. Sicuius et nunc si cuius non est *E*. Cuius et nunc. PAR. Sicuius (Er. Si cuius *Z*) nunc est *JZ*. Egi. quoius et nunc. para. Si quoius nunc est *F* boius *B ex corr.* bolus *B ante corr.* *EJFZ* (*corr. Saracenus*) est *om. FZ* bolam *E* 889. querundorum *BEF* data est *EFZ* 890. Dic ẹi *E* mihi *libri* (michi *J*) istec *BEF* 891. Dii *JF* immortales *BFZ* uara B^1, *corr.* B^2 (*) 892. Ain tu? *Gulielmius Qu. in Capt. p. 358 ex ms. Lang.* Ain^{tu} *B*. A||n tu, i *er.*, *E*. An tu *FZ* sanctę *E*. sanctæ *B* cum ego *Z*. cum *J* urem *J* 893. ^{h}egio ($\vdash B^2$) *B* iurando est *FZ* 894. Vise B^2 (Vos e B^1 *ut vid.*) Vis erat *E* Facere *B* certun st *B*. certunst *E*. certum est *FZ* 895. pro me *F* quid uis te *B* (te *e corr.*) *et J*. quid iuste *E* fatio *E* 896. ER. *om. EJZ* ercle *E* hero uisti *J*. hero (haero *Z*) fuisti *FZ* petito *FZ* (*)

HEGIO

Aéternum tibí dapinabo uíctum, si uera aútumas.

ERGASILVS

Vnde id?

HEGIO

A me meóque gnato.

ERGASILVS

Spónden tu istud?

HEGIO

Spóndeo.

ERGASILVS

Át ego tuom tibi áduenisse fílium respóndeo.

HEGIO

Cúra quam optumé potest.

ERGASILVS

Bene ámbula et redámbula.

Illic hinc abiit: míhi rem summam crédidit cibáriam.
Di ínmortales, iam út ego collos praétruncabo tégoribus!
Quánta pernis péstis ueniet, quánta labes lárido,
Quánta sumini ábsumedo, quánta callo cálamitas,
Quánta laniis lássitudo, quánta porcináriis!

---

897. *Osbernus p. 162:* do as .... inde .... et dapino as uerb. actiu. ·i· largiri, unde Plautus in Captiuis 'aeternum tibi dapinabo uictum' 900. *Osbernus p. 33:* ambulo as .... componitur redeambulo as ·i· redire remeare, unde Plautus in Captiuis 'bene ambula et redeambula' 904. *Osbernus p. 130:* calleo es ... inde ... et hic callus li ·i· cuana laridi, unde Plautus in Captiuis 'quanta sumini a sumendo ..... calamitas'

897. HE *om. EJFZ* damnabo *F* autumnas *J* 898. Vude *J* Ame *B* Sponden *F*. Sponde *BEJZ* Spondeo *B* (*) 899. tuum *libri* 900. Cur aquam optume petes *EJ* Bene *B* (*)

Act. IV Sc. 3 PARASITVS B^2E 901. llic *cum. spat. init. BE* habiit *J* michi *E* remsumam *J* tibariam *E*. cybariam *J* 902. Dii *JF* immortales *libri* (*ex* im mortales *ut vid.* B^2) iam *om. JFZ* pretruncabo *B*. p truncabo *E*. pertruncabo *JF*. detruncabo *Z*

tegoribus *Turnebus Adv. XXII 6.* tergoribus *libri* 903. ueniet .... larido B^2 *in ras.* 904. absumedo *Valla.* absumendo *BJZ.* absum̃do *E*. assumendo *F* quanto *J ante corr.* collo B^1E, *corr.* B^2

905. QUANTAL——L——UDOQ——TAPORC——RIIS *A spatiis quadrantibus* lan' *E* lassitado *J* portinariis *B, sed* ti B^2 *ex* u *ut vid.*

Nám si alia memorém, quae ad uentris uíctum conducúnt, morast.
Núnc ibo, ut pro ré agam praeturam ét ius dicam lárido,
Ét quae pendent índemnatae pérnis auxilium út feram.

---

906. NAMSIALIA———Q———UENTRISUICTUMCONDUCUNT ‖ MORA— *A spatiis quadrantibus* mora est *FZ* (*) 907. —IBO *A* (*quadrante* NUNC) ut pro re agam praeturam 𝕾. UTPROR————AM *A* (*ubi* R *post* O *certam habeo: probabiliorem saltem quam* P *vel adeo* B *Loewius: inter* R *et* A *nihil enotavit Loewius, sed videbatur proxima littera* E *vel* I *esse.* ut praefecturam (prefecturam *BF*) *BEJFZ* —USDI——— *A, ubi* ETI (*non* UTI) *locum habet* (*dein* L *post* CAM *litt. spat. mihi apparuit*) (*) 908. ETQUAEPENDENTINDEMNATAEP———IUM———RÃ *A, ubi* ERNISAUXIL (*non* ERNAEEISAUXIL) *et* UTFE *spatia explent* que *BF* indẽ nate *B* (*coni.* B^2). indemnate *EF*. indempnatae *J* perne eis *B, sed* ne eis B^2 *in ras.* pernies *E*. pernis *JFZ* (*)

ACTVS V

PVER

Diéspiter te díque, Ergasile, pérdant et uentrém tuom
Parasítosque omnis ét qui posthac cénam parasitís dabit.
Cladés calamitasque íntemperies módo nostram aduenít domum.
Quasi lúpus esuriens métui ne uel ín me faceret ímpetum:
Vbi uóltum aegre intuébar, exporgébat labia lámbitum, 912^b
Nimisque hércle ego illum mále formidabam: íta frendebat déntibus.
Aduéniens totum déturbauit cúm carni carnárium,

Act. IV Sc. 4 De actu hinc incipiendo cf. etiam Spengelius in progr. Monac. ed. a. 1877 p. 24 Langenusque Stud. Plaut. ed. Berol. a. 1886 p. 123 PVER *B²EF*. Egionis puer *Z. unius versus spat. A* 909. DIESPITERTE-DEIQ·ERGASILEPER————REMTUUM *A quadrante spatio* Diespiter *B² in spat.* ies piter *cum sp. init. EJ* tediq; *B.* te diique *JF* tuum *omnes* 910. PARASITOSQ·OMNESETQUIPOSTKACCENAMPARASITISDABIT *A litteris 7 mediis et 8 extremis valde oblitteratis* omnes *Z* post hac *B²EJ.* post hanc *B¹* 911. CLADISCALAMITAT—Q·————MODOINNOSTRAMAD | UENITDOMUM *A* (*ubi* intemperies *quadrat*) Cladis *etiam BE (cf. Append. Probi p. 198, 16 K.), unde* calamitatisque *videtur scripsisse A* calamitas q⁹ *B.* calamitas q̄ *E.* calamitas quae *Z* modo ṅostram *Abrahamus Stud. Plaut. ed. Lips. a. 1884 (Annal. phil. Suppl. XIV) p. 199.* modo in nostram *BJFZ cum A.* modom nostram *E* 912. QUASILUPUSES————CERETIMPETUM *A* uel 𝕾. *om. libri cum A, ut vid. ex spat.* (*) 912ᵇ. *Vnus servavit A, in quo haec apparuerunt:* UBIUOLT————R—N————MB—UM, *unde suppl.* 𝕾: *atque priora saltem spatia et extremum quadrant, ante* MB *Loewio* O *vel* U *probabilior quam* A *visa (certe non* E *vel* I *fuit)* (*) 913. NIMISQ·KERCLEEG————IDABAM————FRENDEBAT | DENTIBVS *litteris inter* KERCL *et* FRENDEBAT *dubiis, spatiis omnino quadrantibus* Nimis q⁹ *B* ercle *E* 914. ADUENIENS————CARNECARNARIUM *A, ubi* TOTUM *post* ADUENIENS *Ritschelius legebat in lacinia hodie abscissa: spatium praeter hanc vocem non capit*

Arrípuit gladium, praétruncauit tríbus tegoribus glándia,
Aulás calicesque omnís confregit, nísi quae modialés erant:
Cocum pércontabatúr, possentne sériae feruéscere:
Cellás refregit ómnis intus réclusitque armárium.
Adséruate istunc súltis, serui: ego íbo, ut conueniám senem.
Dicam út sibi aliud pénus adornet, síquidem sese utí uolet:
Nam hercle híc quidem ut uti adórnat aut iam níhil est aut
iam níhil erit.

HEGIO. PHILOPOLEMVS. PHILOCRATES. STALAGMVS

HEGIO

Iouí disque agó gratiás merito mágnas,
Quom té redducém tuo patrí reddidérunt

920. *Priscianus inst. V p. 170, 19 H.:* hic et haec et hoc penus et hoc penum ..... Plautus in Captiuis 'dicam seni curet sibi aliud penus'*: ubi* aliud penus *ex ordine exemplorum confirmatur*

DETURBAUITCUM, *sed aut* DETURBATCUM *aut aliud verbum: unde* deputauit *coni.* 𝕾 (*conl. Placido p. 30, 14 D.* deputat: despoliat, detrahit) deturbauit totum *BEJFZ* carni *Bothius.* carne *libri cum A ut vid.* (*) 915. ARRIPUITGLADI————CAUITTRIBUSTEGORIBUSGLADIA *A spatio quadrante* pretruncauit *B.* pertruncauit *F* tergoribus *BEJFZ* (*) 916. AULASCALICESQ·OMNESCONFREGITNISIQUAEMODIALES | ERANT *A* oms *B.* omnes *Z* confringit *BE* 917. C—UM————NTNESERIAEFERUESCERE *A* percunctabatur *B F cum A ut vid. ex spat.* possent ne *BEF* serire feruescere *E.* seri referuescere *JFZ* (*) 918. CELLASREF——O————CL——Q *A spatiis congruentibus* omis|||intus. *B, er. puncto* omnes *Z* reclusit q' *B* 919. ——RU————U——A— | —E—— *A spatiis congruis.* (S)E(NEM) *ut vid. novo v. scr.* Asseruate *Z* istum *JF* 920. DICAM————QUIDEMSES————*A* aliud penus adornet 𝕾*: cf. testim.* penum aliud ornet *BEJEZ* (*de A non plane liquet*) se se *E* se se uti uolet B^2 *in spat. vac.* (*) 921. NAMKICQ————UT——RNATAUTIAMN————AUTIAM | NI———— *A* hercle hic quidem ut uti 𝕾*: cf. Epid. v. 690.* hic quidem ut *libri cum A* adnat E^1, or *s. v.* E^2 nichil *bis E* (*)

Act V Sc. 1 HEGIO (HEIO *B.* EGIO *J*). PHILOCRATES. PHILOPOLEMVS. STALAGMVS (STALACMV^S *B*) B^2EJ. Egio. Philocrates (*inv. F*). Philopolemus *FZ. unius versus spat.* AB^1 *Versus* 922—927 *tribus conplectitur J* 922. HE *praem.* B^2. philo *E: cf. ad. v. 924* IOUIDEISQ·AGOGRA————RITO——NAS *A spatiis congruis* oui *cum sp. init. E.* Noui *J* diisque *BJFZ.* di is que, e *ras. ex* ę *ut vid., E* gras *J* 923. CUMTEREDUC————DERUNT *A, ubi*

Quomque éx miseriís plurumís me exemérunt,
Quas dúm te caréndum hic fuít sustentábam,
Quomque húnc conspicór in potéstate nostra
Quomque haéc re repértast fidés firma nóbis.

PHILOPOLEMVS

Sátis iam dolui ex ánimo, satis me et cúra et lacrumis máceraui,
Sátis iam audiui túas aerumnas ád portum mihi quás memorasti:
Hóc agamus.

PHILOCRATES

Quíd nunc, quoniam técum seruauí fidem
Tíbique hunc reducem in líbertatem féci?

HEGIO

Fecisti út tibi,
Phílocrates, numquám referre grátiam possím satis,
Proínde ut tu proméritu's de me et fílio meo.

---

ex lineolis quibusdam sane incertis concludas EMPATRITUOREDDI *extitisse* redducem (*ut Reizius Rud. v. 909*) *Schneiderus de elem. ling. lat. p. 587 sqq.* reducem *libri cum A* redderunt *B* (*) 924. h *praem. E* CUMQ·EXMIS——IS——MISMEEXEMERUNT *A* Quom q⁊ *B*. Cumque *JZ* ex B^2 *cum A*. & B^1*E*. et *JZ*. e *F* plurimis *libri* (*cum A ut vid. ex spat.*) me exemerunt *B, sed* me exe B^2 *in ras.* mei emerunt (i *non prorsus certa*) *E* 925. QUAEADKU————————S——NTA—*A* Quas dum te carendum hic fuit *Acidalius Div. p. 100.* Quae (Que B^1, ę B^2, Quas F^2, Qui *ut vid.* F^1) adhuc te carens dum hic fui *libri cum A ut vid. ex initio et spatio* sustentebam *E*. sustinentabam *J* (*) 926. CUMQ·K————————TESTATENOSTRA *A* conspicor *Geppertus.* conspicio *BJFZ* (*neque aliorsum ducit spat. in A*). conspitio *E* (*) 927. CUMQ——————————OBIS *A* cumque hec *J* re repertast *Spengelius Philol. XXXVII p. 449.* reperta est *libri cum A ut vid. ex spatio* (*) 928. PHILOP. *Pylades.* phit *inter v. 927 et 928 E.* egi *F. om. BZ* SATISIAMDOLUIEXANIMOETCURAS——————LACRUMIS | (*reliqua in versu proximo evanuerunt*) *A* satis me et cura et 𝔖. et cura me satis et *BEJFZ*. et cura s(atis me) *vel* s(at me et) *A ut vid. ex spatio* maceraui *Camerarius.* maceraui hoc *BEJFZ* (*) 929. philo *praem. F* SATISIAMAUDIUITUASAERUMNASADPORTUMMIKI-QUAS|—ORASTI *A* erumnas *BEF*. erumpnas *J* apud *J* mihi *om. JF* memorasti *ex* marceraui h *E*. memorauisti *Z* 930. KOCAGAMUS ⌗ QUIDNUNC———UMSERUAUIFIDE *A quadr. spat.* PHIC. *B* (*etiam in proximis*). Phitc *E* (*mox* phit *et* ·phi· *et* philõc). *om. Z* (*corr. Pylades*) Quid *B* 931. TIBIQ·KUNCREDUCEMINLIBE——E——C——C——T—B *A spatiis congruis* (*cum pers. sp.*) H. *B* (*et sic et* HE *in proximis*). h *s. v. E* Fecisti *B* 933. promeritus *libri: corr. Fleckeisenus*

PHILOPOLEMVS

Immó potes,
Páter, et petere a té ego potero et dí eam potestatém dabunt,
Ýt beneficium béne merenti nóstro merito múneres:
Síc tu una huic potés, pater mi, fácere merito máxume.

HEGIO

Quíd opust uerbis? língua nullast quá negem quidquíd roges.

PHILOCRATES

Póstulo abs te ut mi íllum reddas séruom, quem hic relíqueram
Pígnus pro me, quí mihi melior quám sibi sempér fuit,
Pró benefactis éius uti ei prétium possim réddere.

HEGIO

Quód bene fecistí, referetur grátia: aequom póstulas:
Ét id et aliud quód me orabis ímpetrabis: átque te
Nólim suscensére quod ego irátus ei fecí male.

PHILOCRATES

Quíd fecisti?

HEGIO

In lápicidinas cónpeditum cóndidi,
Ýbi resciui míhi data esse uérba.

PHILOCRATES

Vae miseró mihi:
Própter meum capút labores hómini euenisse óptumo.

---

filio meo *B*. filio *EJFZ* PHIP *B*. PhiloP, P *ex* l, *E* (phit *in proximis*). PHILOCR. *J* Immo *B* potes *ex* potesi *J* (*) 934. et petere a te ego 𝕾. et poteris et ego *libri* dii *F* 935. benefitium *E* benemerenti *BFZ*. bene meriti *EJ* muneres J^2. muneros *ex* muneris J^1 (*) 936. Sic tu una huic 𝕾. Sicut tu huic *libri* maxime *E* 937. opust *B*. opus *EJFZ* nulla est *EFZ* quicquid *libri* 938. ab ste *B* te .. ut *J* mihi *libri* (michi *J*) seruon *F* *Post hunc versum sequitur in BE v. 941 (numeris additis in B corr. m. Camer.)* 939. prome *BE* fuerit *F* (*) 940. bene factis *BE* uti ei *BE*. uti *JFZ* precium *BF* 941. *In BE exstat ante v. 939, unde* He (h) *hic omittunt et versui 942 adscribunt* bene fecisti *B*. benesicisti (e *supra*) *E* refertur *EJFZ* aequom 𝕾. id quod *libri, cum 3—4 litt. spat. ante* id *E* (*) 942. *Cf. ad v. 941* quo *F* impetrabis, tra *ex corr., B* et te *JF* 943. succensere *JFZ* *ante* ei *2 litt. ras. B* malae *E* 944. lapicidinas *B*, *sed* cidinas B^2 *in ras.* compeditum *FZ* 945. data uerba esse *F* Ve *B*. ue *EF* 946. capud *E*

HEGIO

At ob eam rem míhi libellam pró eo argenti né duis:
Grátiis a me út sit liber dúcito.

PHILOCRATES

Edepol, Hégio,
Fácis benigne. séd quaeso hominem ut iúbeas arcessí.

HEGIO

Licet.
Heús, ubi estis? íte actutum, Týndarum huc arcéssite.—
Vós ite intro: intéribi ego ex hac státua uerbereá uolo
Érogitare, meó minore quíd sit factum fílio.
Vós lauate intéribi.

PHILOPOLEMVS

Sequere hac, Phílocrates, me intró.

PHILOCRATES

Sequor.

HEGIO. STALAGMVS

HEGIO

Age tu illuc procéde, bone uir, lépidum mancupiúm meum.

STALAGMVS

Quíd me oportet fácere, ubi tu tális uir falsum aútumas?
Fúi ego bellus, lépidus: bonus uir númquam neque frugí bonae
Néque ero: ne spem pónas umquam mé bonae frugí fore.

947. libella *E* pro ea *F* 948. Gratiis *Bothius*. Cratis *BE*. Gratis *JFZ* ducito *Lindemannus*. aducito *BE*. ad ducito *J*. adducito *F*. abducito *Z* Edepol *B*. hedepol *E* (*) 949. queso *BF* accersi *JF* Licet *B* 950. Heus ubi estis *Brixius olim*. Vbi estis uos *libri* Ite *B* ac tutum *BE* tẏdarum (n *supra*) *B*. tindarum *E* arcessite *Z*. arcersite *E*. accersite *BJF* (*) 951. interibi *FZ* inter ibo *BEJ* uerberea uolo *quidam apud Pyladem*. ueruere auolo *add.* B^2. uer,ce (ue *supra*) auolo *E*. ueruecea uolo *JFZ* 952. qđ *E*. quod *Z* (*corr. Pylades*) 953. inter ibi B^1J (*coni.* B^2) PHYLOCR. *J* Sequere *B* SEQUOR *B* (*)

Act. V Sc. 2 SENEX. SERVVS FVGITIVVS *BE*. EGIO SENEX. STALAGMVS SERVVS FVGITIVVS *J*. Senex (*om. F*) Egio. Stalaginus (Stalagnus *F*). seruus fugitiuus *FZ* 954. He *praem. B* ge tu *cum spat. init. E*. AGE'TU *B* mancipium *EFZ* 955. Qđ *E om.* ST (*) 956. lepidus: bonus *post alios Vahlenus Herm. t. XVII p. 602*. lepidus, bonus *vulgo* unquam *F* bone *B* 957. ne spem ponas umquam 𝔅. umquam ne spem ponas *libri, nisi quod* unquam *F* (um-

HEGIO

Própemodum ubi locí fortunae tuaé sint facile intéllegis:
Sí eris uerax, tua éx re facies.

STALAGMVS

* * * *
* * * * * éx mala meliúsculam.

HEGIO

Récte et uera lóquere: sed neque uére neque tu récte adhuc
Fécisti umquam.

STALAGMVS

Quód ego fatear crédin pudeat quom aútumes?

HEGIO

Át ego faciam ut púdeat: nam in rubórem te totúm dabo.

STALAGMVS

Éia, credo ego ínperito plágas minitarís mihi:
Tándem istaec aufér, dic quid fers, út feras hinc quód petis.

HEGIO

Sátis facundu's: séd iam fieri dícta conpendí uolo.

STALAGMVS

Ýt uis fiat.

HEGIO

Béne morigerus fuít puer: nunc nón decet.

---

quam ero *B m. Cam.*), neque spem *EJF*, neque spero *Z* bone *BEF* (*) 958. HE *om. E* Prope modum *E* fortune *BF.* furtunae *J* 959. facies ex (ex *del. man. Camer. in B*) mala *libri: lacunam significavit* 𝔖 *ad hoc exemplum*:

STAL. Quín abibo in rém malam:
Fáctis rem non díctis facies éx mala meliúsculam.

melius culam B^1 (*coni.* B^2) *E* (*) 960. HE. *praem.* 𝔖 Recte *EJZ.* Recta *BF: at cf. Ter. Ad. v. 609 al.* s& *E* tu *ante* recte *add.* 𝔖 *conl. Men. v. 960* (*ante* uere *Pylades, post* uere *Bothius*) 961. ST *om. E cum 6 litt. spat.* quid *JFZ* fatear, r *ex* t, *E* egi. credin *F* cum *BEZ* autu mes *E* (*) 962. *Pers. hic om. F* ruborem *FZ.* roborem *EJ.* rumorem *B* 963. imperito *libri* plagas *add.* J^2 michi *E* (*) 964. *Hegionis pers. hic, non v. 955, praem. EJF* istaec *Schmidtius de pron. dem. p. 79.* ista *libri* quid *B, sed* id B^2 *e corr.* (*) 965. *Cf. ad v. 964* facundus *libri* (*ex* faciundus *ras. E*): *corr. Lambinus post* iam *5 litt. ras. B* dicta conpendi *Guietus, Bothius, Bentleius.* dictis compendium (conpendium *E*) *libri* (*) 966. ST *om. E* Bene *B* (*)

Hóc agamus. iam ánimum aduorte ac míhi quae dicam edíssere.
[Sí eris uerax, éx tuis rebus féceris meliúsculas.]

STALAGMVS

Núgae istaec sunt: nón me censes scíre quid dignús siem?

HEGIO

Át ea supterfúgere potis es paúca, si non ómnia.

STALAGMVS

Paúca ecfugiam, scío: nam multa euénient et meritó meo,
Quía ecfugi et tibí subrupui fílium et eum uéndidi.

HEGIO

Quoí homini?

STALAGMVS

Theodóromedi in Álide Polyplúsio
Séx minis.

HEGIO

Pro di ínmortales: ís quidem huius ést pater
Phílocratei.

STALAGMVS

Quin mélius noui quám tu et uidi saépius.

HEGIO

Sérua, Iuppitér supreme, et me ét meum gnatúm mihi.
Phílocrates, per tuóm te genium exóbsecro, exi: té uolo.

---

967. aduerte *J* ac *Camerarius.* hæc *B.* ħ *E.* hec *JF.* haec *Z* quem *J* 968. *Versum ad corrigendam v. 959 contractionem consutum del.* 𝕾 e tuis *Camerarius.* tuis *libri, nisi quod* p (?) *suprascr.* B^2 melius culas B^1 (*coni.* B^2)*E* (*) 969. Nuge *BEF* ista ęc *om.* sunt *E* num me *F* 970. subter fugere *BEJ*, sub *e corr. B.* subterfugere *FZ* potisses *B* (*corr. m. Camer.*) *E* 971. *Hunc versum post v. 973 habent BEJF (om. Z), unde etiam* ST *versui 972 praemittunt: utrumque corr. Valla (atque numeris add. in B signif. Camer. m.)* effugiam *B, Valla.* efficiam *JF.* effitiam *E* 972. *Cf. ad v. 971* ecfugi 𝕾. et fugi *libri* subripui *E.* surripui *BFZ* (*) 973. Quoi *F.* Cui *BEZ* theodoro (teodoro *J*) medico *BEJF*, *corr. Z* aulide *FZ* poliplus io B^1E (*coni.* B^2). poliphrusio *J.* polyphrusio *F* 974. Pro di *B.* prodii *J.* prohe dii *F* inmortalis *E.* immortales *BFZ* pater est *F* 975. Philocrati *Fleckeisenus ep. cr. p. XXIII.* Philocrates *EJ.* Philocratis *BFZ* Quin *B* nolu *E* tu *Weilius Annal. phil. t. LXXXIX (a 1864) p. 49.* te *libri* sepius *BEF* 976. iupiter *F* suppreme *B.* supp̃me *E* me meum *E* michi *E. om. Z* (*) 977. tuum te *B.* tuum *EJFZ* genium *F.* ingenium *BEJZ* exobsecro 𝕾. obsecro *libri* exi te *ex* te exi *E* (*)

PHILOCRATES. HEGIO. STALAGMVS

PHILOCRATES

Hégio adsum: sí quid me uis ímpera.

HEGIO

Hic gnatúm meum
Tuó patri ait se uéndidisse séx minis in Alide.

PHILOCRATES

Quám diu id factúmst?

STALAGMVS

Hic annus íncipit uicénsumus.

PHILOCRATES

Fálsa memorat.

STALAGMVS

Aút ego aut tu: nám tibi quadrímulum
Tuós pater pecúliarem páruolo pueró dedit.

PHILOCRATES

Quíd erat ei nomén? si uera dícis, memoradúm mihi.

STALAGMVS

Paégnium uocitátust: post uos índidistis Týndaro.

PHILOCRATES

Quór ego te non nóui?

STALAGMVS

Quia mos ést obliuisci hóminibus
Néque nouisse quóius nihili sít faciunda grátia.

PHILOCRATES

Díc mihi, isne istíc fuit quem uéndidisti meó patri,
Quí mihi pecúliaris dátus est?

Act. V Sc. 3 PHYLOCRATES · HEIO · STALACMVS *B*. Philocrates. hegio. Stalagmus *E* 978. phitc gio *cum sp. init. E* assum *BEZ* siquid *BF* 979. aulide *FZ* 980. Quandiu *JF* factum est *BEFZ* ST] egi. *F* uicensimus *BE*. uigesimus *JF*. uicesimus *Z* 981. *Pers. om. E* Aut *et* Nam *B* 982. Tuus *libri* pecculiarem *J* paruulo *Lindemannus ex cod.* paruulum *BEF*. paruolum *JZ* 983. Quod *EJFZ* siuera *B* memora dum *BE*. memorandum *J* michi *E*. et mihi *F* 984. Pecnium *BE*. Pec mium *J*. Pecinium *FZ: corr. Valla* uocitatus est *libri* tindaro *E* 985. Cur *BEZ* Quia *B* (*) 986. cuius *BEZ* nihili *Z*. nihil *BJF*. nichil *E* fatiunda *E* 987. *Pers. om. E* is ne *BEJ* (neistic) 988. Qui|||, s *er., E* michi *E* peculiarias *J*

STALAGMVS

Huius fílius.

HEGIO

Víuitne is, homo?

STALAGMVS

Argéntum accepi: níl curaui céterum.

HEGIO

Quíd tu ais?

PHILOCRATES

Quin ístic ipsust Týndarus tuos fílius,
Vt quidem hic arguménta loquitur: nam ís mecum a pueró puer
Béne pudiceque éducatust úsque ad adulescéntiam.

HEGIO

Ét miser sum et fórtunatus, sí uos uera dícitis.
Eó miser sum quía male illi féci, si gnatúst meus.
Éheu, quom ego plús minusue féci quam me aequóm fuit.
Quód male feci crúcior: modo si inféctum fieri póssiet.
Séd eccum incedit húc ornatus haúd ex suis uirtútibus.

---

997. *Cf. ad v. 447, ubi quod exstat Sisennae fragmentum huc trahit Hermannus l. s. s., ut ille perperam legerit:* ornátu haud éx suís uirtútibus

---

ST. *Brunckius duce Acidalio Div. p. 101 sq. om. libri* (? *post* filius B^2) (*) 989. HE *om. E* Viuit ne *BEJF* is, homo 𝔖 (*cf. ad v. 337*). is homo *vulgo* Argentum *B* accipe *E* nichil *EJ.* nihil *BZ* cȩterum *E* 990. HE *om. E* Quin *B* istuc *J* ipsus est *F.* ipsius est *J* tindarus *E* tuus *libri* 991. apueropuer *B* (*) 992. pudice quȩ *E* educatus est *BEF* adadulescentiam *BE.* adolescentiam *J* 993. HE E^2. *om.* BE^1 fortunatus, o *ex* u, *J.* fortunatis *E* si uos *Camerarius.* si *libri* dicitis *B, Pylades.* diteris *ut vid. E.* dictetis *J.* dictitetis *F.* dictes *Z* 994. meus est *F* (*) 995. Heu quum *Z* minusue *Gronovius ad Men. IV 2, 35.* minusque *EJFZ.* minus que *B* quā *ex* qua B^2 me *add. Brixius, Bentleius* equom *E.* aequum *FZ* (*) 996. crucior: modo si *Pylades.* crucior modo, si *vulgo* 697. ornat̄ *E* haud ex *Muretus ad Ter. Ad. II 1, 22.* haud *B.* audax *EJFZ* uiribus *JZ*

TYNDARVS. HEGIO. PHILOCRATES. STALAGMVS

TYNDARVS

Vídi ego multa saépe picta quae Accherunti fíerent
Crúciamenta: uérum enim uero núlla adaequest Áccheruns
Átque ubi ego fui in lápicidinis: íllic ibi demúmst locus,
Ýbi labore lássitudost éxigunda ex córpore.
Nam úbi illo adueni, quási patriciis púeris aut monérulae
Aút anites aut cóturnices dántur quicum lúsitent:
Ítidem mi haec aduénienti upupa quí me delectém datast.
Séd erus eccum ante óstiumst: erus álter eccum ex Álide
Rédiit.

HEGIO

O salue, éxoptate gnáte mi.

TYNDARVS

Hem, quid 'gnáte mi'?

---

999 *sq. Nonius p. 191, 27:* Acherontem .... feminino Plautus Captiuis 'uerum ..... fui' 1003. *Osbernus p. 303:* et lusito as ·i· saepe ludere, unde Plautus in Captiuis 'coturnices dantur quibuscum lusitent' 1004. *Cf. glossa cod. Leid. apud Loewium Prodr. p. 261:* upupa: ferramenti genus a similitudine animalis quod ἔποπα Graeci uocant *et Philoxenus p. 146, 41. 150, 39:* upupa: ὄρυξ

Act V Sc. 4 TYNDARVS. HEGIO (HEIO *B*). PHYLOCRATES *BEJZ.* Stalagnus *add. F* 998. TY *praem. B* idi *cum sp. init. BE* sepe *BEF* acherunti *B.* acheronti *EJFZ* 999. Crutiamenta *E* enimuero *B* ad aeque *B.* adeque *E* est *libri* acheruns *B.* acherons *EJFZ cum Nonio* 1000. ego ubi *F* inlapricidinis *E.* in lapricidinas *B* demunst *E.* demum est *FZ* (*) 1001. lassitudost *Bosscha, Bentleius.* lassitudo (l *ex* s *B*) est omnis (om̃s B^1E. om̃s B^2. est *postpos. m. Camer.*) *libri* (*) 1002. ad ueni *B* patricus B^1 (*corr.* B^2). patritus *E* monedulae *FZ* (*) 1003. aut cotornices *E.* a coturnices (u *ex* o *ut vid.*) *B* qui cum *BJF.* qui coum *E.* quiscum *Z* 1004. m h̃ *E.* mihi hec *F.* haec mihi *B.* mihi huc *Z* aduementi *J* hupupa *JF* qui *adscr.* uel e *J.* que *F.* quae *Z* delectem *Lambinus post alios.* delectet *libri* data est *FZ* (*) 1005. ostium est *Brixius Annal. phil. t. CXXIII (a. 1881) p. 57.* ostium et *libri* (hostium *JF*) herus *JFZ* eccum, u *in ras., B* aulide *FZ* (*) 1006. Redit *libri, corr. Camerarius* o salue *Spengelius Philol. XXXVII p. 449 praeeunte* salue o *Gepperto.* Salue *B.* salue *EFZ* ex optate *B* Hem *B, sed* H B^2 *ex al. litt.* em *E* qd *E* (*)

Attat scio quor té patrem esse adsímules et me fílium:
Quía mi item ut paréntes lucis dás tuendi cópiam.

PHILOCRATES

Sálue, Tyndare.

TYNDARVS

Ét tu quoius caúsa hanc aerumnam éxigo.

PHILOCRATES

Át nunc liber ín diuitias fáxo uenies: nám tibi
Páter hic est: hic séruos, qui te huic hínc quadrimum súrpuit,
Véndidit patrí meo te séx minis. is té mihi
Páruolum pecúliarem páruolo pueró dedit.
Íllic indicium fécit: nam * * * * *
* * * * hunc ex Álide huc reddúximus?

TYNDARVS

Quíd, huius filium?

PHILOCRATES

Íntus eccum frátrem germanúm tuom.

TYNDARVS

Quíd tu ais? addúxtin illum huius fílium captíuom?

1009. *Nonius p. 291, 17:* exigere . . . . significat agere. Plautus Captiuis 'salue . . . . exigo'

1007. Atat *F* scio *s. v. E* quor *F*. cur *BEJZ* esse adsimules *Guietus, Bentleius.* adsimules (ad simules *B*. assimules *JZ*) esse *libri* (*) 1008. Quia mihi *B*. Qui mihi *EFZ* utparentes, r *ex* p, *B* tuendae *JFZ* 1009. Tindare *E* Et *B* quoius *B, sed* i B^2 *ex* u *ut vid.* quouis *E*. cuius *Nonius* erum nam B^1. erumnam B^2*EF*. erumpnam *J* ex iguo *B* 1010. PH. *om F* indiuicias *B* nam *B, sed* na *e corr.* 1011. seruos *F*. seruus *BEJZ* surripuit *libri, corr. Pylades* (*) 1012. Vendidit *B* (que *add. m. Cam.*) iste michi *E* 1013. Paruulum *BEF* pecculiarem *J* paruulo *BEF* 1014. inditium *E* *Lacunam praeeunte Muellero Pros. p. 429 sq. significavit* 𝕾 *ad hoc exemplum:*

nam huius fílium gnouít probe,
Quóm ei occurrit: íta prensum hunc *e. q. s.* (*nisi plura desunt: cf. fragm.*)

aulide *FZ* hunc *E* reduximus *Pareus ex cod.* reducimus *libri* (*) 1015. Intus *B* fratrem *om.* B^1, đ *adscr. et in marg. int.* ħ frm̄ *add.* B^2 tuum *BEFZ sed* um *B e corr.* T * O * (*et antea* FIL *suo loco*) *apparuit in A* 1016. Aduxtin *B*. addustin *F* huius, iu *e corr.*, *B* captiuum *libri* Ita 𝕾. *om. libri* (*) *Nihil hoc v. et sequenti legi potest in A*

PHILOCRATES

Ita.

Quín inquam intus híc est.

TYNDARVS

Fecisti édepol et recte ét bene.

PHILOCRATES

Núnc tibi pater hic ést. hic fur est tuós qui paruom hinc te ábstulit.

TYNDARVS

Át ego hunc grandis grándem natu ob fúrtum ad carnuficém dabo.

PHILOCRATES

Méritus est ergá te.

TYNDARVS

Ergo edepol méritam mercedém dabo.
Séd dic, oro, páter meus mihi tún es?

HEGIO

Ego sum, gnáte mi.

TYNDARVS

Núnc demum in memóriam redeo, quóm mecum recógito
* * * *

HEGIO

* * * * *

TYNDARVS

Núnc edepol demum ín memoriamrégredior audísse me,
Quási per nebulam, Hégionem meúm patrem uocárier.

1017. Fecisti *B* 1018. N**C *initio ut vid. A* tibi B^2 *in ras.* tuus *et* paruum *libri* te hinc *F* (*) 1019. * TE *initio ut vid. A* hunc B^2 *in ras.* nunc B^1 *ut vid. EJFZ* carnif. *BEZ* (*) 1020. PH. *om. BE* MER *ut vid. initio A* erga te. TY. ergo 𝕾. ergo *BE.* TY. ergo *JFZ* ędepol *B* (*) 1021. *Pro hoc versu duo videntur in A extitisse plane discrepantes, quorum alter ab* ILICET *alter ab* QUIMIKIFILIU *inceperit: sed praeter* L *in priore versu et* Q *in posteriore omnia incertissima: cf. praef.* meus mihi 𝕾. meus *libri* tu ne es *BEF.* tune es *JZ* Ego sūn *B* (*) 1022. TY *om. B* NUNC *ut vid. initio A* quom *F.* cum *BEZ* recogito *Gruterus.* cogito *libri* (*) *Post hunc versum lacunam significavit* 𝕾 *ad hoc exemplum* (*cf. Poen. v. 1056 sq.*):

Quósdam Aetolum mé uocasse. HE. Némon memorabát patrem? TY.

1023. NUNÇEDE——————UDIṢSEMẸ *A* ædepol *B* audissem (e *ex* i B^2 *ut vid.*) me *BJ* 1024. QUASIPẸR ——————REMU*C**IẸR *A* patrem meum *F* (*)

HEGIO

Ís ego sum.

PHILOCRATES

Conpédibus quaeso ut tíbi sit leuior fílius
Átque huic grauior séruos.

HEGIO

Certumst príncipio id praeuórtier.
Eámus intro, ut árcessatur fáber, ut istas cónpedis
Tíbi adimam, huic dem.

STALAGMVS

Quoí peculi níhil est, recte féceris.

—

CATERVA

Spéctatores ád pudicos móres facta haec fábulast,
Néque in hac subigitátiones súnt neque ulla amátio
Néc pueri suppósitio nec argénti circumdúctio,
Néque ubi amans aduléscens scortum líberet clam suóm patrem.
Huíus modi paucás poetae réperiunt comoédias,
Vbi boni melióres fiant. núnc uos, si uobís placet,

1025. ISEGOSUM——M————————ILIUS *A quadrante spatio* (*initio* ⌗ CO) Is ego *Bothius cum A*. Ego *BEJFZ* PHY B^2 (HY *in ras.*). TY *EJFZ* compedibus (Comp. *B*) *libri cum A* queso *BEF* 1026. ATQ·KUICGRAUIORSERU————————PRINCI|PI—— *A* Atque hic *BEJFZ* seruus *BEZ et J ante corr.* Certum *B* est *libri* principio id *Lambinus.* principium id *BEJZ.* idprincipium *F* pre uortier *B* (*)
1027. EAMUSIN———— *A* compedis *B*. compedes *FZ* 1028. TIBIADIMAMKUICDEMQUOIPEÇU————TREÇTEFECERIS *A spat. congruo* SERVVS Cui *BEJ*. T. Cui *Z* peculi B^1. peculii B^2*EJFZ* nichil *E* (*)
CATERVA B^2*EJFZ*. *versus vacuus ut vid. A* 1029. S—C——RESADPU————MORESFACTAKAECFABULAEST *A spatiis congruis* fabula est *BEFZ* 1030. subi cogitationes *E*. subite (subitae *Z*) cogitationes *JFZ* nequlla *J* 1031. Neque *F* supposicio *B* circum ductio *B*. circunductio *J* (*) 1032. adolescens *BEFZ* suum patrem *BEJZ*. suo patre *F* 1033. Huius modi *B* poete *EF* comedias *BEF* 1034. *Post* fiant *3 litt. spat. B* Nunc *B*

Ét si placuimús neque odio fúimus, signum hoc míttite,
Quí pudicitiae ésse uoltis praémium: plausúm date.

1036. pudicitie *B*. pudicicie *F* premium *EFZ* *ante* plausum *colon posuit* 𝔖*: vulgo ante* Qui *ponitur*
PLAVTI CAPTIVI explič *EJ*

FRAGMENTVM

Nonius p. 220, 12: pilleus generis masculini. Plautus Captiuis 'pilleum quem habuit diripuit eumque ad caelum tollit', *ubi* deripuit *et* sustulit *corr. Bothius (cf. append.. crit. ad v. 917): quae revocare possis ad narrationem deperditam, quomodo Stalagmum pilleatum in Alide deprehenderit Philopolemus (cf. ad v. 1014). At fortasse erratum est in nomine fabulae, neque inepte de* Carbonaria *cogitaveris a Nonio mox p. 221, 10 commemorata fragm. III v. 38 W. 'secundum campse aram aurum abscondidi'. Iam his fragmentis aliquid lucis adfert Petronius c. 38 ('quom Incuboni pilleum rapuisset, thesaurum inuenit') ipsique fabulae inscriptioni, siquidem proverbii 'carbones pro thesauro inuenire' memineris.*

APPENDIX CRITICA

Arg. v. 1 sq. Hiatum defendit Hermannus El. d. m. p. 88 ex nomine proprio. Captus fuit *Camerarius.* — in pugnad *Bothius: at cf. Ritschelius Nov. Exc. Pl. I p. 123 et Studemundus Hermae t. I p. 309.* ui pugnando *inter alia improbabilia Muellerus Pros. p. 696 sq.* in Alide *Stowasserus Stud. Vindob. t. III p. 297 et Opitzius Stud. Lips. t. VI p. 251. 274. Addito* alter *hiatum tam sententiae quam versus sanandum esse* alium *demonstrat v. 2 adhibitum, ubi* altrum *ne scribas (itemque v. 9) cum Stowassero post Buechelerum et Ribbeckium Luchsius Studem. Stud. t. I p. 58 sq. et Opitzius p. 244 sq. cavebunt.*

Arg. v. 3. Pro alios *Pylades* plurimos, *Camerarius* alteros *scripsit: verum primus perspexit Turnebus Adv. XXIII 24 (cf. Opp. I p. 71, 38).* Valeos, *ut semper, Spengelius Philol. t. XXXVII p. 417: cf. praef.*

Arg. v. 4. eii rei *post* Tantum *Bothius suppl.*, mutatum *ante* ut natum *Opitzius l. s. s. p. 251,* captum *ante* gnatum *Bothius*[3] (*post* gnatum *Brugmanus quemadm. in iamb. sen. Rom. vet. verb. acc. cum num. consoc. ed. Bonnae a. 1874 p. 19), post* recuperet *Pylades* suum (*ante* recuperet *Lambinus* uti *cum Camerario scribens*), sibi *Vssingius,* domum *Muellerus Pros. p. 697 adn. Ceterum* gnatum *cum Most. arg. v. 11 et Poen. arg. v. 7 probari videatur,* natum *ut retineam Truc. arg. v. 8 suasit.*

Arg. v. 5. interibi *Camerarius.* — emit sibi *Pylades.* — *De* ībus *recte iam Bothius iudicavit ad Rud. v. 73 (adde Spengelium ad Truc. I 2, 14).*

Arg. v. 9. Indicioque eius (*quo Philocrates significaretur!*) *Vssingius.* — altrum *Stowasserus* (*cf. ad v. 1 sq.*).

2. Illi qui non (*vel* ne) stant *Bothius*[1]. Illi quia stant hic *Bothius*[3]. Vincti quia astant *Fleckeisenus.* Inuiti qui astant *Spengelius Philol. XXXVII p. 418.* In uinclis qui astant *Brixius.* Ita uincti qui astant *Niemeyerus 'Zschr. f. Gymn. w.' XXXIX (a. 1885) p. 362. Vix cogites de* Vniti qui astant.

4. *Male post hunc versum v. 21 sq. collocavit Niemeyerus Hermae t. XIV p. 448 sq.* Sed *v. 5 se non intellegere fassus, quamquam praecedit captivum stare apud patrem suum, ut nequaquam opus sit molestissima verborum iteratione* seruit suo patri. *Cf. ad v. 34.*

8. Alium *Acidalius Div. p. 88 ex arg. acr.: vide supra ad v. 1 sq.*

9. uenum dedit cum *Beckero de com. Rom. fab. p. 108 Ritschelius Proleg. p. CLXXXVI mox cedens Fleckeiseni Lachmannique rationibus* (*cf. Opusc. II p. 641 al.*).

10. Huiusce patri iam *Pylades.* Domino patri huiusce iam *Fleckeisenus.* huius patri. iamne *Geppertus.* patri huius hunc. iamne *Spengelius Philol. t. XXXVII p. 418 neglegens Epid. v. 401 al.* Patri huiusce: hic is est. iam *Seyffertus 'Berl. phil. Wochenschr.' a. 1884 p. 1351 mira usus ratione.* Patri huius capti(ui) *Niemeyerus l. s. s.*

11. Sed negat hercle se illic *Pylades, unde* illic *multi retinuerunt, quamvis et versui et usui officiat potius.* — Negat mehercle *Bentleius ad Ter. Heaut. prol. 31.* Negat sed hercle *Guietus.* Negat hercule *Bothius.* Negat hercle uero *Naudetus Ritscheliusque Parerg. p. 222.* Negauit hercle *Spengelius Philol. XXIV p. 176* Negat hércle *suo iure expostulans ibid. XXXVII p. 420.* — ultumus. huc *Guietus.* uoltumus *Kochius Annal. phil. vol. CI p. 686 sq.* ultumus. tu uero *Vssingius.* ultumus exaudire *Palmerus Hermath. t. XII p. 139.* — accedito (*cum versu 12, de quo videas Langenum Symb. p. 202 sqq.*) *non recte explicavit Ritschelius l. s. s., artificiose Dombartus 'Bl. f. bayer. Gymn.' V p. 161.* discedito *Bentleius.* descendito *Bosscha.* abscedito *Rostius Opusc. I p. 101, quod post Bothium, Naudetum, Ekium, alios Spengelius l. s. s. defendit.* age abscedito *Niemeyerus l. s. s. At praeter versus defectum et* accedito *corruptum reputandum erat v. 15 huic aperte oppositum non habere quo referatur, etiamsi praeter rationem* ope *pro* opibus *sumamus* (*cf. Ritschelius l. s. s. adn.*), *unde* ac⟨census⟩ cedito *supplevi* (*cf. Men. v. 182 sqq. Friuol. fragm. IV W.*).

13. mendice rauier *Palmerius Spicil. p. 698 sq.* mentitarier *Neilson 'Four notes on Plaut. words' ed. Greenock. a. 1876 p. 7. Etiam Camerarius mendosum* mendicarier *iudicaverat. V. del. Guietus.*

17. *De* huiús *dubitat Luchsius* (*cf. ad v. 4*): *possis* ante dixeram *cum Bothio* (*ex ms.*) *vel* antea huíus.

21 *sq. Seclusi versus ex alio prologo illatos* (*similiter ac v. 50 sq. et 46—49*), *qui non melius quadrant aliis locis* (*cf. ad v. 4 et 34*). *Prologi fortasse fuerunt verba a Nonio excitata p. 498, 21* ille alter potitus hostis est (*an:* alter Alide?)*: nisi ad v. 762 referas* (*quem om. Reblinius de Non. Marc. l. Pl. p. 60*).

24. Posteaquam *Bothius.* Posthac quom *Geppertus.* Post quom *Vssingius.* — belligerarunt *Guietus.* — Aetoli olim *vel* olim Aetoli *Bothius in adn.* (*cf. Muellerus Pros. p. 739*). autem Aetoli *Ritschelius Parerg. p. 22, Lachmannus.* — cume Aliis *Meursius Exerc. crit. p. 53* (*item v. 93*). cum Valeis *Spengelius. Cf. praef.*

25. Vt in bello fit capitur alter *Pylades.* Vti fit in bello alter capitur *Bothius. Mox post v. 26 lacunam statuit Geppertus velut* Vtroque orbatus filio senex miser.

Quam observationem novis exemplis firmare possumus ex ultima scaena petitis, ubi v. 1384 extremus pes abscissus est atque v. 1365 initio metrum vacillat, nisi cum 'licentiariis' *me* | *hercle* admittimus in ipso *B* ne traditum quidem. Atque hoc quoque loco excludemus coniecturam, nisi qua versus initio sedes corruptelae quaeratur. Deinde vero in eodem folio v. 1369 sine fulcro neque versus neque sententia stat, cum v. 1389 respondens et ob metrum corrigendus et ob dicendi usum *ego* addito sanandus fuerit. Mox cum fine v. 1399 aperte truncato, ubi (*tibi mu*)*ltitiost?* supplevi conl. Amph. v. 519, aptissime congruit, quod v. 1382 initio *Minus* visum est excidisse, eam legis Plaetoriae commemorationem ut recuperemus, quam aliis rationibus ab arte grammatica exclusis alii v. 1381 inferebant*).

---

*) Quod proximus v. 1383 in medio detrimentum cepit, cui nihil respondeat, hoc posteriore archetypi illius tempore in *P* ortum esse patet. Contra manco v. 1337 respondet (ante 19 sen.) inscriptio, cum quarto autem post hunc v. item manco (cf. append. ad v. 1341) coniungas quod v. 1359 (post 15 sen., inscr., 2 sept.) *infuere* offendit.

Denique calculum addit extremus fabulae versus 1423 eodem loco dehiscens, quo v. 1404 *ego* post *nolo* omissum esse ex Nonio percipimus: unde illo loco missis aliorum conaminibus sana affectantium corruptelam ex medio versu sustulimus, ubi *fiat* cum metro pugnans facile ex v. 1417 repeti poterat, de v. autem 1404 observatione nostra solvemus Hermanni Caesaris dubitationem, qui pronomen apud Nonium additum, non in libris omissum esse posse innuebat.

Haec omnia quamquam nescio an 'quidam' pro 'nugis argutis' habiturus sit, 'quibus non delectetur', — nisi litteris traditis servandis inserviant, ubi vel destitutas argutia nugas in deliciis habet, — tamen liquido confirmant Rudentis memoriam redire ad archetypum, qui viginti versus in unaquaque pagina habuerit (ut undeviginti *A*) quique saepius aut perforatus aut in marginibus laesus fuerit.

Qua in re illud maxime memorabile est, quod uno loco deprehendimus eiusmodi labem pariter ad *A* quam ad *P* pertinere. Neque tamen inde sequitur de omnibus illis lacunis idem statuendum esse. Nam de communi utriusque recensionis archetypo cum etiam aliunde constet, potuit tamen recensionis Ambrosianae exemplar ex illo transscribi, cum minus late labes serpserit, quam recensio Palatina ubi inde duceretur. Revera autem videtur *A* velut v. 702 integriorem servasse. Quo accedit quod tribus locis (v. 613. 671. 724) membranae Turnebi (cf. praef. Poen. p. XI sq.) pleniorem scripturam exhibent.

Iam duobus ex his locis *T* codicis supplementa ex suis 'libris veteribus' Lambinus profert*), nisi quod v. 724 *ita* addit (nequaquam melius, quamquam retinuerunt Fleckeisenus, Brixius, Vssingius, alii): ex quibus memorabilius est de v. 613 testimonium, cum quam profert scripturam non plane probet, sed *uicini e meo* sat miro iudicio desideret pro *meae uiciniae*. Quo uti Ritschelius poterat, cum olim (Opusc. II p. 121 sq.) de fide Lambini lenius quam et alii plerique et ipse postea iudicaret. Quod iudicium si iterum perpendimus, nihil effici potest in alteram utram partem ex plerisque scripturis, ubi

*) Levius est quod etiam v. 122 (*exicasque*) cum *T* congruit.

modo cum Palatinis (v. 297. 447. 509. 767. 942. 984. 1012. 1126) modo cum libris interpolatis (329. 596. 1062. 1145. 1169) 'veteres' Lambini consentiunt. Idem autem valet de scripturis, quae facillime correctoribus tribuuntur: v. 457. 483. 600. 731. 1326. 1331. Item v. 666, quam non satis accurate reddere potuit scripturam ad *sed nec uiast* ab interpolatore quodam excogitatum revocaverim. Apertae interpolationi debentur inepti *semihomines* (cf. append. ad v. 315), quos (*uidisti*) *seni* scriptura peperit, itemque scripturae *neue occentassit* v. 776 merus aut error aut fraus subest. Sed ad illa supplementa cum *T* convenientia accedunt v. 295 et v. 648, ubi utroque loco unum idque praestantius ex duobus quae Camerarius in annotationibus proposuerit supplementis ex 'libris veteribus' affert: atque altero loco memorabile est Lambinum Camerarii supplementa v. 649. 651 non minus certa plane omittere, v. autem 650 pro Camerarii coniectura per se non prorsus reiectanea scripturam multo exquisitiorem ipsaque quam supra explanavimus observatione commendabilem *paucis expedi* testatur, quae ab ipsius saltem Lambini supplementis toto caelo distet. Item egregium supplementum similique ratione commendabile *uesperi* v. 417 illius fide nititur. Quodsi statim v. insequenti 418 post *mane* (vel ob *nunc* vocem prae *B* scriptura *inanem* spernendum) ineptum me iudice supplementum *mulierem**) profert, vix dubito, quin schedis suis deceptus male huc traxerit, quod ad v. 415 (*mulier*) exitum corrigendum pertinuerit. Illud vero iam Ritschelius extulit saepius Lambinum diserte graviterque etiam quae admittat supplementa codicum ope destituta dicere (cf. app. ad v. 1138).

Quae si animo comprehenderimus, fatendum erit neque decipere voluisse Lambinum et scripturas quasdam, vix coniecturas, egregias (ex *T*?) excerpsisse: quas tamen adeo cum

*) Ne G. Hermanni quidem commentum quo scripturam illam tutabatur probari poterit, qui conl. Varrone apud Nonium p. 140, 16 coniunctivum esse voluit verbi neque Plautini neque de ipsa muliere omnino apti. Ceterum hanc Hermanni sententiam (cf. etiam p. XVI adn.) ideo per praefationem commemoro, quia exemplar Reizianum ab illo usque ad sc. III 3 pertractatum absoluta iam editione in manus meas pervenit: quamquam pleraque inter corrigendum inserui, nonnulla mox cantici locis subscribam.

alienigenis excerptis sub vago 'veterum librorum' nomine miscuit, ut de nonnullis locis dubii haereamus.

His expositis solito more conspectum de canticorum in *B* discriptione subiungam, quamvis accurate etiam in apparatu ipsoque contextu respexerim.

V. 185—216: — *memorantur* — *acerbum* — *ornatam* — *eiectam* — *memorabo* — *praecipuam**) — *potiri* — *impiaui* — *cauerem* — *inmodeste* — *posthac* — *apud uos* — *miserer***) — *habet* — *inmari* — *simul* — *sola sum* — *labor* — *opera****) — *capessam* — *compotita sum* — *necquis qua* — *uenit* — *oppido* — *scio* — *uelim* — *fui* — *locis* — *ita nunc* — *consilii* — *conspicor* — *tenent* — *miseri* — *uti sum* — *nequiquam fui* — *nata* — *eduxerunt*†).

V. 229—254: — *sonat* — *prope* — *michi* — (*uenit* —) *metu* — *meas* — *audio* — *suo* — *palẽst* — *plurimis* — *tua* — *aemula* — *ecce me* — *sedulo* — *obsecro* — *uelim* — *michi* — *amplectere* — *leuas* — *oratio* — *ibimus* — *lubet* — *grassabimur* — *perpeti* — *amabo* — *addextrã* — *uiderier*.

---

*) V. 185—189 sic constituebat Hermannus:
Nimio hóminum fortunaé miserae
Minus mémorantur, quamdé reapse eis
Expériundo dantúr acerbae.
Hoccíne iustum, hoc deo cómplacitum est
Me hoc órnatu ornatam ín incertas
Regiónes timidam eiéctam?
Hanccíne ego ad rem natám miseram
Me mémorabō? hanccíne partem
Capio ób pietatem praécipuam?

**) V. 196 sq. *Nam me si sciam fecisse aut sceleste parentis minus mei miserer B* (*parentis sceleste CDFZ:* possis *sciam scelus f. a. p. Minús m. m.*

***) V. 199—203 sic Hermannus:
Náuem is atque ómnia hic ín mari pérdidit.
Néc bonorum éius sunt réliquiae: etiám quoque
Quaé simul uécta mecum ín scapha est, éxcidit:
Ego núnc sola súm quae forét salua sáltem,
Labór leniór mi esset híc eius ópera.

†) V. 216—219 sic Hermannus:
Haec haúd scitis míseri paréntes meí nunc
Miserám me esse utí sum.
Libéra prognata máxume fuí, fui nequídquam.
Nam quí minus ego séruio, quam sí forem sic náta?
Neque quídquam umquam illis prófuit, qui mé sibi eduxérunt.

V. 258—288: — *expetessunt* — *excitauit* — *grauatam* — *iubemus te* — (*puellę* —) *uos* — *uestitas* — *loco* — *sumus* — *ceruleas* — *erat* — *ad hoc* — *solet* — *obsecro* — *uoluisti huc* — *opum* — *sumus* — *nos* — *misereat* — *parata est* — *q̇ quasi* — *ambae* — *feminarum* — *puellae* — *seruiuo* — *Fateor* — (*clueo* —) *ualebit* — *honorem* — *Oportet**).

V. 664—681: — *opum* — *tenet* — *afferat* — *persequamur* — *ambae* — *iniuria* — *hero* — *praecipes* — *modis* — *sua* — *nostrae* — *in malis* — *oratiost* — *Qui uocat* — *qui uocat* — *scies* — *animo es* — *opprimat* — *inepta es*.

V. 906—927: *gratias* — *pisculentis* — *expediuit* — *honěstum* — *fluctuoso* — *compětiuit* — *mihi* — *euenit* — *rete* — *exurrexi* — *quieti* — *expetiui* — *sententiam* — *nimis homo* — *ego male* — *officia* — *suscitet officium* — *quiescunt* — (*fui* — *siem* —) *mari quicquid inest* — *instaurum hic* — *ullus homo* — *praet̄ te*.

V. 938—963: — *cōplico* — *bonis quod* — *heri fuit* — *postules* — *pecu* — *indigens* — *mane* — *audi* — *quid uis* — *narrare uolo* — *prope nos* — *scilicet* — *mihi est* — *tace* — *fore infidum* — *audi* — *fiebat* — *hoc pacto* — *factum est* — *dimidium* — *faciam* — *respondit* — *dari mihi* — *dicas* — *amplius* — *censeo* — *faciam* — *ad te* — *cuiusnest* — *Quid est*.

Ceterum ut supra (p. XXIV adn.) v. 196 *B* pro *parentis scelestc* habere *sceleste parentis* addidi, quae adnotatio in apparatu exciderat, ita in adnotatione ad v. 728 addendum erat *Do tibi* (quod ex *A* enotaveram) *BCDFZ* habere. Gravius vitium, quod v. 424 *Súbuolturiumst íllud* pro *Súbuolturium illúd* contra memoriam ipsamque veritatem invito me relictum est (unde etiam nulla discrepantia in apparatu eno-

*) V. 282—289 sic Hermannus:

Sed haé pauperés res inopés sunt, puéllae.
Egomét uix coló uitam: Véneri cibátu
    Meó serua uíuo.
A. Venerís obsecró fanum hoc ést? S. esse fáteor.
Ego húius sacérdos faní clueo Véneri.
Verúm quidquid ést, comitér fiet á me,
    Quo nóstra ops ualébit.
Ite hác mecum. P. amíce benígneque honórem,
Matér, nostrum habés. S. sic opórtet, puéllae

tatur) itemque quod Frontonis et Donati testimonia*) ad v. 299 et 1331 omissa sunt, iam in appendice correxi. Denique praeter accentus (v. 237. 242. 434. 741. 1044. 1362. 1367. 1382) aliasque distinctiones (v. 285[b] *eluco.* — 391 *naui:* — 412 *sim,* — 1142 *sciam.* —) non mea culpa omissas corrigas v. 287 in contextu *Ite* pro *Ita* et in adn. ad v. 550 *ex* (pro ex) et ad v. 656 *CXXXI* pro *CXXXIII.* Denique stellula adicienda fuit v. 234. 277. 424. 432. 778.

De dittographiis quibusdam et lacunis aliisque locis difficilioribus etsi non deessent, quae commode hoc loco disputarem, tamen finem faciam praefando, quoniam gravior quaestio critica quam supra tractavimus solitum spatium fere explevit. Quo minus hac occasione abutar ad illustrandam Seyfferti censuram, qua his ipsis diebus de Captivorum editione referens πάθος potius quam λόγον prodidit. Quam censuram omnino iniquam iniustamque esse ex ipsius verbis probare possum, in singulis autem castigationibus non paucos errores continere meis argumentis fretus dico. Sed cum tam re quam verbis satis ostendam me criticorum plausum non curare, ne Seyfferti quidem, cuius iudicium in multis magni faciam, et illam censuram et alias non minus iniquas, quas tam de Captivis quam de hac fabula edita exspecto, aequo animo patiar, praesertim si et Langeni et virorum primariorum, quorum nominibus frontem huius editionis exornavi, ne in posterum quidem me derelinquet benigna exhortatio.

Heidelbergae m. Iulio a. MDCCCLXXXVII.

F. S.

*) Consulto omisi Frontonis verba p. 40, 6 N. cum v. 115 comparata.

INDEX LOCORVM

(Stellulam addidi eis locis quibus aliquid correxi)

T·MACCI·PLAVTI

R V D E N S

GRAECA · DIPHILV

ARGVMENTVM

Retí piscator dé mari trahit uídulum,
Vbi eránt erilis fíliae crepúndia,
Dominum ád lenonem quaé subrupta uénerat.
Ea ín clientelam ípsipte inprudéns patris
Naufrágio eiecta déuenit: cognóscitur
Suóque amico Plésidippo iúngitur.

PLAVTI PERSA EXPLICIT. INCIPIT RVDENS LEGE (*vel* LEGB) *B itemque, sed om.* LEGE, *CD.* PLAVTI . POETE . CL[mi] . RVDENS. INCIPIT. *F* AR GV MEN TṼ *D.* ARGVMENTVM *F.* *unius versus spat. BC* 1. Reti *B, Pylades.* etc *cum spat. init. C.* Rete *DFZ* trahit 𝔖. extraxit *libri* (*) 2. herilis *libri praeter B* crefunda *B* 3. que *CF* subrupta *F.* subrepta *B.* surrepta *CDZ* 4. Eain *D.* Eam *C* ipsipte 𝔖. suspte *B.* suscepte *CD.* suscepta *FZ* imprudens *FZ* (*) 5. cogniscitur (o above i) *B* 6. pleusidippo *libri*

PERSONAE

ARCTVRVS PROLOGVS
SCEPARNIO SERVOS
PLESIDIPPVS ADVLESCENS
ADVLESCENTES III
DAEMONES SENEX
PALAESTRA MVLIER
AMPELISCA MVLIER
PTOLEMOCRATIA SACERDOS
PISCATORES
TRACHALIO SERVOS
LABRAX LENO
CHARMIDES SENEX
LORARII
GRIPVS PISCATOR

PROLOGVS

ARCTVRVS

Qui géntis omnis máriaque et terrás mouet,
Eius súm: sum ciuis cíuitate caélitum,
Ita út uidetis, spléndens stella cándida,
Signúm quod semper témpore exoritúr suo
Hic átque in caelo: nómen Arcturóst mihi.
Noctú sum in caelo clárus atque intér deos,
Intér mortalis ámbulo in terrá dius.
Et ália signa dé caelo ad terram áccidunt:
Quist ímperator díuom atque hominum Iúppiter,
Is nós per gentis áliud alia dísparat,
Qui fácta hominum, animum, móres, pietatem ét fidem
Noscámus, ut quemque ádiuuet opuléntia

* * * * * * *

(Qui fálsas litis fálsis testimóniis

ARC TVRVS DVO *D.* ARCTVRVS *F. unius versus spat. BC*
1. gentes omnes *libri* 2. sum : sum 𝔖*: cf. ad v. 3.* sum *libri* cuius *C.* cui' *D* celitum *libri, sed* cęlitũ D^3 3. sum *ante* ut *B*, *ante* splendens *ceteri : del.* 𝔖 plendens *B* (*) 4. Signũ, ũ *ex* o, *B* ^{b} suo ^{b}exoritur *B* (*) 5. celo *BF* (*item v.* 6) est *libri* michi *B* 6. *Post* deos *s. v. &* *D.* deos et *FZ* 7. mortalis *B.* mortales *ceteri* in terra dius 𝔖. inter dius *CD.* interdius *BFZ* (*) 8. celo *DF* occidunt *Z* (*) 9. est *et* diuum *libri* iuppiter, u *ex* p *incohata, B.* iupiter *F* 10. gentes *B, sed fort. corr. in* gentis aliud *Seyffertus Stud. Pl. p. 24.* alium *libri* disparat *s. v. D.* dis parat *C* (*) 11. hominum animum 𝔖. hominum *libri* piętatem *D* (*) 12. noscamus, u *ex* o, *B* quem que *D* *Lacunam signavit* 𝔖 *ad hoc exemplum:*

Proinde ut promeritust uirtute et sapientia

versibus 13—27 *seclusis duce Dziatzkone Mus. Rhen. t. XXIV (a. 1869) p. 580 sq.* (*)

Petúnt quique in iure ábiurant pecúniam,
Eorúm referimus nómina exscripta ád Iouem.
Cotídie ille scít quis hic quaerát malum.
Qui hic lítem apisci póstulant peiúrio
Malí, res falsas qui ínpetrant apud iúdicem,
Iterum ílle eam rem iúdicatam iúdicat:
Maióre multa múltat quam litem aúferunt.
Bonós in aliis tábulis exscriptós habet.
Atque hóc scelesti sí animum inducúnt suom
Iouem sé placare pósse donis hóstiis,
Et óperam et sumptum pérdunt: id eo fít, quia
Nihil éi acceptumst á periuris súpplici.
Facílius si qui píus est a dis, súpplicans,
Quam quí scelestust ínueniet ueniám sibi.)
Idcírco moneo uós ego hoc, qui estís boni
Quique aétatem agitis cúm pietate et cúm fide:
Retinéte porro póst factum ut laetémini.
Nunc, húc qua causa uéni, argumentum éloquar.
Primúmdum huic esse nómen urbi Díphilus
Cyrénas uoluit. íllic habitat Daémones

14. qui que *D* inpure *pro* in iure *scripturus erat B* (*) 15. ex scripta *D.* excripta *F* iouem, i *ex* s, *D.* ioñe *C* 16. Quotidie *FZ* (*sublato post* Iouem *puncto, quod corr. Pylades*) querat *BCD* (*) 17. apisci, pi *ras. ex* pl, *B.* adipisci D^3*FZ* peiurio *Pareus.* peiorio *CD.* pelorio *B.* periurio *FZ* 18. malires D^1. ma lites D^3 *post* Mali *distinxit Acidalius* (*post* periurio *priores*) imp. *libri* (*) 20. mulcta mulctat *F* 21. (*) 22. sce̜lesti *D* si 𝔖 *praeeunte* si in *Muellero Pros. p. 509.* in *libri* inducunt *FZ.* indicunt *BCD* suum *libri* (*) 23. placare (a *supra* e) *B* posse donis *B.* posset oñib; *CD.* posse omnibus *FZ* hostiis, *alt.* i *ex* s, *D.* ostiis *C* (*) 24. sup̄ tū *B* perdunt *Pylades.* perduunt *BCDZ.* perdiunt *F* ideo *libri, corr. Gulielmius Qu. in Rud. p. 439* 25. Nichil *B* est *libri* aperiuriis *libri, corr. Camerarius* supplicii *libri* 26. pius *Z.* plus *ceteri* diis *BF* (*) 27. est *libri* 28. Idcir co *B.* Iccirco *F* moneo, eo *ex* eu, *C* hoc *Fleckeisenus.* haec *BCZ.* hec *DF* qui estis *Z.* q;uestis *B.* que uestis CD^1. qui ue estis D^3F (*) 29. quique, *priore* q *ex corr.* (*fuit* b *ut vid.*), *D* aetatē *ex* aetates *ut vid. D* Conpletate CD^1. Conplectate D^3 et fide, *om.* cum, *B* 30. post] est *F* letemini *BF.* le̜timini *CD* 31. (*) 32. Primum dum *libri: corr. Lambinus* 33. Cirenas *libri* illic *ex* hic *D* habitat demonies *BCD, sed* td *ex* re *D.* habitare daemones *Z.* habitare demonem *F*

In agro átque uilla próxuma proptér mare,
Senex qui húc Athenis éxul uenit, haú malus.
Neque is áde̋o, propter málitiam patriá caret:
Sed dum álios seruat, se ínpediuit ínterim,
Rem béne paratam cómitate pérdidit.
Huic fíliola ultro uírgo periit páruola:
Eam dé praedone uír mercatur péssumus:
Is eam húc Cyrenas léno aduexit uírginem.
Adoléscens quidam cíuis huius Átticus
Eam uídit ire e lúdo fidiciní domum.
Amáre occepit: ád lenonem déuenit,
Minís triginta síbi puellam déstinat
Datque árrabonem et iúre iurando ádligat.
Is léno, ut se aequomst, flócci non fecít fidem
Neque quód iuratus ádulescenti díxerat.
Ei áderat hospes pár sui, Siculús senex,
Sceléstus Agrigentínus, urbis próditor:
Is illíus laudare ínfit formam uírginis
Et áliarum itidem quae eíus erant muliérculae.
Infít lenoni suádere, ut secúm simul
Eat ín Siciliam: ibi ésse homines uoluptários
Dicít, potesse ibi démum fieri díuitem.
[Ibi ésse quaestum máxumum meretrícibus.]

34. proxima *libri* 35. senex, n *ex* x *incohata*, *C* 36. maliciam *B* caret, t *ex* r *ut vid.*, *B* 37. Sed, d *ex* t *ut vid.*, *B* impediuit *BDZ*. inpediunt *C*. impediunt *F* 38. partam *Z* (*corr. Pylades*) comita te D^1 (*coni.* D^3) per didit *D* 39. ultro uirgo 𝕾. uirgo *libri* paruola *B*. paruula *CFZ*. par uula *D* (*) 40. depredone *BF* pessimus *B* 41. circnas *libri* 42. adolescens *libri* :huius : ciuis *D* (*puncta add.* D^2). huius ciuis *FZ* (*corr. Pylades*) atticus *Z*. atticos *BCD*. atthicos *F* 43. fidicini 𝕾. fidicinio BCD^2FZ. fidicio D^1 (*) 44. occoepit *CDZ* deuenit, n *ex* p, *B* 46. arabonem *Z* iure (ii *ex* a *ut vid.*) iurando *C*. iureiurando *BZ* alligat *libri* 47. equumst *F*. ęquum (aequum *C*) est *ceteri* 48. adolescenti *CDZ* 49. Ei aderat 𝕾. Ei erat *libri* (eierat *C*) par sui *Fleckeisenus*. parui *libri* paruisi culus *B* (*) 50. agri (g *ex* r *ut vid.*) gentinus *D*. agri geminus *F* prodito D^1, *corr.* D^2 53. lenonis uadare *B* simul *s. v. add.* D^2 (*)
54. sicillã *B* noluptuarios *F* (*) 55. potes se *D* ibi demum 𝕾. ibi eum *libri* (*) 56. *Versum ex v. 541 huc illatum esse Fleckeisenus vidit, qui debuit saltem praecedere v. 55* questum *BF* maximum *libri*

Persuádet: nauis clánculum condúcitur:
Quidquíd erat noctu in náuem conportát domo
Leno: ádulescenti, quí puellam ab eo émerat,
Ait sése Veneri uélle uotum sóluere
— Id híc est Veneris fánum — et eadem ad prándium
Vocáuit adulescéntem huc. ipse hinc ílico
Conscéndit in nauem, áuehit meretrículas.
Aduléscenti alii nárrant ut res gésta sit:
Lenónem abiisse. ad pórtum adulescens áduenit:
Illórum nauis lónge in altum abscésserat.
Ego quóniam uideo uírginem asportárier,
Tetuli éi auxilium et lénoni exitiúm simul:
Increpui hibernum et flúctus moui máritumos.
Nam Arctúrus signum sum ómnium unum acérrumum:
Veheméns sum exoriens, quom óccido uehementior.
Nunc ámbo leno atque hóspes in saxó simul
Sedént eiecti: náuis confractást eis.
Illa aútem uirgo atque áltera itidem ancíllula
De náui timidae désuluerunt ín scapham.
Nunc eás ab saxo flúctus ad terrám ferunt

69. *Servii Vatic. 3317 ad Verg. Georg. I 67:* arcturum autem pluuiarum et tempestatum esse auctorem et Plautus ostendit in Rudente, cum eundem ipsum dicentem facit 'increpuit hibernum et fluctus mouit marinos'

57. danculũ, n *ex* u *ut vid., C* 58. Quicquid *BCD* cõportat *BFZ* domoleno D^1 (*disi.* D^2) 59. adolescenti *B* (*) 61. et eadem ad 𝕾. et eo ad *BCDZ.* exeo ad *F* (*) 62. adolescentem *BDZ* huc, c *ex* i, *D* hinc *B.* hunc *CDFZ* 63. in nauem *inter alia Muellerus Pros. p. 492.* nauem *libri* auehit D^3FZ. auenit BD^1. a///uenit *C* (*) 64. adolescenti *libri* 65. abisse *B.* abiis se *er.* ad portũ *in fine pag. ante* Ad portum *D* adolescens *B et C ante corr.* aduenit 𝕾. uenit *libri* (*) 67. qm̄ *B* 68. teluli *D ante corr.* ei *Z.* et *vel & ceteri* lenononi *D* exicium *B* (*) 69. *Cf. testim.* maritimos *BCDZ* 70. suum D^1, *corr.* D^3 omnium unum *Seyffertus Stud. Pl. p. 24.* omĩ ũ *B.* omnium *CDFZ* acerrimum (c *ex* r *D*) *libri* (*) 71. Vachemens *Z* cum *libri* (*) 72. amabo *BF* in saxo leno atque hospes *libri, traiecit Reizius* simul, u *ex* e *ut vid., D* (*) 73. Sedent eiecti *Z.* Sedente lecti *B.* Sedenti lecti *CD.* Sedent electi *F* confracta, r *ex* a, *B* est iis *BCDZ.* est . sed *F* (*) 74. Illa *s. v.* D^2 ancilla *CDFZ* 75. timide *C ante corr. FZ* insca phã *B* 76. Nuno, o *cum ras. superne, B*

Ad uíllam uiuas, éxul ubi habitát senex:
[Quoius déturbauit uéntus tectum et tégulas.]
Sed séruos illic est éius qui egreditúr foras.
Adoléscens huc iam aduéniet, quem uidébitis,
Qui illám mercatust dé lenone uírginem.
Valéte, ut hostes uóstri diffidánt sibi.

77. Ad *F*. At *vel* Ac *ut vid. B*. At *CDZ* uiuas 𝕾. illius *libri* (*) 78. *Versum interpolatum esse demonstravit Dziatzko l. s. s. p. 583* Cuius *libri* uentum *Z* 79. Sed *Luchsius Herm. t. VIII (a. 1874) p. 121.* Et *libri* seruus *libri* (*) 80. Adulescens *D ante corr. Z*. Adolescens *BC et D ex corr.* 81. mercatus ẽ *F* delelone *C* 82. uestri *FZ*. uestiri/// (*er.* s) *B*. uestiri *CD*

ACTVS I

SCEPARNIO

Pro di ínmortales, témpestatem quoíusmodi
Neptúnus nobis nócte hac misit próxuma.
Detéxit uentus uíllam — quid uerbís opust?
Non uéntus fuit, uerum Álcumena Eurípidi,
Ita omnís de tecto déturbauit tégulas:
Inlústrioris fécit festrasque índidit.

PLESIDIPPVS. (ADVLESCENTES III.) SCEPARNIO. DAEMONES

Plesidippvs

Et uós a uostris ábduxi negótiis
Neque íd processit quóia duxi grátia:
Nequíui ad portum lénonem prehéndere.

Act. I Sc. 1 SCEPARIO SERUVS (*in fine v. 82*) *D itemque FZ. unius versus spat. BCD* 83. ro *cum sp. init. C* di immortalis *BCDZ.* dii iṁmortales *F* cuiusmodi *libri* 84. proxima *libri* 85. opus ẽ *F* 86. Alcumena Euripidi *Angelius.* alcumenaeuripidi *B.* alcumenae urippidi CD^1F. alcumenae euripidi D^3Z (*) 87. omnes *CDFZ* delecto *F* (*) 88. Illustrioris *FZ* festrasque *Meursius Exerc. crit. I p. 220.* fenestras que *B.* fenestrasque *CDFZ* in indidit CD^1 (*corr.* D^3)*F* (*)

Act. I Sc. 2 PRESIDIPP' ADOLESCENS SCEPARIO SERVVS *D.* Plesidippus (Pleusidippus *F*) adolescens. Daemones senex. Scepario seruus *FZ. unius versus spat. BCD* 89. & ṭuos, *puncto semier. ut vid., D.* ttuos *cum sp. init. C* auestris *CDF.* aurīs *B.* et urīs *Z*(*) 90. quoia 𝔖. quia uos *D.* quauos *B.* qua uos *CFZ*(*) 91. Nequiui *Bothius.* Ne que quiui *BC.* Neque quiúí (*alt. lineola* D^3) *D.* Neq; qui *F.* Neque quiui *Z* lenonem ad portum *FZ* prehendere, h *ex* n, *D.* p̄hendere *C* (*)

Sed méa desidia spém deserere nólui:
Eo uós, amici, détinui diútius.
Nunc húc ad Veneris fánum uenio uísere,
Vbi rém diuinam sé facturum díxerat.

SCEPARNIO

Si sápiam hoc quod me máctat concinném lutum.

PLESIDIPPVS

Prope me híc nescioquis lóquitur.

DAEMONES

Heus, Scepárnio.

SCEPARNIO

Qui nóminat me?

DAEMONES

Quí pro te argentúm dedit.

SCEPARNIO

Quasi mé tuom esse séruom dicas, Daémones.

DAEMONES

Luto úsust multo, múltam terram cónfode.
Villam íntegundam intéllego totám mihi:
Nam núnc perlucet éa quam cribrum crébrius.

PLESIDIPPVS

Patér, salueto, ambóque adeo.

DAEMONES

Et tu sáluos sis.

100. *Servii Vatic. 3317 ad Verg. Georg. II 348:* uerbum infode uenit ab eo quod est fodio fodis fodit: unde Plautus in Rudente 'luto . . . . . confode'

92. Volui *F* 95. Vbi *om. Z* 96. Sc. *Camerarius.* dem. *FZ* sapiẽtia *F* mattat *F* concinnem, ci *ex* n *ut vid., C.* c̄ cinnẽ *B* (*) 97. Pl. *Camerarius.* S *D.* Sce *FZ. sp. C* Pro^{pe} me *B* hic *Z.* hinc *BCD.* hũc *F* dem. *FZ.* P *D. spat. BC* heuscerpanio *B.* heusce parmo *C.* heu ceparnio *D.* heus sceparío *F* (*sic semper*). heu sceparnio *Z* 98. S *D. spat. C* Dem. *F.* P *D.* Ple *Z. spat. B* 99. S *D. spat. C* tuum *et* seruum *libri* demones *BCF.* domones *D. om. Z. Inde ab hoc versu personarum spatia sunt in BCD, nisi ubi propter versuum interstitia res dubia est aut contrarium indicatur: ubi nihil additur personas recte habent FZ* 100. luto usus est *BCDF.* luto usus *Z, Servii Vatic. 3317: corr. Reizius* multo, o *ex* u, *D* multam, *priore* m *ex* t *incohata, C* 101. michi *B* 102. nun^{c} *D* (*) 103. Et tu saluos 𝔖 (*cf. v. 416. Stichi v. 316*). saluus *libri* (*)

SCEPARNIO

Sed utrúm tu masne an fémina's, qui illúm patrem
Vocés?

PLESIDIPPVS

Vir sum equidem.

SCEPARNIO

Quaére uir porró patrem.

DAEMONES

Filíolam ego unam habui: heú, eam unam pérdidi.
Viríle secus necúmquam ullum habui.

PLESIDIPPVS

At dí dabunt.

SCEPARNIO

Tibí quidem hercle quísquis es magnúm malum,
Qui orátione hic óccupatos óccupes.

PLESIDIPPVS

Istícine uos habitátis?

SCEPARNIO

Quid tu id quaéritas?
Ah!
Quo móx furatum uénias uestigás loca.

PLESIDIPPVS

Pecúliosum esse áddecet seruom ét probum,
Quem eró praesente praétereat oratio,
Vt qui ínclementer dícat homini líbero.

---

107. *Priscianus inst. V p. 162, 7 H.:* . . . masculina sunt, ut hic clarus magnus animus uentus somnus lacertus cursus metus sexus — quamuis Plautus etiam hoc sexus neutro genere protulit in Rudente 'uirile . . . . habui' — fluctus artus portus acus *e. q. s.*

104. Sc. *D, Saracenus: Daemoni continuant FZ* tu mas (masne *Reuterus*) an *Camerarius.* tuasne an *BCD*[1] (tu as ne *D*[3]). tu uirne an *FZ* es *libri* 105. noces *CD*[1] (*corr. D*[3]) Sc. *F, Bothius.* Dem. *Z* quere *BF* 106. eo *B* heu 𝕾. *om. libri* (*) 107. *sp. praem. CD* secus *Ausonius Popma de usu ant. locut. I 3.* sexus *libri cum Prisciano* necumquam 𝕾. numquam *libri cum Prisciano* ditabunt *D*[1], *corr. D*[2] 108. herde *C* (*) 109. hic *Guietus, Reizius, Bentleius.* nos hic *libri* ocupatos *C* (*) 110. Isticine, ci *ex* n *ut vid., C* queritas *BDF* 111. Ah Quo mox furatum 𝕾 *conl. Trin. v. 864.* An quo furatum mox *libri* (*) 112. addecet *Bothius.* decet *libri* seruom *B.* seruum *ceteri* (*) 113. pretereat *CDF* (*) 114. Vt qui 𝕾. Aut qui *libri* (*)

SCEPARNIO

Et ínpudicum et ínpudentem hominem áddecet
Moléstum ultro adueníre ad alienám domum,
Quoi débeatur níl.

DAEMONES

Tace, Scepárnio.
Quid opúst, adulescens?

PLESIDIPPVS

Ístic infortúnium,
Qui praéfestinet úbi erus adsit praéloqui.
Sed nísi molestumst, paúcis percontárier
Volo ego éx te.

DAEMONES

Dabitur ópera atque in negótio.

SCEPARNIO

Quin tu ín paludem is éxsicasque harúndinem,
Qui pértegamus uíllam dum sudúmst?

DAEMONES

Tace.
Tu sí quid opus est díce.

PLESIDIPPVS

Dic, quod té rogo,
Ecquém tu hic hominem críspum incanum uíderis,
Malúm periurum, pálpatorem.

DAEMONES

Plúrumos:
Nam ego própter eiusmodí uiros uiuó miser.

PLESIDIPPVS

Hic díco, in fanum Véneris qui muliérculas

---

115. impudicum et impudentem *CDFZ* 116. atuenire *B* alienũ *CD*[1] (*corr. D*[3]) 117. cui *et* nihil *libri* taces ce parnio *C* 118. opus est *Pylades* (opust *Fleckeisenus*). opus *libri* adolescens *DFZ* istic *Fleckeisenus*. isti *libri* (*) 119. prefestinet *et* preloqui *BF* 120. nisi *ex* nihil *D*[2] molestum est *B* paucis paucis *C* 121. *ante* uolo *spat. CD* 122. palude nos *F* exicasque *Turnebus ex membranis* (*cf. praef. Poen. p. XI*) *Lambinusque in adn.* exigasque *B*. exagitasque *CDZ*. exagitas *F* harundinem *Pareus*. harundine *BCDF*. harundines *Z* (*) 123. pertegam usuillam *B*. perteganius. uillam *C*. pertegamus ⌗ uillam *D* 125. ec quem *D* et canum *F* uideris, u *ex* ri *ut vid.*, *C* (*) 126. plurimos *libri* 127. pro *D*[1], pter *s. v. D*[2] eius modi *BD* (*) 128. *Post* dico *distinxit Kampmannus*

Duas sécum adduxit, quícum adornarét sibi,
Vt rém diuinam fáciat aut hodie aút heri.

DAEMONES

Non hércle, adulescens, iam hós dies conplúsculos
Quemquam ístic uidi sácruficare: néque potest
Clam me ésse, si qui sácruficat: sempér petunt
Aquam hínc aut ignem aut uáscula aut cultrum aút ueru
Aut aúlam extarem aut áliquid — quid uerbís opust?
Venerí paraui uása et puteum, nón mihi.
Nunc ínteruallum iam hós dies multós fuit.

PLESIDIPPVS

Vt uérba praehibes mé periisse praédicas.

DAEMONES

Meá quidem hercle caúsa saluos sís licet.
Fortásse tu huc uocátus es ad prándium?

PLESIDIPPVS

Ita.

DAEMONES

Quí uocauit núllus uenit?

PLESIDIPPVS

Ádmodum.

SCEPARNIO

(Nullúmst periclum te hínc ire inpransúm domum:

131 *sq. Schol. Veron. ad Verg. Aen. X 557:* Lon(gus). istic pro hic ut Plautus in Rudente 'non . . . . sacrificare'

Annot. p. 17 129. quicum 𝔖. quique *libri* (*) 130. hodce *C* 131. hercule *schol. Veron.* ercle *B* adul. *schol.* adol. *libri* istos *schol.* c̄pl. *B.* compl. *vel* cõpl. *CDFZ, schol.* 132. Quẽ quam *B* sacruificare *B.* sacruficare, f *ex* c *ut vid., C.* sacrificare *schol. cum F* 133. sacrificant *F* 134. hic *DFZ* 135. aulam *B, Pylades.* alilam *CDFZ* extare *B.* exitarẽ *F* ẽ *F* 137. inter uallum *C* 138. prehibes *B.* p̄hibes *D*[1]. phibes *D*[3] *cum FZ* perisse *F* predicas *BCF* (*) 139. ercle *BC* saluus *libri* *Secuntur in libris, quos* 145. 146 *feci praecunte ex parte Dziatzkone Mus. Rhen. XXIV (a. 1868) p. 578 adn.* (*) 140. *Daemonis esse Barthius vidit Advers. XII 5 p. 675, quem cum v.* 145 *sq. Sceparnioni editiones cum FZ continuant* huic *F* 141. PL. Ita. DAE. Qui 𝔖. illu (illu///, *er.* c *ut vid., C*) ⌗ tui *CD.* Illu tui *B.* Ille qui te *FZ* ⌗ ad modum *BCD.* domum *F* (*) *Versus* 142—144 *ut dittographiam versuum* 145 *sq. seclusit* 𝔖 142. SC. *om. F* Nullũst *B.* nullust *CD* periculum *et* impransum *FZ* (*)

Cererém te meliust quám Venerem sectárier,
Amóri haec curat, trítico curát Ceres.)
Heus tú qui fana uéntris causa círcumis,
Iubére meliust prándium ornarí domi.

PLESIDIPPVS

Delúdificauit me íllic homo indignís modis.

DAEMONES

Pro di ínmortales, quíd illuc est, Scepárnio,
Hominúm secundum lítus?

SCEPARNIO

Vt mea opíniost,
Proptér uiam illi súnt uocati ad prándium.

DAEMONES

Qui?

SCEPARNIO

Quía post cenam, crédo, lauerúnt heri.

DAEMONES

Confrácta nauis ín marist illís.

SCEPARNIO

Itast.
At hércle nobis uílla in terra et tégulae.

DAEMONES

Hui,
Homúnculi quanti éstis! eiecti út natant!

---

155. *Priscianus inst. III p. 109, 1 H.:* homo homunculus Plautus in Rudente 'homunculi . . . . . natant'. dicitur tamen et homuncio et homullus et homullulus

---

143. Cererem *D*[3]*FZ.* prerem *cum sp. init. B.* prȩrem *CD*[1] meliust *Reizius.* melius *libri* sectarier *Camerarius.* spectarier *libri* (*) 144. Amori *Meursius Exerc. crit. I p. 22, Scioppius Susp. lect. IV 1 p. 177.* Amorẽ *BDF.* amorem *CZ* triticum *Z.* triticus *F* curat, t *ex* s, *C* cȩres *D.* uenus *B* (*) 145 *sq. Cf. ad v. 139* 145. ueneris *D*[2]*FZ* 146. lubere *CD*[1] (*corr. D*[3]) est *libri* ad prandium *F* 147. illic *Luchsius Herm. t. VI (a. 1872) p. 279.* ille *libri* 148. dii *libri* imm. *CDFZ* scerparnio *B* 149. littus *Z* ut *Z.* aut *BCDF* opinio est *Reizius.* est opinio *libri* (*) 151. Quia *BZ.* qui *CDF* cȩnam *D* lauerunt. heri *F* 152. DAE. *praem.* 𝔖 est *bis libri* SC. 𝔖. Dem. *FZ* (*) 154 *sq.* ercle *B* nouis *BCD* uillã in *B* DAE. Hui *Camerarius.* Sce. Hui *FZ* (*) 155. *Post* estis *distinxit Acidalius Div. p. 435* eiecti ut natant *Z cum Prisciano.* electi ut narrant *BCDF*

PLESIDIPPVS

Vbí sunt homines, óbsecro?

DAEMONES

Hac ad déxteram:
Vidén secundum lítus?

PLESIDIPPVS

Video. séquimini.
Vtinam ís sit, quem ego quaéro, uir sacérrumus.
Valéte.

SCEPARNIO

Si non móneas, nosmet méminimus.

Sed ó Palaemon, sáncte Neptuní comes,
Qui aerúmnae Herculeae sócius esse díceris,
Quod fácinus uideo?

DAEMONES

Quíd uides?

SCEPARNIO

Muliérculas
Videó sedentis ín scapha solás duas.
Vt ádflictantur míserae! euge, euge, pérbene,
Ab sáxo auortit flúctus ad litús scapham:
Nequé gubernator úmquam potuit réctius.
Non uídisse undas mé maioris cénseo.
Saluaé sunt, si illos flúctus deuitáuerunt.
Nunc núnc periclumst: éia, eiecit álteram.
At ín uadost: iam fácile enabit. eúgepae!

---

167. *Nonius p. 519, 23:* censere et arbitrari ueteres cognatione quadam socia ac similia uerba esse uoluerunt . . . . Plautus in Rudente 'non . . . . . censeo'

156. hi homines *B* obsecro, c *ex* r, o *in ras.*, *C* dextram *B* (*) 158. quero *BF* sacerrimus *libri* (*) 159. *ante* ualete *spat.* *CD* 160. ó *B* palemon *libri* 161. Qui aerumnae herculeae 𝔖. qui (q F) hercule *CDFZ*. Qui herculis *B* (*) 162. *ante* quod *spat.* *CD* uideo, o *ex* ris, *D* muerculas *C*. merculas D^1: *corr.* D^2 163. sedentes *B* scapha, ca *ex* ch, *D* 164. ad flictantur *B*. afflictantur *CF* 165. abuortit *DFZ* 166. gubernatoꝝ quã *B*. gubernatorum quam CD^1: *corr.* D^2 potuit rectius *Reizius conl. Asin. v. 402.* potuit *libri* (*) 167. Non, n *ex* u, *C* me *om. Nonius* 168. deuitarunt *BF* (*) 169. periculum est *F* eia, eiecit 𝔖. eiecit *libri* (*) 170. uado est *F* eugepae *Camerarius.* eugepace *B*. euge pace *CZ, itemque praem. spat. D,* Sce *F* (*)

Viden álteram illam ut flúctus eiecít foras?
Surréxit, horsum sé capessit: sálua res.
(Desíluit haec autem áltera in terram é scapha.
Vt praé timore in génua in undas concidit!
Saluást, euasit éx aqua: iam in lítorest.)
Sed déxtrouorsum auórsa it in malám crucem.
Hem,
Errábit illaec hódie.

DAEMONES

Quid id refért tua?

SCEPARNIO

Si ad sáxum, quo capéssit, ea deorsúm cadit
Errátionis fécerit conpéndium.

DAEMONES

Si tú de illarum cénaturus uésperi's
Illís curandum cénseo, Scepárnio:
Si apúd me essuru's, míhi dari operam máuolo.

SCEPARNIO

Bonum aéquomque oras.

DAEMONES

Séquere me hac ergó.

SCEPARNIO

Sequor.

176. *Priscianus inst. XV p. 75, 19 H.:* antiqui etiam dextrouorsum dixerunt. Plautus in Rudente 's e d . . . . c r u c e m'

171. Vide ne *BCD.* Videsne *FZ* 172. orsum *CDF* (*) *Versus* 173—175 *ut dittographiam versuum 169 sq. seclusit* 𝕾 174. ingenua *BCD* (*) 175. litore est *BDF.* littore est *CZ* 176. dextro uorsum *CDFZ* auersa it *BCD.* aduersa it *FZ.* auersa est *Priscianus* 177 *sq. Ante* hem *spat. D,* dem *F* Em *B* errabat *F* illec *CDF* Sce. quid *F* refe^{r}t *B* (*) 179. *Pers. om. F* eadeorsum *B.* ea de orsum *D* quod *Z* (*) 180. fecer^{a}it *B* comp. *vel* cōp. *libri* 181. Si *Z.* Sit *BCD.* Sic *F* ornaturus D^1*Z* (^{o}orn. D^2) uesperi es *Camerarius.* ue$^{\cdot pe}$·ries *B.* ueperies *D.* ue (cenaturusue) peries *C.* ut peries *F.* ueparies *Z* (*) 183. *Ante* si *sp. CD* essuru's *Fleckeisenus.* essurus BCD^1. es esurus D^3. es serius *F.* es seruus *Z* mauolo 𝕾. uolo *libri* (*) 184. ęquomque *B.* aequumq' *CZ.* ęquumque *D.* equūq' *F* ergo Sce. sequor *FZ.* ⋕ ergo sequor *C.* ergo sequor *D.* ⋕ sequor *B* (*)

PALAESTRA

Nimio hóminum fortunaé minus miseraé memorantur
Quam, quí sciunt experiúndo, eis uis dátur acerbum.
Nescíoquoii hoc deo cónplacitumst me hoc órnatu ornatam ín incertas
Regiónes timidam eiéctam? 187b
Hancíne ego ad rem natám miseram memorábo? hancine ego pártem
Capio ób pietatem praécipuam?
Nam hoc míhi nil labórist labórem hunc potíri,
Sic si érga paréntem aut deós me inpiáui:
Sed íd si paráte curáui ut cauérem,
Tum hoc mi índecore iníque inmodéste datís di.
Nam quíd sibi habebunt ínpii insígne posthac,
Si ad húnc modumst innóxiis honór apud uos?
Nam mé si fecísse aut paréntis sceléste
Sciám, minus me míserer.
Sed eríle scelus me sóllicitat, eius méd inpietas mále habet:

Act. I Sc. 3 PA LES TRA MVLIER *D.* Palestra puella *F.* *unius v. sp. BC* 185—89 *sic B:*

Nimio hominum fortune minus misere memorantur
experiundo iis datur acerbum
hoc deo cõplacitum est me hoc ornatu ornatam
In incertas regiones timidam eiectam
Hancine ego ad rem natam miseram memorabo
Hancine ego partem capio obpietatem praecipuam

a quo ceteri sic differunt: imio *cum spat. init. C* fortunę *CZ* miserae *Z* *post* memorantur *spatium in fine v. C itemque post* acerbum *in medio v. 14 fere litt. sp., ubi velut pers. sp. habet D* 187. complacitũst *F* 188. Hanccine *F* *verba* ad rem . . . . . Hancine ego *om. CDFZ* Quam qui sciunt *et* uis *et* Nescioquoii *suppl.* 𝔖 (*) 190. nil 𝔖. aut *BCDZ.* haud *F* (*) 191. Sic si 𝔖. Si *libri* imp. *libri* (*) 192. it *BC* parte *Z* 193. tñ *F* mihi *libri* inq' (i superscr.) *B.* iniqueq' *F* Datis di (dinã *B*) *in proximi v. initio habent libri* (*) 194. sibi habebunt inpii insigne 𝔖 *duce Ottone.* habebunt sibi igui (sibigni *B.* sibi igitur *Z*) impii *libri* (*) 195. modum est *libri* innoxus *C.* innoxius *F* amor *F* (*) 196 *sq. uno versu comprehendit B* nam, n *ex* r *ut vid., D* sciam *post* si *libri, post* sceleste 𝔖 me *Camerarius.* mei *libri* miseret *F.* misererer D^3*Z* (*) 198. herile *CDFZ* sollitat *B.* solicitat *F* med 𝔖. me *libri* impietas *libri* (*)

Is náuem atque omnia pérdidit in mari: em haéc eius sunt bonum rélliquiae.
Étiam quae simúl
Vécta mecum ín scaphast, Ampelisca, éxcidit:
Égo nunc sola súm.
Quaé mihi sí foret sálua saltém labor
Lénior ésset hic mi éius operá.
Nunc quám spem aut opem aút consilí quid capéssam,
Ita híc solis sólis locís conpotíta?
Hic sáxa sunt hic máre sonat neque quísquam mi obuiam hómo uenit.
Hóc quod indúta sum súmmae opes óppido,
Néc cibo néc loco técta quo sím scio:
Quaé mihist spés qua me uíuere uelím?
Néc loci gnára sum néc dius híc fui:
Áliquem saltém uelim quí mihi ex hís locis
Aút uiam aut sémitam mónstret: ita núnc

199—181 *vocibus* mari, simul, sola sum *versus terminat B*
199. Q *et* R *ad* (at)q(ue omnia pe)r *quadrans in A dispicere mihi visus sum, dein altero versu* QU *ex* reliquiae em haec eius sunt bonum relliquiae 𝕾. haec (Hec *B.* nec *Z*) bonorum eius sunt reliquię (reliqę *B*) *libri* (*) 200 *sq.* ——— QUAE *v. 3 apparuit in A post spatium* ETIAM *capiens.* etiam q̃; *B.* etiamq; CD^1F. etiam q̄ D^3 Ampelisca excidit *Muellerus Pros. p. 191.* excidit *libri* (*) 201^b *sq.* ——— LA —— Q *A* (*v. 4*) *quadrante* Ego nunc so *et* sum nunc ego D^1, *corr.* D^2 (*)
202. Quam *F* forte *DZ.* forent *F* 203. leuior *F*, '*libri vet.' Lambini* leniores sed CD^1: *corr.* D^3 mihi *libri* (*) 204. Nunc quam *Z.* Numquam *BCD.* Nunquam *F* consilii *libri* 205. solis (*vel* lucis) solis 𝕾. solis *libri* compotita *Pylades.* compotita sum *BCDZ, nonnulli ex 'libris vet.' Lambini.* compotior sum *F* (*) 206. neque quisquam mi obuiam homo uenit 𝕾. nec quis qua Homo mihi obuiam uenit *B.* nec quisquam homo mihi (mi *D*) obueniam (obuiam D^3FZ) uenit *CDFZ.* NEQ·QUISQUAM *in A mihi apparuit certissimis tribus* Q *litteris: quae cum versus 7 principio exstent, duobus versibus post* 201^b *sq. interiectis, cumque v. 211 sex versibus interpositis sequi videatur, suspicor v. 204 sq. in A subiectos fuisse versui 206* (*) 207. summe *DF* (*)
208. ne^c^loco *B* (*) 209. est *libri* (*) 210. gnata *F* dius 𝕾. diu *libri* (*) 211. Aliquem saltem 𝕾 (*cf. Ter. And. 314. 328*). Saltem aliquem *libri cum A in quo* — LTE ——— ẸLI —— I *dispicere mihi visus sum* (*certis* ẸLI *litteris*), *ita ut* sa — m aliquem u — m qu *spatia expleant* uellim *B* (*) 212. Monstrec *C et D ante corr.* —— TR *in A* (*v. 15 in.*) *pelluxit, ut verba* monstret —— uti sum (*v. 216*) *quattuor versibus complexus esse videatur: extremo tantum paginae versu litterarum umbras quasdam aegre agnovi, quas* (nun)C (me m)IS(e)RA(m

Hác an illác eam incérta sum cónsili,
Néc prope usquam híc quidem cúltum agrum cónspicor,
Álgor, errór, pauor, me ómnia tenént.
Haéc, parentes meí, me hauscitis míseri nunc miseram ésse ita uti sum.
Leíbera ego prognáta fui máxume, nequíquam fui.
Nunc quí minus seruio Áttica quam sí forem serua náta?
Neque quícquam umquam ibus prófuit qui mé sibi eduxérunt.

AMPELISCA. PALAESTRA

AMPELISCA

Quid míhi meliust, quid mágis in remst, quam córpore uitam ut sécludam?
Ita mále uiuo atque ita míhi multae in pectóre sunt curae exánimales:
Ita rés se habent: uitae haú parco: perdídi spem qua me obléctabam.

ita es)S(e uti s)U(m) *interpretabar valde dubitanter* 213. ac *C ante corr.* incerta sum *Gruterus* (sum incerta *Pylades*). incerta *BFZ.* incertam *CD* consilii *libri* 214. Neq; *F* usq. *cum 2 litt. spat. B post* conspicor *spatiolum C* 215. omã *B* (*) 216. me hauscitis miseri nunc 𝕾. haud (aut *B*) scitis miseri me (Me *B*) nunc *libri* esse ita uti *B.* esse uti *CDFZ. Cf. ad v. 212* (*) 217. LEIBERAPROGNATAFUEIMAXUMENEQUIQUAMFUEI *A, ubi* fuei *bis veri simile habeo* (fui *Arg,* leibera *etiam Ar*), ego *sine dubio abest* (*cf. Epid. v. 498*). Libera ego prognata fui maxime nequiquam (nequicquam *FZ*) fui *ceteri* 218. NUNCQUIMINUSSERUIO——RUANATA (T *ex* R *facta ut vid.*) *A* seruio Attica 𝕾. seruio *libri* (*de A non liquet*) serua forem *B.* forem serua *ceteri cum A ut vid.* (*) 219. NEQ·QUICQUAMUMQUAM————QUIMESIBIEDUXERUNT (UNT *per ligat.*) *A, ubi quod ceteri habent in medio versu* iis (us *C.* his *B*) profuit (pro suit *D*) *vel* EISPROFUEIT *non sufficit explendo spatio* (ibus 𝕾) me *om. B* umquam *om. F* (*)

Act. I Sc. 4 AMPELICA PALAESTRA, *uno praeterea versu vacuo, A.* PA LES TRA AM PE (*post* eduxerunt) ‖ LISCA MULIERES DVÆ *D.* Amphelisca (*sic semper*) Palestra puelle due *F. unius v. spat. BC* 220. *Sic A* (ACORPORE *As*), *nisi quod* REMEST *cum ceteris,* MELIUST *cum Reizio:* melius est (meliu' ẽ *B*) *ceteri,* UITAMUTSECLUDAM *in proprio versu, ubi* uitam secludam *CDZ.* uitam seclusam *F.* uitã sedulã *B* (*) 221. *Sic libri cum A, nisi quod ille* EXANIMABILES (*in proprio versu*) 222. *Sic A, nisi quod* AU(KAU *Ar*), *ubi* haud *ceteri, qui pro* ITARESSEKABENT *praebent* dent (deniq; *F*) *cum 3 litt. sp. B, cum 10 litt. sp. C* perdidispẽ, *priore* d *ex* t *ut vid., B* OBLECTABÃ *A* (*)

Omnía iam circumcúrsaui atque omníbus latebris perréptaui
Quaerére conseruam: uóce, oculis, auríbus ut uestigárem.
Neque eam úsquam inuenio néque quo eam neque quá quaeram consúltumst,
Neque quém rogitem respónsorem quemquam ínterea conuénio.
Neque mágis solae terraé solae sunt quam haéc loca atque haec regiónes.
Neque sí uiuit eam uíua umquam quin ínueniam desístam.

PALAESTRA

Quóianam mihí uóx prope hic sonát?

AMPELISCA

Pértimui: quis híc lóquitur tam propé?

PALAESTRA

Spés bona, obsecró, súbuenta mihí.

AMPELISCA

Múlier est, múliebris uóx mi ad aurís uenit.
Éximesne me éx hóc miseram metú?

223. *Sic A, nisi quod* ATQ· ——BUS: *sed* OMNIBUSLATEBRIS (*sic Reizius*) *certum, ubi* inlatebris omnibus *CDFZ*. omĩbꝰ in latebris *B* perpẽꝛtaui D^1: r *pro alt.* p D^3 (*) 224. Querire *BC*. Quę rire D^1: *corr.* D^3 *cum AFZ* OCULISQ· *A* ut uestigarem 𝔖. UESTIGAREM *A*. ut peruestigarem *ceteri* 225. *Sic A, nisi quod ter* NEQ· *et* CONSVLTVM(E)ST (*in proprio versu*) Nequeã *B*. nequeã CD^1: *corr.* D^3FZ q̊ eam *B*. coeam CD^1: *corr.* D^3 queram *BCDF* consultũst *CDF*. consultũ est *BZ* (*) 226. *Sic A, nisi quod* CÕUENI*, *ubi ceteri* inuenio (*) 227. NEQ·MAGISSOLAETERRAESOLAESUNTQUAMKAECSUNTLOCA ‖ ALQ·KAECSOLAEREGIONES *A, ubi in altero versiculo* LQ·KAE *et* OLA *et* REG *litterae certae visae sunt* (*nihil notavit Ar,* KAE, *non* KAEC, *As*). Neq; magis solae terrę solę s͠t quã hec loca ‖ atq; hae regiones *B*. neque magis solę terrę solę sunt quam hęc loca atque hę regiones *CDZ itemque* (*sed* e *pro* ę) *F*: haec *pro* hae *Schmidtius de pron. p. 45 sqq. et Studemundus Annal. phil. t. CXIII p. 61* (*)
228. uiua umquam *Reizius cum A, ut vid. ex spatio inter* UI *et* QUAM. uiuã nũquã *B*. uiuam numquam *CDZ*. uiuã unquam *F* quini ueniam D^1, *corr.* D^3 (*) 229. Quoianam *Rittershusius apud Scioppium Susp. lect. I 21 p. 58.* Quianam *BCD* (i *del* D^1 *et* D^3). QUAETAM *A* (*certa* T *littera*). Quenam *F*. Quaenam *Z* MIKIUOXPROPEKICSONAT (*certis maxime* ——O—RO *litteris*), *ubi* uox mihi *ceteri* (*)
230. PERTIMUI *in fine v. 229 (et paginae) A praecedente pers. spat. itemque CD.* Pertimui *B* tam prope 𝔖 (*cf. A v. 229*). prope *BCDFZ* (*)
231. michi *B* (*) 232. mihi *libri* aures *CDFZ* (*) 233. eximesne me 𝔖. eximes *libri* (*cum sp. init. B antecedenti hunc v. adiungens*) miseriam *F* mitu *C* (*)

PALAESTRA

Cérto uox múliebris aúris tetigít meas:
Num Ámpelisca óbsecrost?

AMPELISCA

Tén, Palaestra, aúdio?

PALAESTRA

Quín uoco, ut me aúdiat, nómine illám suo?
Ampelisca!

AMPELISCA

Hém, quis est?

PALAESTRA

Égo, Palaestra: ém tibi.

AMPELISCA

Díc ubi's?

PALAESTRA

Pól ego nunc ín malis plúrumis.

AMPELISCA

Sócia sum néc minor párs meast quám tua.
Séd uidere éxpeto té.

PALAESTRA

Mihi's aémula.

AMPELISCA

Cónsequamúr gradu uócem: ubi's?

PALAESTRA

Écce me:
Accede ad me átque adi cóntra.

AMPELISCA

Fit sédulo.

PALAESTRA

Cédo manum.

---

234. *Hinc* P *et* A *praem. D, nisi ubi contrarium testor* 235. obsecrost, *alt.* s *ex* e, *D* palestra *libri* (r *s. v. D*) 236. nomine, no *ex* mo *ut vid., C* scio *F* 237. Palaestra em tibi 𝕾. palẽst *B.* palam est *C.* palã ẽ *D.* palestra *FZ* (*) 238. ubi es *et* plurimis *libri* 239. Sotia *BCD* meaẽ *B.* mea est *F* 240. expecto *Z* es aemula *FZ.* essaemula *B.* esse (ẽẽ *D*) mula *CD* 241. ubi es *libri* 242. adqꝫ *C* (*) 243. *Vnus versus est in B* cẹdo *CD*

AMPELISCA

Accipé.

PALAESTRA

Díc: uiuisne, óbsecro?

AMPELISCA

Tú facis mé quidem uíuere ut núnc uelim,
Quóm mihi té licet tángere: ut uíx mihi
Crédo ego hoc, té tenere. óbsecro, ampléctere,
Spés mea: ut me ómnium iám laborúm leuas.

PALAESTRA

Óccupas praéloqui quaé mea orátiost.
Núnc abire hínc decet nós.

AMPELISCA

Quo amabo íbimus?

PALAESTRA

Lítus hoc pérsequamúr.

AMPELISCA

Sequor quó lubet.

PALAESTRA

Sícine hic cum úuida uéste grassábimur?

AMPELISCA

Hóc quod est íd necessáriumst pérpeti.
Séd quid hoc óbsecrost?

PALAESTRA

Quid?

AMPELISCA

Víden, amabo, fánum?

251. *Macrobii Exc. Bob. p. 652, 1 K.:* grassatur iteratio est a graditur: Plautus in Rudente 'sicine . . . . grassabimur'

uiuis ne, n *ex* m *ut vid., C* (*) 244. uiuere ut *Reizius.* ut uiuere *libri* 245. Quom *Pareus.* Quã *BCDF.* Quando *Z* uix michi *B* 246. (*) 247. lãborum D^1, *corr.* D^3 leuas *B, Pylades.* leuias *CDFZ* 248. quae mea oratiost *Reizius.* quę mest (que $\overset{i}{\text{m}}$ est *F.* quae inest *Z*) oratio *libri* (*) 250. Littus *Z* 251. PA. *Camerarius. om. DFZ, neque spat. est in CD* Siccine *FZ* hic cum *FZ.* hic cum, i *pro* c *incohata, B.* hiccum *CD.* hic in *Macr.* uuida ueste *Saracenus.* uiuo aueste *BCDZ.* uiuo auete *F.* umida ueste *Macr.: cf. ad v. 264. 409. in marg. aliquid eras. ut vid. in B* 252. AM. *Camerarius. om. DFZ neque spat. est in CD* necessarium est *libri* (*) 253ᵃ. obsecro est D^3FZ. obsecro es BD^1. obsecra es *C* 253ᵇ. ⋕ quid ⋕ uiden amabo (*cum v. 253ᵃ*) Fanum uidesne hoc

PALAESTRA

Vbist?

AMPELISCA

Ad déxteram: uidésne hoc?

PALAESTRA

Videó decorum dís locum uidérier.

AMPELISCA

Haud lónge abesse opórtet homines híne, ita hic lepidúst locus.

PALAESTRA

Hunc quísquis est deus uéneror ut nos éx hac aerumna éximat
Aut míseras inopes aérumnosas út aliquo auxilio ádiuuet.

PTOLEMOCRATIA. PALAESTRA. AMPELISCA

PTOLEMOCRATIA

Qui súnt qui a patróna precés mea expetéssunt?
Nam uóx me precántum huc forás excitáuit.
Bonam átque obsequéntem deam átque haud grauátam
Patrónam exsequóntur benígnamque múltum.

‡ ubi est ‡ ad dexteram (dextrã *B, pers. pro spat. DFZ) libri:* uidesne hoc *traiecit* 𝔖 (*) 254. PA. *Camerarius. om. DFZ (sine sp. CD)* Videor *F* (*) 255 *sqq. Sic B:*

Haud longe abesse oportet homines hinc
ita hic lepidust locus ꞔeximat
est dš ueneror ut nos exhac erũna
Miseras inopis ęrumnosas ut aliquo auxi
lio adiuuet

a quo haec notandae discrepantiae: P haud *DFZ* (AM. *Camerarius*) oportet esse *F* homines, h *ex* o *ut vid., B* hic *s. v. D post* locus *spat. in fine v. CD, ubi* Nunc (PA. Hunc 𝔖) quisquis *suppl. Camerarius* deus *CDFZ* erumna *CDF* Aut 𝔖. *om. libri* inopes *F, Fleckeisenus ep. crit. p. XX* aerumnosas *CD* aut aliquo *Z* adiuuat *CD*[1]*Z: corr. D*[3]. ad(iuu)et *ex A testatur Studemundus in Act. congregat. philol. Caroliruh. (ed. Lips. a. 1884) p. 46* (*)

Act. I Sc. 5 SACRDOS (*sic*) et eidẽ C (*post* adiuuat) *D.* Sacerdos et eedem puelle *F.* Sacerdos et eaedem mulieres *Z. unius versus spatium BCD* 258. ui *cum sp. init. C* quia *CD* p̄ces *libri* expetessunt, pe *ex* pa, *B.* expetes sunt *CD.* expetentes sunt *Z.* expetescunt *F* (*) 259. me p̄cantum *B.* p̄cantum me *CDZ.* precantum *F* 260. adq; *C* haut *B* 261. exsequuntur *BC.* exsecuntur *D.* executur *Z.* exequuntur *F* bengnamque *B Personas FZ habent, spatia BCD*

PALAESTRA

Iubémus te sáluere, máter.

PTOLEMOCRATIA

Saluéte,
Puéllae: sed unde uós íre cum uuidá
Véste, dicam, óbsecro,
Tam maéstiter uestítas?

PALAESTRA

Ílico hinc ímus haud lóngule ex hóc loco:
Vérum longe hínc abest, únde aduectae húc sumus.

PTOLEMOCRATIA

Némpe equo lígneo pér uias caérulas
Éstis uectae?

PALAESTRA

Ádmodum.

PTOLEMOCRATIA

Ergo aéquius uós erat
Cándidatás uenire hóstiatásque: ad hoc
Fánum ad istúnc modum nón ueniri solet.

PALAESTRA

Quaéne eiectae é mari súmus ambae, obsecró,

264 *sqq. Nonius p. 597, 11:* maestiter pro maeste Plautus in Rudente 'sed . . . . uestitas' *Priscianus inst. XV p. 71, 1 H.* maestiter *ex Plauto eodem quo Nonius fonte usus (Capro ut vid.) profert*

262 *sq.* iubemus te *in fine v. 261 B, dein* Saluere mater ╫ Saluete puellę S7 (*ex* d *ut vid.*) unde nos *coniungens et* Ire . . . . uestitas 263 *sq.* uos ire (Ire *B: v. s.*) *libri cum Nonio, nisi quod* uorsire *Harl. Par.* cum uuida ueste dicam *Z cum Nonio.* cum uiu dauest (d *ex* o *ut vid.*, a u *ras. separ.*) edicã *B.* cum uuidauest Edicã *CD*[1] (ueste *D*[2]). cum humida ueste edicam *F* (*) 265. tam mestter, te *ex* at *ut vid.*, *B.* (i *supra* t) tam aestiter *C.* tam ęstiter *D*[1]*: corr. D*[3] ueste uestitas *Nonius* 266. *4—5 litt. sp. ante* Ilico *B* aut *BCD* longule *F.* longula *BCD.* longulae *Z* (*) 267. abest unde aduectę huc *B.* ab es bundę uectę *CD*[1]. abest unde uectae *D*[3]*FZ* 268. *3 litt. sp. ante* Nempe *B. pers. sp. om. CD* equo *FZ.* et quo *CD.* & qđ *B* caerulas *Guietus, Reizius, Bentleius.* cęruleas *libri* 269. ęstis *DZ* uectę, ue *in ras. ex* ad *ut vid.*, *B* At modum *B* (*in medio versu*). at modum *C* ergo equius, g *ex* o, *B.* Ęquius *D*[1] (Ergo *add. D*[2]) suos *B* orat *cum spatiolo C.* orat *D*[1]*Z: corr. D*[3] 270. *Ante* ad hoc *distinxit Camerarius, ante* ad istunc *Z* 271. istinc *B* (v *supra* i) 272. *Spat. om. CD* Quaene *Gulielmius Qu. in Rud. p. 437 cum Mureto.* Quę nec, c *puncto del. et semier.*, *B.* quę nec *CD.* Quae nunc *Z.* Que *F* eiectæ *C* e maris *F* ambo *D*[1]*: corr. D*[2] (*)

Vnde nos hóstias ágere uis tibi húc?
Núnc tibi ampléctimur genua egentés opum,
Quae ín locis nésciis néscia spé sumus,
Vt tuo récipias técto seruésque nos
Míseriarúmque te ambárum uti mísereat:
Quibús nec locúst ullus néc spes parátast,
Neque hóc ampliús quod uidés nobis quícquamst.

PTOLEMOCRATIA

Manús mihi date éxsurgite á genibus ámbae:
Miséricordiór nulla mést feminárum.
Sed haéc pauperés res sunt ínopesque aedículae:
Egomét uix hic uitám colo: Venerí cibo meo séruio.

AMPELISCA

Venerís fanum, obsecro, hóc est?

---

273. *Charisius inst. II p. 224, 17 K.:* unde pro e quo loco Plautus in Rudente 'unde . . . . uoluisti' 275. *Gellius N. A. IX 12, 21:* nescius quoque dicitur tam is qui nescitur quam qui nescit. sed super eo qui nescit frequens huius uocabuli usus est, infrequens autem est de eo quod nescitur.... Plautus in Rudente 'quae . . . . sumus' *Nonius p. 145, 7:* nescium pro incognito. Plautus in Rudente 'quae . . . sumus': *Cf. Gulielmius Qu. in Rud. p. 437*

---

273. tibi amplectimur $D^3 Z$. tibij amplectimur D^1. tibi iam plectimur *BC.* tibi amplectemur *F* uis tibi huc 𝕾. uoluisti huc *libri.* uoluisti *Charisius* (*) 275. in loco si nescis *Harl. aliique Nonii codd.* nescias pessimus *codd. Gell.,* nescias pessumus *Non. Harl.* (*)
277. miseriarumq; D^3. Miseriarum quę BCD^1Z. miserarumque *F* ambarum, m *ex* b *inter scribendum, B* 278. locust *Reizius.* locus *libri* parata est *libri* (*) 279. amplius, p *ex* b, *B* quod *Reizius.* quam quod (quot *BC*) *libri* uides *FZ.* uidens BCD^1. uideas D^3 Quicquamst $D^3 Z$. q quast (i *supra*) *B.* Qui quast *CD* 280. *5 litt. spat. ante* Manus *B* date, da *ex* ex *ut vid. corr., B.* datę *C* exurgite *libri* 281. me est *libri* 282. hęc *ex* hic *ut vid. B.* hae *Z.* he *F* res *B. om. CDFZ* aediculae (*vel* uillae) 𝕾. puellae *libri* (*) 383 *sqq. Sic B:*

Egomet uix uitã colo ueniri cibo meo seruiuo
Veneris fanũ obsecro hoc est. Fateor
ego hui' fani facerdos clueo. Verũ quicquid
ẽ comiter fiet ame quo nc̃ copia ualebit
Ite hac mecũ. Amice benigneq; honorẽ
mat nrm̃ habes. Oportet

a quo hac notandae discrepantiae: hic uitam 𝕾. uitam *ceteri quoque, nisi quod* ui *s. v.* D^2 ueneri $D^3 FZ$ seruio D^1, *Camerarius* (ser-

PTOLEMOCRATIA

Fateór: ego huius fáni
Famula ét sacerdos clúeo
Verúm quicquid ést comitér fiet á me,
Necópia quo ualébit.
Ita hác mecum.

PALAESTRA

Amíce benígneque honórem,
Matér, nostrum habes.

PTOLEMOCRATIA

Opórtet.

---

uiuo D^2). seruibo *FZ* (*post hanc vocem spat. in fine v. CD*) ergo D^1, r *del.* D^2 *ut vid.* Famula et sacerdos 𝕾. sacerdos *CDFZ* (*non B*) comiter D^3. comite D^1. comitem *C* quo non (ñ *D*) copia *CDFZ* (necopia quo 𝕾) Amicę *CD* benignęque *C* mater *CDFZ* (*)

ACTVS II

PISCATORES

Omníbus modis qui paúperes sunt hómines miseri uíuont,
Praesértim quibus nec quaéstus est nec dídicere artem unquam úllam.
Necéssitate quícquid est domi íd sat est habéndum.
Nos iám de ornatu própemodum ut locuplétes simus scítis.
Hisce hámi atque haec harúndines sunt nóbis quaestu et cúltu,
Cotídie ex urbe ád mare huc prodímus pabulátum.
Pro exércitu gymnástico et palaéstrico hoc habémus:
Echínos, lopadas, óstreas, balanós agitamus, cónchas,
Marínam urticam, músculos, placúsias striátas.

Act. II Sc. 1 PISCATORES (*post* Oportet *v. 289*) *DFZ. unius versus spat. BD, reliqui tantum post* Oportet *C* 290. NO. *in marg. adscr. D*[3] mnibus *cum sp. init. C* uiuunt *libri* 291. Presertim (Presertĩ. quibꝫ *B*) *et* questus *libri* unquam ullam 𝔖. ullam *libri* (*) 292. it sat *BC* 293. Nos, o *ex* e *ut vid., B* prope modum *CDZ* sumus *om.* scitis *Z: corr. Pylades* (*) 294. Hisce hami *Camerarius* (*etiam in B*). His cenã i *B*. His cęnam *CD*[2]. His cenam *D*[1]*F*. his coenam *Z* haec harundines *Bentleius ad Ter. Eun. II 2, 38:* heᵇarundines *B*. hę (he *F*) harundines *ceteri* questu *BD*[3]*F*. quest tu *CD*[1] (*) 295. Cotidie ex urbe *Camerarius in annot.: et sic 'libri vet.' Lambini.* Ex urbe *libri* (r *ex* b *incohata B ut vid.*)*: sed B cum 3 litt. spatio, C cum spat. in fine versus praecedentis* (*) *Post* pabulatum *spatiolum C: item post finem v.* 296. 297. 298. 303

296. P·ercitu (ex *suprascr.*) *B* (ex *suprascr. minus claro ideoque* ·ex *in marg. repetito*) gimnastico *libri* palestrico *D*[3]*F*. palestricum *CD*[1]*Z*. palecftricum (f *et ex* c *corr. et suprascr.*) *B* (*) 297. æchinos *F* lopadas *libri cum nonnullis Lambini* hostrias *B*. ostrias *CD*[1]*: corr. D*[2] balanos agitamus 𝔖. bala noc aptam' *B*. balano (baiano *Z*) captamus *CDZ*. balanos captamus *F* (*) 298. plagusias *libri: corr. Reizius auctore Salmasio* (*)

Postíd piscatum hamátilem et saxátilem adgredímur,
Cibúm captamus é mari: si euéntus non euénit
Neque quícquam captumst píscium, salsí lautique púre
Domúm redimus clánculum, dormímus incenáti.
Atque út nunc ualide flúctuat mare, núlla nobis spés est:
Nisi quíd concharum cápsimus, in caéno sumus profécto.
Nunc Vénerem hanc ueneremúr bonam, ut nos lépide ad-
iuerit hódie.

TRACHALIO. PISCATORES

TRACHALIO

Animum áduorsaui sédulo, ne erum úsquam praeterírem:
Nam quóm modo exibát foras, ad pórtum se aibat íre:
Me huc óbuiam iussít sibi ueníre ad Veneris fánum.
Sed quós perconter cómmode eccos uídeo adstare: adbíto.
Saluéte fures máritumi, conchítae atque hamiótae,
Famélica hominum nátio: quid ágitis, ut perítis?

---

299. P' id̄ (*sic*) *B.* post id *ceteri* hammattilem *CD*[2]*F* (hamatilem *D*[1] *cum BZ*) aggredimur *Z.* adgreditur *CDF.* ac greditur *B* 300. cybum *D* euenit *Bothius.* uenit *libri* (*) 301. est *libri* sal sila utique purę *B* 302. incęnati *CD* 303. ut nunc *CDFZ.* ñc *B* 304. qd̄ *D*[1], *corr. D*[3]. quit *B.* quod *FZ* conclarum *BCD*[1] (l *del. D*[3]) in caeno 𝔖. incenati *libri* (incęnati *CD.* incoenati *Z*) *ex v. 302* (*) 305. adiuuerit *libri, corr. Fleckeisenus, Bentleius* (*)

Act. II Sc. 2 TRA CHALIO (*in fine v. 305*) SERVVS ET IDEM PISCA C *D.* Tracalio seruus et iidem pisca *Z.* Tracalio seruus. Piscatores *F. unius v. spat. BC* 306. TR. *praem. D* Animum aduorsaui *Bothius post Dissaldeum.* Animo aduersaui (*vel* adũsaui) *libri* neerum' quam *B.* ne erumus quam *CD*[1]: *corr. D*[2] preterirem *CF.* praeterimus *B* 307. cum *libri* portũ *an* purtũ *in B sit dubium* aiebat *D ex corr. FZ.* alebat *D ante corr. BC: corr. Acidalius Div. p. 437* 308. Iussit (*sic*) *B* 309. per conter *C.* percuncter *F* eccos uideo *D*[3]. eccon si uideo *B.* Eo (*ex* Ec) consuideo *C.* Eocons (Eo *ex* Ec) uideo *D*[1]. eos quos uideo *Z.* eos uideo *F* astare *libri* adbito 𝔖. adito *BCD.* adibo *FZ* (*) 310. mures *F* maritimi *libri* conchite atque hamitte *F* 311—317. *Sic B:*

Famelica hominũ natio quid agitis ut peritis
Vt piscatorẽ ęquũ est fame sitiq, speq,
Ec quẽ adulescentẽ huc dũ hic astatis
Strenua facie rubicundum fortẽ qui tres
Duceret clamidatos cũ macheriis uidisti seni
Nullũ istac facie ut p̄dicas uenisse huc scim'
ec quem Recaluũ at silanũ senẽ statutũ uentriosũ

PISCATORES

Vt píscatorem aequómst, fame sitíque alguque spéque.

TRACHALIO

Enim * * * * * * * * Ecquem adulescéntem
Nunc dum híc adstatis strénua facié rubicundum fórtem
Vidístis, qui tris dúceret chlamydátos cum machaéris?

PISCATORES

Nullum ístac facie ut praédicas uenísse huc scimus.

TRACHALIO

Écquem
Recáluom ac siloném senem, statútum uentriósum,
Tortís superciliís, contracta frónte, frauduléntum,
Deorum ódium atque hominum, mále malum, uití probrique plénum,
Qui dúceret muliérculas duas sécum satis uenústas?

PISCATORES

Cum istíus modi uirtútibus operísque natus quí sit,
Eum quídem ad carnuficemst aéquius quam ad Vénerem conmeáre.

TRACHALIO

At sí uidistis, dícite.

PISCATORES

Huc profécto nullus uénit.
Valé.

a quo hae notandae discrepantiae: v. 2 P *praem. DFZ* piscotorẽ *B ante corr.* piscatores *ut vid. D ante corr.* famae *C.* famę *D* alguque 𝕾 *conl. Most. v. 193. om. libri* *post* speque *spat. in fine pag. CD.* Tra *FZ* *Lacunam significauit* 𝕾 *ad hoc exemplum:* Enim (*vel* Em *ex v. 5*) síc decet. sed dicite. PI. Quid uis? TR. Ecquem *v.* 3 adol. *FZ* Nunc 𝕾. huc *libri* Strenua, u *ex* a *ut vid., B* *v.* 4 Vidistis *hoc loco Kampmannus Annot. p. 21* (*ex v. 5*) *inter* qui *et* tres *lineola del. B* *v.* 5 cum machaeris *Saracenus.* cũ (qui D^1 *corr.* D^2) macheriis *etiam CDFZ* uidisti seni *etiam* CD^1. uidistis D^3FZ *v.* 6 P *praem. DFZ, sp. C* Nullam *D ante corr.* *v.* 7 ec quem *cum sp. etiam CD.* Pi. ecquem *FZ* ac silonem *FZ.* at silanum *CD quoque* uentricosum D^3F (*) 319. male malum 𝕾. malum mali *libri* uitii *libri* (*) 320. mulierculas, li *ex* ei, *B* 321. *8 fere litt. spat. ante* Cũ *B, pers. sp. D* modis *B* operis q, *B* qui sit *Pylades.* qui siet (qs iet *B*, i *suprascr.*) *libri* (*) 322. at BCD^1 (d *suprascr.* D^3) carnificem est *libri* quã, q *ex corr., B* cõeare *B.* commeare *CDFZ* 323. TR. *praem. D, spat. C itemque in versus principio B* P huc *D* (*post* uenit *spatium*) huc, u *ex* a *ut vid., B*

TRACHALIO

Valete. — crédidi: factúmst quod suspicábar,
Data uérba ero sunt: léno abit sceléstus exulátum.
In náuem ascendit, múlieres auéxit: hariolús sum.
Is húc erum etiam ad prándium uocáuit, sceleris sémen.
Nunc quíd mihi meliust quam ílico hic oppériar erum dum uéniat?
Eadem haéc sacerdos Véneria si quídpiam ampliús scit,
Si uidero, exquisíuero: faciét me certiórem.

AMPELISCA. TRACHALIO

AMPELISCA

Intéllego: hanc quae próxumast tu uíllam Veneris fáno
Pulsáre iussisti átque aquam rogáre.

TRACHALIO

Quoia ad aúris
Vox mi áduolauit?

AMPELISCA

Óbsecro, quis hic lóquitur? quem ego uídeo?

TRACHALIO

Estne Ámpelisca haec, quaé foras e fáno egreditur?

---

324. factum est *libri* quod *FZ*. quo *BCD* 325. abiit *FZ* scelestũs ex ulatum *B* (*) 327. herum *Z*. *om*. *F* 328. Nunc quid *B*, *Acidalius Div. p. 437*. Nunquid *CFZ*. Numquid *D* melius *B*. meliust *ceteri* illico *B raro exemplo* operiar erum BD^2. operia rerum D^1. opperiarerum *C* (*) 329. haec *Z cum 'libris vet.' Lambini*. hanc BCD^1. hec D^3. hac *F* uenerea D^3Z si quidpiam 𝔖. siquit *B*. siquid *ceteri* (*) 330. ex qui siuero *B* me *suprascr*. *B*

Act. II Sc. 3 MVLIER AMP (*in fine v. 330*) PELISCA TRACHALIO SERVVS *DZ*. Amphelisca Trachalio *F*. *unius v. spat. BC*

331. ntellego *cum sp. init. C* proxumast CD^1 (e *s. v.* D^2). proxima est *BZ*. promissa est *F* tu uillam 𝔖. uillam *libri* fano, f *e corr*., *B*. fano *cum spat. CD* (*) 332. atquaquam *BC*. atqua quâ *ex* atquam quã *D* TR. *Valla*. *om*. *FZ* (*spat. est in BCD*) cuia *Z*. cuius *F*. cui *cum sp. CD itemque in fine v. B post 7 l. sp.* Ad auris . . . . obsecro *uno versu comprehendens* (*sed* Vox *et* quis) 333. mihi *libri* AM. *D*. *om*. *FZ* (*testor ubi personas habet D, ubi non habent FZ neque spatia noto nisi extraordinaria*) *ante* quem (Quem *B*) *spat*. *BC*, TR. *DFZ*: *del*. *Camerarius* (*) 334. TR. *Camerarius*. *spat*. *D*. *om*. *FZ*: *cf*. *v*. *333* Est ne *BD* haec *Pylades*. hĩ *B*.

AMPELISCA

Éstne hic
Trachálio quem cónspicor, calátor Plesidíppi?

TRACHALIO

Eást.

AMPELISCA

Is est. — Trachálio, salué.

TRACHALIO

Salue, Ampelísca:
Quid agís tu hic?

AMPELISCA

Aetatem haúd malam male.

TRACHALIO

Mélius omindruáre.

AMPELISCA

Verum ómnis sapientís decet conférre et fabulári.
Sed Plésidippus túos erus ubi amábost?

TRACHALIO

Heia uéro,
Quasi nón sit intus?

AMPELISCA

Néque pol est neque húc quidem ullus uénit.

TRACHALIO

Non uénit?

AMPELISCA

Vera praédicas.

om. *CDFZ* Est ne hic Trachalio (*sic*) *in v. 335 in. post 7 l. sp. B* (*corr. Reizius*), *mox a* plesidippi, Salue (*cum 7 litt. sp.*), Aetatem *versus incipiens* (*sed* East *et* Quid agis): *corr. Camerarius* (*) 336. *Personas habet D* Ea est *CFZ* 337. Am. *praem. FZ: del. Camerarius* tu hic *Camerarius.* tu *libri* Am. *Camerarius.* Tr. *FZ* haut *B* mala male *B* Tr. *Camerarius.* AM *DFZ* (*) 338. Am. *Camerarius.* *om. DFZ* omnes (*vel* om̃s) sapientes *libri* (*) 339. plenidippus *BCD*, *nisi quod* eni *an* em *in B incertum* (*idem* d *ex* c *ut vid.*). plegidippus *Z.* pleusidippus *F* tuus *et* amabo est *libri* Helauero *BC.* TR. Heia uero (i *ex* l) *D.* Tr. eia (eya *F*) uero *FZ* Helauero *in initio v. 440 B*, *dein ab* Vllus, Non est (*cum 4 litt. sp.*), Quot, Facitis *versus incohans* (*sed* Quasi *et* ampelisca· sed *et* Nempe *scribens*): *corr. Camerarius* 340. AM. *D* Neque *B* huc quidem ullus *BC*, *Pylades.* ullus quidem huc *DFZ* 341. TR. *D* Vera (p *supra* a) dicas (*ex* dicis *ut vid.*) *B* predicas *C*

TRACHALIO

Non ést meum, Ampelísca.
Sed quám mox coctumst prándium?

AMPELISCA

Quod prándium, obsecró te?

TRACHALIO

Nempe rém diuinam fácitis hic?

AMPELISCA

Quid sómnias, amábo?

TRACHALIO

Certe húc Labrax ad prándium uocáuit Plesidíppum,
Erúm meum erus uostér.

AMPELISCA

Pol haud miránda facta dícis:
Si deós decepit ét homines, lenónum more fécit.

TRACHALIO

Non rém diuinam fácitis hic uos néque erus?

AMPELISCA

Harioláre.

TRACHALIO

Quid tu híc agis igitur?

AMPELISCA

Éx malis multís metuque súmmo
Capitálique ex perículo orbas aúxilique opúmque huc
Recépit ad se Véneria haec sacérdos me et Palaéstram.

TRACHALIO

An híc Palaestrast, óbsecro, erí mei amica?

AMPELISCA

Cérto.

---

342. est *libri* AM. *D* Quot *B* obsecro, c *ex* r, *C* 343. hic hic *B* Quid *B* 344. TR. *D* ad prandium uocauit Pleusidippum *Reizius.* plesidippum (pleus. *FZ*) ad prandium uocauit *CDFZ et B m. Camer. ex* plesidippum uocauit ad prandium (*) 345. uester (ũr *B*) *libri* AM. *D* dicis, c *ex* e, *D* (*) 346. decępit *D* 347. uos *ex* nos *ut vid. C.* uos *s. v. D* ariolare *Z* 348. TR. *D. spat.* (*3—4 l.*) *B* hic agis 𝔖. agis hic *CDFZ.* agis *B* AM. *D* Ex mat *B* (*) 349. periculo *FZ.* periclo *BCD* or bas, r *ex* l *vel* b, *D* auxiliique *libri* (a *ex* x *vel* & *D*) *post* huc *spatiolum C* (*) 350. Recepit D^3*FZ.* Recipit *BCD* hęc ueneria sacerdos D^1 (*corr.* D^2). haec sacerdos ueneria *Z* palestram *libri* 351. TR. *D. spat.* (*5 litt.*) *B* palestrast *CDZ.* palestra sit *B.* palestra est *F* ameica *B* AM. *D* (*) Certo *in v.* 352, am-

TRACHALIO

Inést lepos in núntio tuo mágnus, mea Ampelísca.
Sed istúc periclum pérlubet quod fúerit nobis scíre.

AMPELISCA

Confráctast, mi Trachálio, hac nócte nauis nóbis.

TRACHALIO

Quid, náuis? quae istaec fábulast?

AMPELISCA

Non aúdiuisti, amábo?

* * * * * * * * *

Quo pácto leno cláncnlum nos hínc auferre uóluit 356b
In Síciliam et quidquíd domi fuit ín nauem imposíuit?
Ea núnc perierunt ómnia.

TRACHALIO

Ió! Neptune, sálue:
Ne te áleator núllus est sapiéntior. profécto

---

355 *sq. Lacunam signavi cum quia coniunctis* audiuisti, quomodo . . . uoluit *coniunctivus requireretur tum quia non sine emolumento hic adhiberi potest Sisennae testimonium apud Rufinum comm. in metr. Ter. p. 561, 3 K. (a Ritschelio Parerg. p. 381 ad Curcul. v. 548 adhibitum):* Sisenna in Rudente sic . . . . postea sic 'latronem producit metri causa', *unde sic lacunam expleas:*

Neque erúm scis nostrum, réctius quem látronem appelláres,
Quo pacto leno *e. q. s.,*

nisi latro *pro* leno *scripseris, praecedente tali versiculo:*

Ergo Labracem qui homo sit, Trachalio, hau nouisti.

Cf. append. crit.

---

pelisca (*sic*) *in v.* 353 *initio* (*sed* Inest *et* Sed) *B: corr. Camerarius* 352. TR. Inest *D* *post* ampelisca *spatiolum C* 353. periculum *F* quod (*sic,* t *ex* d *ut vid.*) *B* nobis *F* 354. AM. *D. spat.* (*3 litt.*) *B* Confracta est *libri* mitra . chalio (*sic*) *B* (*) 355. TR. *D* Quit *B* *ante* nauis *distinxit Lambinus* nauis q, *BC.* nauis D^1 (quę *s. v.* D^2) ista ec *BCD* fabula st *B.* fabula est *ceteri* AM. *D* Non *B* 355 *sq.* amabo Quo (*sic*) *in versus initio B* (*corr. Pylades*), *ubi* amabo? *cum unius versus lacuna* (*cf. testim.*) 𝕾 *pro* amabo, Quo (*) 357. quit quit *B.* quicquid *CFZ.* quic D^1*:* qd *s. v. add.* D^2 imposiuit *Camerarius.* inposuit *BCD.* imposuit *FZ* 358. TR. *D* Io Neptune 𝕾. Ioh Nept une (u *e corr., fuit* Nepide *ut vid.*) lepide *B.* oh (o *F*) neptune lepide *CDFZ* (lepide *ex v. 360*) *a* lepide salue Nec (*sic*) *versum incohat B* *post* salue *spatiolum C* 359. Ne *Fleckeisenus: cf. Philol. II p. 68.* Nec *libri* ullus *FZ*

Nimis lépide iecistí bolum: periúrum perdidísti.
Sed núnc ubist lenó Labrax?

AMPELISCA

Periít potando, opínor:
Neptúnus magnis póculis hac nócte eum inuitáuit.

TRACHALIO

Credo hércle ἀναγκαίῳ datum quod bíberet. ut ego amó te,
Mea Ámpelisca: ut dúlcis es, ut múlsa dicta dícis.
Sed tu ét Palaestra quó modo saluae éstis?

AMPELISCA

Scibis fáxo:
De náui timidae ambae ín scapham insilúimus, quia uidémus
Ad sáxa nauem férrier: properáns exsolui réstim,
Dum illí timent. nos cúm scapha tempéstas dextrouórsum
Differt ab illis. ítaque nos uentísque fluctibúsque
Iactátae exemplis plúrumis miseraé perpetuam nóctem:
Vix hódie ad litus pértulit nos uéntus exanimátas.

TRACHALIO

Nouí, Neptunus íta solet: quamuís fastidiósus
Aedílis est: siquae ínprobae sunt mérces, iactat ómnis.

---

360. lecistibolum *B* per iurum *B.* peiurum *CD* 361. ubi est *libri* AM. *D* perit *BCDZ* portando *D* opino:ɫ *B* 362. Neptunevs *B, in quo signum in marg. er. vid. ad h. v.* cum *C* 363. TR. *Carpentarius, Pistoris (del. ante* ut) herche *B* anancaeo *cum Camerario Turnebus ex membr. Opp. I p. 61, 2 (cf. Advers. XXI 12).* an ancaeo *B.* anan eo *CD* (eodatum *C*). ananeo *FZ* TR. ut *DFZ.* ut *cum sp. C. ab* Vt *novum v. incipit B, dein a* mulsa *et* Scibis (*post 2—3 litt. sp.*) *et* quia (*sed* Mea *et* At *habet*)*: corr. Pylades* (*) 364. multa *C* dicis *cum spatiolo in fine v. CD* 365. Sed tu *FZ.* S& tu *C ex corr.* Scitu *C ante corr. D.* scita *B* palestra *libri* qmo (o above) *B* salue *CDF* AM. *D* 366. De naui *Fleckeisenus praeeunte* E naui *Pylade.* nauis *libri* sċpham (*sic*) *B* uidemus, m *ex* ti *ut vid., B* (*) 367. At *B* ferrier, rr *ex* ri, *B* exsolui *B.* exsoluisti *CD.* exolui *FZ* restẽ *B* *post* restim, *non post* timent, *lenius distinxit Reizius* 368. Dum, D *ex* O *ut vid., B* scapha, p *e corr., D* 369. ab (*sic* b *cum lineola*) illis (*alt.* l *ex* i) *B, in quo nota cr. in marg. ad hunc v.* uentis que *B* *post* fluctibusque *sp. CD* 370. iactate *CDF* plurimis *libri* misere *F* perpetuã, a *ex* e, *B* (*) 372. nos *om. B* ex animatas *B* 373. TR. *D. spat.* (*5—6 litt.*) *B* quauist a fastidiosus *B* *post* fastidiosus *spat. in fine v. et pag. CD* 374. Aedilis, l *ex* d, *B* inprobe *F.* improbae *Z* oms (with mark above) *B.* oms̄ *D.* omnes *Z*

AMPELISCA

Vae cápiti atque aetatí tuae.

TRACHALIO

Tuó, mea Ampelísca.
Sciuí lenonem fácere ero hoc quod fécit, saepe díxi:
Capíllum promittam óptumumst occípiamque hariolári.

AMPELISCA

Cauístis ergo tu átque erus ne abíret, quom scibátis?

TRACHALIO

Quid fáceret?

AMPELISCA

Si amabát, rogas quid fáceret? adseruáret
Dies nóctisque: in custódia esset sémper. uerum ecástor
Vt' múlti fecit, íta probe curáuit Plesidíppus.

TRACHALIO

Quor tu ístuc dicis?

AMPELISCA

Rés palamst.

TRACHALIO

Scin tu? étiam qui it lauátum
In bálineas, quom ibi sédulo sua uéstimenta séruat,
Tamen súbrupiuntur: quíppe qui quem illórum obseruat fálsust:

377. *Nonius p. 362, 28:* promittere etiam significat ad magnitudinem nutrire. Plautus Rudente 'capillum . . . . hariolari'
381. *Huc rettulit Deuerlingius Placidi glossam p. 67, 4:* multi facere: magni facere *conl. Pauli Festo p. 152, 5: unde rectius concluseris Catonianam esse glossam, non pravam huius versus explicationem*

375. Vae *cum sp.* (*5 l.*) *B.* Ve *F* Tuo *B, dein* ampelisca Sciui *in v. 376 in.* (*) 376. facere ero hoc 𝔖. facere hoc *libri* sepe *libri* (*) 377. optumũst *F.* optimumst *CDZ.* optimũ est *B, Nonius* incipiantque *Nonius* hariolari, h *s. v., D* 378. *sp.* (*4 l.*) *B* cum *libri* scibatis? *Pylades pro* scibatis. (*) 379. TR. *D. sp.* (*4 l.*) *B* Si *B* asseruaret *Camerarius.* at seruaret (*sic ante* Dies *in v. 380 in.*) *B.* aut seruaret *CDFZ* 380. noctes que *D.* noctesque *BCFZ* ueru me castor *B* e castor *C* 381. multifecit *F* plesidippus *cum sp. in fine v. CD* 382. Cur tu *libri* (*in fine v.* 381 *B, sed* istuc) Res *B* palam est *libri* Scin *B* tu? etiam *Pylades pro* tu etiam 383. balineas D^1 (i *exp.* D^3) ibi cum *CDZ.* cum ibi *B.* ubi cum *F* seruat, se *ex* u *inter scribendum, B.* seruat *cum sp. in fine v. CD* 384. surripiuntur *libri, nisi quod* subr. *F* obseruat *CD et B ante corr.* obseruet *B ex corr. FZ* falsus est *libri* (*)

Fur fácile quom hau seruát uidet: custós qui fur sit néscit.
Sed dúce me ad illam, ubíst.

AMPELISCA

I sane in Véneris fanum huc íntro:
Sedéntem flentemque ópprimes.

TRACHALIO

Vt iam ístuc mihi moléstumst.
Sed quíd flet?

AMPELISCA

Ego dicám tibi: hoc sése excruciat ánimi,
Quia léno ademit cístulam ei quam habébat ubique habébat,
Qui suós parentis nóscere potésset: eam uerétur
Ne périerit.

TRACHALIO

Vbi nam éa fuit cistéllula?

AMPELISCA

Ibidem in náui
Conclúsit ipse in uídulum, ne cópia esset éi
Qui suós parentis nósceret.

TRACHALIO

O fácinus inpudícum,
Quam líberam esse opórteat, seruíre postuláre.

AMPELISCA

Nunc eúm cum naui scílicet abiísse pessum in áltum.
Et aúrum et argentúm fuit lenónis omne ibídem.

---

385. quom hau seruat 𝔖. quem obseruat *libri* custos, u *ex* o, *B* (*) 386. ubi est *libri* illam, ubist. *pro* illam : ubist? *Muellerus Philol. IX (a. 1854) p. 740* I *B* inuenerit *B ante corr.* fanum huc intro *ante* Sedentē (*sic*) *in v. 387 B dein* Vt iam . . . . flet *comprehendens* (*) 387. fl///entē q›, *er.* u, *B* molestust (st *ex* s *B*) BCD^1Z. molestumst D^3. molestum est *F* 388. sed quit *B* (*cf. ad v. 386*) Ego *B* excruciat, a *ex* ti, *C*. excrutiat *D* (*) 389. cistula mei, u *ex* il, *B* ubiq› BCD^3, *sed* q› *ex* o *ut vid. B.* ubi q̄ D^1 390. Quis uos *B*, *sed* s u *lineola iunctis.* qui (*ex* cui *D*) uos *CD* parentes *F* potis esset *Reizius, Bentleius* (potesset *Bothius*). posset *libri* ueretur, re *ex* ro, *B*. ueretur *cum spatiolo CD* (*)

391. Vbi nam ea *BD*. Vbinamea *C* Ibidem in naui *ante* Conclusit (*sic*) *in v. 392 B* *post* naui *spatiolum C* (*) 392. ne opia ee (ss *suprascr.*) *B* ei *Luchsius apud Kienitzium de* QVI *loc. mod.* (*Annal. phil. suppl. X ed. a. 1879*) *p. 545.* eius *libri* 393. quis uos CD^1 (*corr.* D^3). quis suos *Z* parentes *libri* O *B* impudicum *CZ* 395. Nunc *cum sp.* (*4—5 litt.*) *B* eum *Reizius, Bentleius.* eam *libri* abisse *B* 396. lenonis

TRACHALIO

Credo áliquem inmersisse átque eum excepísse.

AMPELISCA

Id misera maéstast,
Sibi eórum euenisse ínopiam.

TRACHALIO

Iam istúc magis usus fáctost,
Vt eam íntro consolérque eam, ne síc se excruciet ánimi.
Nam múlta praeter spém scio multís bona euenísse.

AMPELISCA

At ego étiam qui speráuerint spem décepisse múltos.

TRACHALIO

Ergo ánimus aequos óptumumst aerúmnae condiméntum.
Ego eo íntro, nisi quid uís.

AMPELISCA

Eás: ego quód mihi imperáuit
Sacérdos id faciam átque aquam hinc de próxumo rogábo.

Nam extémplo si uerbís suis peterém daturos díxit.
Neque dígniorem cénseo uidísse anum me quémquam,
Quoi deós atque homines cénseam bene fácere magis decére.
Vt lépide, ut liberáliter, ut honéste atque haud grauáte

(en *ex* eti *ut vid.*) omne *B*. lenonis *CDFZ* (*) 397. TR. *Camerarius. spat. BCD. om. FZ* in mersisse *B*. immersisse *Z* excepisse, p *e corr., D* AM. *Bothius. spat. BCD. om. FZ: atque* It . . . . inopiam *et* Iam . . . . intro *comprehendit B* (*sed* Sibi *et* Ne *ac dein* consoler) It misera mestast *B*. it misera ma est ast CD^1. id miserrima est ait D^3. id miserrima est *F* (*) 398. eorum, r *ex* s *ut vid., B* uenisse *CDFZ* (*cf. Pseud. v. 70*) istuc *Muellerus 'Nachtr.' p. 31.* istoc *libri* facto est *F* 399. Vt *Camerarius* (*etiam in B*). Ne *libri* ea *F* consoler quę *B*. consoler que *D*. consoler quod *FZ* sic se *Guietus, Reizius, Bentleius.* se sic *libri* excrutiet *CD* (*) 400. preter *C* bonę uenisse *B* (a *s. v. m. Camer.*) 401. At *cum sp.* (*4 litt.*) *B* 402. Ergo *cum sp.* (*4—5 litt.*) *B* ęquus optimum est *libri, nisi quod* optimu ẽ, p *ex* n *vel* pt *ex* m *ut vid., B* aerum nae *B* 403. Eas *B* Ego, g *ex* t *ut vid., D* mihi . . . . aquam *et* hinc . . . . suis *duobus versibus comprehendit B* (*sed* Nam) 404. it *B* deꝑxi^y^mo *D*. deproximo *BC* 405. exemplo BCD^1 (*corr.* D^3FZ) siue uerbis BCD^1FZ: *corr.* D^3 406. dignior ẽ *B* cesseo D^1, *corr.* D^2 quẽ quã *BD*. q^a^ q^a^ *F* 407. Cui *libri* 408. honestac *C* haut *B* grauatę *BCD*

Timidás, egentis, úuidas, eiéctas, exanimátas
Accépit ad sese: haúd secus quam si éx se simus nátae.
Vt cápse succincta ádiuuat, calefáctat ut lauémus.
Nunc né morae illi sím petam hinc aquam, únde mi imperáuit.
Heus équis in uillast? écquis hoc reclúdit? ecquis pródit?

SCEPARNIO. AMPELISCA

SCEPARNIO
Quis ést qui nostris tám proptervue fóribus facit iniúriam?

AMPELISCA
Ego sum.

SCEPARNIO
Hém, quid hoc boníst? eu, edepol spécie lepida múlierem.

AMPELISCA
Sálue, adulescens.

SCEPARNIO
Ét tu multum sálueto, adulescéntula.

409. timidas, ti *ex* u *ut vid.*, *D* egente is uuidas *BC.* isiuuidas D^1. e gente isiuuidas D^2. egentes uuidas D^3. egentis (egentes *Z*) humidas *FZ* 410. Accepit *F.* Accipit *BCDZ* atsese haut *B* nate *DF* (*) 411. eapse *Vgoletus* '*ex codd.*' ea spe *BCD.* ea ipsa *FZ* adiuuat 𝕾. aquam *libri* (*) 412. nemora illis impetam *BC.* memora illis impetã, t *ex* r, D^1 (im petã D^3 *adscr.* x *in marg.*). memora illis impa *FZ: corr. Camerarius* (*) 413. ec quis *BCD.* ecquis *FZ* uilla·est *F* ec quis *BD* hoc recludite quis *B.* recludit ecquis *CDFZ* (*)

Act. II Sc. 4 SCEPAR NIO SERVVS AMPELISCA. MVLIER *D.* Sceparío seruus. Amphelisca mulier II *F. unius v. sp. C, trium adeo versuum sp. B: qui quod praeterea in hac pagina* (*f.* 173ᵛ) *post v. 426 et 444 duos, post v. 433. 438. 447. 449 unum v. vacuos reliquit — ubi lacunas et significavit et numeravit Fleckeisenus, vel v. 438 sq. — neglegendum non est inde a f. 174ʳ alia manu scriptum esse codicem, ut aperte qui priora suppleverit spatiis paginam compleverit* 414. AM. *praem. D* uis *c. sp. init. C* proterue *libri* (ꝑter ue *B*)*: cf. ad Truc. v. 256* (*) 415. SC. *ante* ego (*non* Hem) *D* boni, b *ex* h, *B* est *libri* heu *DFZ* mulierem *Dousa f.* mulier *libri* 416. Ã *D* adolescens *libri* SC. *D* E (*i. e.* Et *per ligat.*) D^1 (t *add.* D^3)*: item v. 436* tumultum *C* salucto *ut vid.* D^1, *corr.* D^2 adolescentula *B*

AMPELISCA

Ád uos uenio.

SCEPARNIO

Accípiam hospitio, sí mox uenies uésperi,
Ítem ut adfectam: nám nunc nihil est quí te inanem ecférciam. 418
Séd quid ais, mea lépida hilaria?

AMPELISCA

Aha, nímium familiáriter 420
Me ádtrectas.

SCEPARNIO

Pro di ínmortales, Véneris ecfigia haéc quidemst:
Vt in ocellis hílaritudost: héia corpus quoíus modi:
Súbuolturiumst — íllud quidem 'subáquilum' uolui dícere.
Vél papillae quoíusmodi: tum quae índoles in sáuiost.

AMPELISCA

Nón ego sum pollúcta pago: pótin ut me abstineás manum? 425

SCEPARNIO

Nón licet te síc placidule bélle bellam tángere? 426

AMPELISCA

Ótium ubi erit, túm tibi operam lúdo et deliciaé dabo. 429
Núnc quam ob rem sum míssa, amabo, uél tu mi aias uél neges.

418. *Huc rettulerunt Scaliger et Turnebus Advers. XIV 12 Pauli Festum p. 2, 10:* affecta femina uel in bonam partem dicitur uelut honorata uel in malam quasi ad extremum periculum adducta*: dubitante Muellero ad h. l.*

---

417. hospicio *BD* uenies uesperi *Lambinus ex 'libris vet.'*. ueni is *cum 10 f. litt. sp. CD*[1]. uenis *BD*[3]*FZ* (*) 418. ita ut affectam *F* AM. Nam *Z: corr. Camerarius* inanem ecferciam 𝕾. inanem *B*. manem *cum 9 litt. sp. C*. manẽ *cum 11 litt. sp. D*. maneam *FZ*. mane mulierem *Lambinus ex 'libris vet.'* (*) 420. Scep. *praem. Z, om. Camerarius* hilaria 𝕾. hilara *libri* aha nimium *Camerarius*. ah animum *B*. ah nimium *CDFZ* (*) 421. at trectas *B*. adtractas *CDF* SC. *D* ꝑdii *B*. pro dii *F* immortales *et* effigia (ecf. *Bothius*) *et* est *libri* 422. ut *cum spat. init. B* est *libri* eia *DZ*. eya *F* cuius (i *ex* s D[1]) modi *libri* 423. sub uolturium *BCD* est *libri* sub aquilum *B* 424. papillæ, æ *ex* a, *C*. papille *DF* cuius modi *libri* salost *B*. sauio est *CDFZ* 425. AM. *D* pol lucta *C*. polluta *F* (*) 426. sic *s. v. B* placidule *Fleckeisenus*. placide *libri* belle bellam 𝕾. bellam belle *libri, sed* bellam *ex* belle (*inter scribendum*) *B* (*) *Post hunc v. spat. in fine v. C, duorum versuum spatium (ac dein* O *grandiorem ut in scaenarum exordiis) B: cf. ad scaenae inscript.* 429. delitię *CD* 430. quam obrem *BCD* mi alas *CD* (das *suprascr. D*[3]). mihi alas *B*. mihi aias *FZ*

SCEPARNIO

Quíd nunc uis?

AMPELISCA

Sapiénti ornatus quíd uelim indiciúm facit.

SCEPARNIO

Méus quoque hic sapiénti ornatus quíd uelim indiciúm facit.

AMPELISCA

Haec sacerdos Véneris hinc me pétere aquam iussít cito
A uobis * * * * * * aulam ábstulas. 434

SCEPARNIO

Át ego basilicús sum: quem nisi óras guttam nón feres:
Nóstro illum puteúm periclo et férramentis fódimus.
(Nísi multis blandítiis a me gútta non ferrí potest.)

AMPELISCA

Quór tu aquam grauáre, amabo, quam hóstis hosti cómmodat? 438

SCEPARNIO

Quór tu operam grauáre mihi, quam cíuis ciui cómmodat? 440

---

434. *Lacunas in B relictas etsi ceteroqui non agnosco (cf. ad inscript. scaenae), tamen hoc loco servavi, quia cum versus* 433 *in libris excurrens suspicionem augere poterat tum optime huc quadrat fragmentum servatum a Diomede p. 380, 15 K.:* item adfero attuli quoniam et fero tuli dicimus. quamquam et id perfectum quod est attuli ex alio uerbo proficisci reperimus apud ueteres ex eo quod est attulo (*sic Putschius cum b.* attollo *Keilius cum ABM*) . . . . Plautus pluraliter * (*lacunam significavit Keilius, ubi pluralis exemplum — Cas. II 6, 5 — interciderit cum observatione de* aufero abstuli) conpositum efficit in Rudente 'aullas abstulas' (rudentem *AB.* ridentem *M* ollas *B.* ullas *AM*) ut sit instans abstulo*: ubi facile pro* ullas *aut* aulam *aut* urnam *reponimus versumque ad hoc exemplum explemus:*

A uobis: datúros dixit. núnc sis tu hanc aulam ábstulas.

---

431. sapienti ornatus *F, Camerarius* (*etiam in B*). sapientior natus *BCDZ* inditium *C* (*) 432. sapientior natus *BCDZ: cf. ad v. 431* inditium *CD* *post* facit *12 f. litt. sp. in fine pag. C* 433 *sq.* Hęc *B.* Hic *CDFZ* iussit cito A uobis *cum lacuna* (*cf. testim.*) 𝔖. iussit auobis *libri, cum unius v. sp. B* (*) 435. SC. *D* bassilicus *B.* basiliscus *C* 436. nostro illum *FZ.* Nos pillum *BD* (p *del.* D^3). Nos proillũ *C* periculo *libri, corr. Guietus, Reizius, Bentleius* et] *cf. ad v. 416* (*) 437. *Versum inclusit Fleckeisenus* blandiciis ame *B* 438. Cur *libri* tua quam *B* *post hunc versum unum vacuum reliquit B: vide supra* 440. Cur *libri* ciui commdat, ui *ex corr., B*

AMPELISCA

Ímmo etiam tibi, méa uoluptas, quaé uoles faciam ómnia.

SCEPARNIO

Eúgepae, saluós sum: haec iam me suám uoluptatém uocat.
Dábitur tibi aqua, né nequiquam mé ames. cedo mi urnám.

AMPELISCA

Cape:
Própera, amabo, ecférre.

SCEPARNIO

Manta: iam híc ero, uoluptás mea. 444

AMPELISCA

Quíd sacerdotí me dicam hic démoratum tám diu? 447
Ýt etiam nunc mísera timeo, ubi óculis intueór mare. 449
Sed quíd ego misera uídeo procul in lítore?
Meum erúm lenonem Síciliensemque hóspitem,
Quos périisse ambos mísera censebam ín mari.
Iam illúd mali plus nóbis uiuit quám ratae.
Sed quíd ego cesso fúgere in fanum ac dícere haec
Palaéstrae, prius in áram ut confugiámus quam huc
Sceléstus leno uéniat nosque hic ópprimat?
Confúgiam hinc: ita res súppetit subitó mala.

442. Euge pae (Eugepe *CD*) saluus *BCD*. Euge p saluus *F*. Euge saluus *Z* (*corr. Scioppius Susp. lect. V 5 p. 251*) 443. ne nequiquam *B*. ne nequiquam *CD*. ne nequicquam *Z*. nequicquam *F* meam scedo *B* mihi *libri* urnam cape *om. spat. BCD* (*) 444. efferre *BCDZ*. afferre *F* mane *F* hicero *B* *Post hunc v. duos uacuos habet B: vide supra* 447. me *B*, *codd. Lambini.* meo *CD*. me(a)e *FZ* demoratum *Muellerus 'Nachtr.' p. 113 adn.* demoratam *libri* (*) 449. *Hunc versum inter duos uacuos habet B: vide supra* miserati meo *CD* occulis *C* 450. procul uideo *B* littore *CDFZ* 451. Sicillensemque *B* 452. perisse *F* 453. mali plus *Camerarius.* plus mali *libri* rate *CD* 454. haec? *B* 455. palestrae *libri, sed* — re, r *e corr.*, *D* prius *quod ante* quam huc *libri habent traiecit* 𝔖 cum fugiamus *C*. cũfugiamus *D* (*) 456. *a* Scelestus (*non a* quam huc) *versum incipit B* (*) 457. hinc *Z*. huic *BCDF*. huc *codd. Lambini* ita res *B*. res ita *CDFZ* subito mala 𝔖. subit *BCD*. subito *FZ* (*) *Secuntur in B v.* 466 *sq., quos tamen hoc loco subductis lineolis del. B*[1] *ut vid.*

SCEPARNIO

Pro di ínmortales, ín aqua numquam crédidi
Voluptátem inesse tántam: ut hanc traxí lubens!
Nimió minus altus púteus uisust quám prius.
Vt síne labore hanc éxtraxi! praefíscine,
Satin néquam sum, ut pote amáre qui hodie occéperim?
Em tíbi aquam, mea tu bélliata: em síc uolo
Te férre honeste, ut égo fero, ut placeás mihi.
Sed úbi tu's, delicáta? cape aquam hanc sís: ubi's?
Amat hércle me ut ego opínor: delituít mala.
Vbi tú's? etiamne hanc úrnam acceptará's? ubi's?
Commódule melli's: tándem uero sério.
Etiam ácceptura's úrnam hanc? ubi tu's géntium?
Nusquam hércle equidem illam uídeo: ludos mé facit.
Adpónam hercle urnam iám ego hanc in mediá uia.
Sed aútem quid si hanc hínc abstulerit quíspiam
Sacram úrnam Veneris? mi éxhibeat negótium.
Metuo hércle ne illa múlier mi insidiás locet,
Vt cónprehendar cúm sacra urna Véneria.

Act. II Sc. 5 SCEPARIO. SERV̇ (*dein* AMPELIS *er.*) DV *D.* Scepario seruus *F.* *unius v. spat. B C* 458. SC *D* dii *B C F* immortales *libri* nunquam *B F* 460. min.ꝭ *B* est *libri* (*) 461. praefiscine *Camerarius in annot.* praeficiscine *B C cum membr. Turn.* (*cf. Opp. I p. 61, 2*). P̃ ficiscine *D.* ꝑ ficisci ne *F.* praeficisci ne *Z* (*) 462. Satin *Fleckeisenus praeeunte Bothio.* Satis *libri* ne quam *B* utpote *Camerarius.* utꝑte (*vel* prote) *libri* amare *ex versus fine huc traiecit Bothius* (*post* hodie *Pylades*) hodie occeperim 𝕾. hodie inceperim *libri, sed* ie *ex* oe *ut vid. D,* incoeperim *C* (*) 463. Em *B.* Hem *C D F Z* belliata *libri* (el *ex* ei· *ut vid. D*) em *B.* hem *C D F Z* (*)
464. fero *s. v. D*². ferro *C* *post* mihi *spatiolum et* Sed *C* (*)
465. tu es *B.* es *C D F Z* sis ubi es *B.* si ubi es *C D* (ı *supra* u *D*). sic ubi es *F Z* 466 *sq. Cf. ad v. 457* 467. tu es & iāne ʰanc ur‿Nã acceptura ubi es (anc ur *ex* an cur *ut vid.*) *B priore loco,* acceptura (*om.* es) *bis.* tu est (ẽ *D*) etiamne anc (h *add. D*²) urnam (an curnam *C*) accepturas ubi es *C D.* tu es etiamne hanc urnam acceptura es ubi es *F Z* (*) 468. melli's 𝕾. melius *libri* uõ *B.* uerio *C* (*)
469. acceptura es *B F Z.* accepturaes *C.* acceptura ẹs *D* tues *C D.* tu es *B F Z* 470 *sq. Verba* equidem . . . . . . hercle *om. C D F Z* fecit (a *supra* e) *B* Apponam *B* 473. mi *Z.* mihi *ceteri* ex hibeat *D.* exhibebat *F* negocium *B F* 474. mulier *add. D*² mihi *libri* 475. comprendas *F.* comprehendar *ceteri*

Nempe óptumo me iúre in uinclis énicet
Magistrátus, si quis me hánc habere uíderit.
Nam haec lítteratast: eápse cantat quóia sit.
Iam hercle éuocabo hinc hánc sacerdotém foras,
Vt hánc accipiat úrnam: accedam huc ád foris.
Heus, éxi, Ptolemocrátia, cape hanc urnám tibi:
Muliércula hanc nescíoquae huc ad me détulit.
Intró ferundast. répperi negótium,
Siquidem hís mihi ultro intro ádgerunda etiámst aqua.

LABRAX. CHARMIDES

LABRAX

Homó qui sese míserum et mendicúm uolet,
Neptúno credat sése atque aetatém suam:
Nam sí quis cum eo quíd rei conmíscuit,
Ad hóc exemplum amíttit ornatúm domum.
Edepól Libertas lépida's, quae numquám pedem
Voluísti in nauem cum Hércule una inpónere.

476. optimo me *Camerarius.* optimo *B.* obtimo *C.* obtime D^1. optime D^3FZ uinculis *Z* enecet *ex* enicet D^3 477. Magistratus siquis *BZ.* magistra iussi quis CD^1. magistra eius si quis D^3. magistram uissi quis *F* hanc Hanc *C* uīderit (*sic*) *D* (*) 478. litterat est *B.* litteratas *CD.* litterata est *FZ* eapse *B cum* '*libris vet.*' *Lambini.* abse *CD.* ab se *FZ* abse,cantat (*sic*) *D* cuia sit *BDFZ.* cui asit *C* (*) 480. accipiatur nā CD^1 (*corr.* D^3). accipiat. nam *Z* fores *libri* (*cum spat. CD*) 481. Heus exi *Seyffertus Stud. Plaut. p. 21.* Eu si *B.* heus (eus *C*) si (*sic cum sp.*) *CD.* heus si *FZ* Ptolemocratia *Camerarius.* ptolemo (sipt.) gratia *B.* ptolemeo (sipt. *C*) gratia (*vel* grā) *CDF.* ptolemaeo gratia *Z* (*) 482. nescio quę *BCD* 483. Introferundast *Lambini* '*libri vet. omnes*'. In proferundast *BZ.* Inpro (Inp *DF*) ferundast *CDF* negocium *BF* (*) 484. ultro intro 𝔖. ultro *libri* aggerunda *F* etiam est *libri* (*)

Act. II Sc. 6 LABRAX LENO CHARMIDES (AR *s. v.*) PARASIT' *D* Labrax leno. Carmides parasitus *FZ.* *unius versus spat. BC* 485. LA. *praem. D* Homo qui *Guietus.* Qui homo *libri* se se *B* mirum *C* (*) 487. siquis *CD* commiscuit *libri* (*) 489. liber tas *D* lepida es *libri* nunquam *BF* 490. cum Hercule *Camerarius.* cum hercle *BCDF.* mecum hercle *Z* unā *B* imponere *libri* (*)

Sed úbi ille meus est hóspes qui me pérdidit?
Atque éccum incedit.

CHARMIDES

Quó malum properás, Labrax?
Nam equidém te nequeo cónsequi tam strénue.

LABRAX

Vtinám te, pus, prius quam óculis uidissém meis
Maló cruciatu in Sícilia perbíteres,
Quem própter hoc mihi óptigit miseró mali.

CHARMIDES

Vtinám quom in aedis me ád te adduxistí, lutum,
In cárcere illo pótius cubuissém die:
Omnís tui similis hóspites habeás tibi.

LABRAX

Malám fortunam in aédis te adduxí meas.
Quid míhi scelesto tíbi erat auscultátio?
Quidue hínc abitio quídue in nauem inscénsio?
Vbi pérdidi etiam plús boni quam míhi fuit.

CHARMIDES

Pol mínume miror, náuis si fractást tibi,
Scelus te ét sceleste párta quae uexít bona.

LABRAX

Pessúm dedisti mé blandimentís tuis.

CHARMIDES

Sceléstiorem cénam cenauí tuam

492. eccum, u *ex* c, *D* CH. *D* Quo *B* 494. LA. *D* pus 𝔖. *om. libri cum A teste Studemundo Annal. phil. XCIII (a. 1866) p. 63* occulis *D* (*) 495. Sicilia *Camerarius.* siciliam *libri* perbiter es *D.* prebiteres *Z.* proficisceres *F* 496. optigit *B.* optigi *C.* obtigi *D.* obtigit *FZ* 497. CH. *Camerarius. om. DFZ* quom *B cum As.* cum *CDFZ* aedes *B* me ad te adduxisti *BF itemque cum 8 litt. sp. C, cum pers. sp. D.* meas adduxi *Z* lutum (*vel* malum) 𝔖. *om. libri* (*) 498. incarcare CD^1, *corr.* D^2 499. immortales *libri* quęro D^1: *corr.* D^2 500. Omnes (*vel* Oms̃) *libri* tui *FZ.* lui *BCD* similes *libri* 501. LA. *Camerarius. spat. D. om. FZ* aedes *B* 502. erat *BF.* erit *CDZ* 503. Quidũe *B.* quid ue *D* abitio *FZ.* abito *BCD* 505. *spat. D* minime *BCD* fracta st *C.* facta sit *F* tibi *F.* ibi *BCDZ* 506. Sceluste *C* *Ad v. 506 et 507 notulas vel litteras in marg. er. habet B* 507. Pessũdedisti *B.* Pessundedisti *F* (*) 508. CH. *Pylades. spat. CD. om. FZ* cęnã cęnaui *CD*

Quam quaé Thyestae quóndam * * *
* * * * * ántepositast Téreo.

LABRAX

Perii, ánimo male fit: cóntine quaesó caput.

CHARMIDES

Pulmóneum edepol nímis uelim uomitúm uomas.

LABRAX

Eheú, Palaestra atque Ampelisca, ubi éstis nunc?

CHARMIDES

Piscíbus in alto crédo praehibent pábulum.

LABRAX

Mendícitatem mi óptulisti operá tua,
Dum tuís ausculto mágnidicis mendáciis.

CHARMIDES

Bonámst quod habeas grátiam meritó mihi,
Qui te éx insulso sálsum feci operá mea.

LABRAX

Quin tu hínc eis a me in máxumam malám crucem.

CHARMIDES

Eás: easque rés agebam cómmodum.

LABRAX

Eheú, quis uiuit mé mortalis míserior?

CHARMIDES

Ego múlto tanto míserior quam tú, Labrax.

LABRAX

Qui?

---

509. Quãque *C* thieste̜ *C.* thieste *DF* *Lacunam signavit* 𝔖 anteposita est *libri* tereo *B.* ettereo *CD*[1] *cum codd. Lambini.* et atreo *D*[2]*FZ* (*) 510. LA. *Pylades. om. FZ* Perii *Z.* Peri *BCDF* queso *D.* quaeso *etiam As* 511. CH. *F. om. Z* 512. palestra *libri* amplisca *BC* (*) 513. CH. *F. spat. D. om. Z* praebent *BZ.* prebent *CDF* papulum *B ante corr.* 514. mihi *libri* optulisti *BC.* obtulisti *DFZ* 516. est *libri* 518. *Sic A* (EASQ·), *ubi* hinc is *et* maximam *ceteri* (hince is *Ritschelius Opusc. II p. 223 ex A*) 519. CH. *D* *Sic A cum Camerario, ubi* Das (da *Z*) eas que (que̜ *C.* quae *Z*) *ceteri* (*) 520. LA. *D* *Sic libri cum A, nisi quod* heu *Z.* heus *F et* miserrior *CD* 521. CH. *D* *Sic libri, nisi quod* TANTA *A cum CD.* tantaͦ *B.* 522. *Sic libri cum A* (LA *et* CH *D.*

CHARMIDES

Quía ego indignus súm, tu dignus quí sies.

LABRAX

O scírpe, scirpe, laúdo fortunás tuas,
Qui sémper seruas glóriam aritúdinis.

CHARMIDES

Equidém me ad uelitátionem exérceo:
Nam omnía corusca praé tremore fábulor.

LABRAX

Edepól, Neptune, es bálneator frígidus:
Cum uéstimentis póstquam abs te abii, álgeo.
Ne thérmipoliúm quidem ullum una ínstruit:
Ita sálsam praehibet pótionem et frígidam.

CHARMIDES

Vt fórtunati súnt fabri ferrárii,
Qui apúd carbones ádsident: sempér calent.

LABRAX

Vtinám fortuna núnc hic anetina úterer.

CHARMIDES

Quid istúc?

---

525. *Pauli Festus p. 28, 20 M.:* aduelitatio iactatio quaedam uerborum figurata ab hastis uelitaribus. uelites dicuntur expediti milites quasi uolantes *Huc traxit Turnebus: cf. praef. Poen. p. XI*
533 *sq. Nonius p. 406, 4:* tamen ipsum significat statim. Plautus Rudente 'utinam . . . . tamen'

---

spat. pro CH *ABC*) (*) 523. *Sic A cum ceteris* (LA *D*) 524. *Sic libri cum A, nisi quod* gloria amaritudinis *CD* 525. CH. *Camerarius. om. DFZ* me ad uelitationem *Camerarius.* MEADUELITATONEM *A.* meatuelitationẽ *B.* mea tuelitationem *CDF.* me at uelitatione *membr. Turn.* meam uelitationem *Z* (*) 526. *Sic libri, nisi quod* PRAEẸTREMORE *A.* pre timore *F* 527. LA. *Camerarius.* CH. *DFZ: cf. ad v. 525 et 531* *Sic libri cum A* 528. QUOMUESTIMENTISPOSTQUAMABSTEABIIALGEO *A, ubi* cum *et* abi *ceteri,* ate *B* (*) 529. NETHERMIPOLIUMQUIDEMULLUMINSTRUIT *A itemque ceteri, nisi quod* thermopolium *BCZ.* ther///mopolium, *er.* i, *D.* temopolium *F* una *add.* 𝕾 (*) 530. *Sic A, ubi* praebet *ceteri* (prebet *F*) 531. CH. *Camerarius* (*cf. ad v. 527*). *om. DFZ* *Sic etiam A* *Signum inter hunc v. et sequentem in marg. cr. B* 532. *Sic libri cum A, nisi quod* assident *BF* 533. LA. *D* fortunam *Nonius* nunc hic anetina uterer 𝕾. NUNCANATINAUTERER *AZ.* nunc anetina uterer *B.* nunc anet in auterer *CF.* nunc an etin aut erer *D.* nunc anutinam terent *Nonius: cf. ad v. 534* (*) 534. CH. Quid istuc? LA. 𝕾.

LABRAX

Vt quom exissem éx aqua arerém tamen.

CHARMIDES

Quid si áliquo ad ludos mé pro manducó locem?

LABRAX

Quaprópter?

CHARMIDES

Quia pol cláre crepito déntibus.
Atquí iure optumó me lauisse árbitror.

LABRAX

Qui?

CHARMIDES

Quía id auderem técum in nauem ascéndere,
Qui a fúndamento mi úsque mouistí mare.

LABRAX

Tibi aúscultaui: tú promittebás mihi
Illi ésse quaestum máxumum meretrícibus:
Ibi mé conruere pósse aiebas dítias.

CHARMIDES

Iam póstulabas te, ínpurata bélua,
Totám Siciliam déuoraturum ínsulam.

535 *sq.* *Pauli Festus p. 128, 12 M.:* manduci effigies in pompa antiquorum inter ceteras ridiculas formidolosasque ire solebat magnis malis et late dehiscens et ingentem sonitum dentibus faciens, de qua Plautus ait 'quid si . . . . dentibus': *cf. Leidolphus de Festi Paulique l. Pl. p. 237*

om. libri cum A et Nonio, qui ceteroqui consentiunt, nisi quod ut *om. Nonius vel potius in* (ter)ent *corrupit,* cum *BCD cum Nonio* aquã arerem *D.* aqua in aerem *F* (*) 535. CH. *FZ. sp. CD* *Sic libri cum A:* aliquo *om. Paulus* (*) 536. LA. *FZ. sp. CD* *Sic libri, nisi quod sp. pro* CH *ABCD,* quapropter q *D,* Quia *B. om. Paulus,* pol-[1]care *D* 537. Atqui 𝕾*: om. libri cum A ceteroqui consentientes, nisi quod* optimo *omnes praeter F, qui* uino optumo me lauissem *habet* (*)
538. QUI ⁜ *A cum BCD* quia id auderem 𝕾. QUIAUDEREM *A* (*reliqua ut supra*). quia auderem *ceteri* (*) 539. *Sic A, ubi* mihi usque *pro* MIUSQ· *ceteri* 540. *Sic A cum B, ubi* aut auscultaui *CD,* autem auscultaui *FZ* 541. ILLIESSEQUAESTUM *A, Camerarius.* Illic esse questum (quęstum *C*) *ceteri* maximum *libri cum A* 542. *Sic A, nisi quod* DIUITIAS *cum ceteris* (*corr. Pareus*), *ubi* corruere *ceteri,* alebas *BCD* 543. *Sic A cum BF, nisi quod* IMPURATA, *ubi* inpura tabellula *CD.* impurata belula *Z* (*) 544. *Sic A cum B corr. F, ubi* deuortaturum *B ante corr. CDZ* (*)

LABRAX

Quaenám ballaena meúm uorauit uídulum,
Aurum átque argentum ubi ómne conpactúm fuit?

CHARMIDES

Eadem ílla credo quaé meum marsúppium,
Quod plénum argenti fúit in saccipério.

LABRAX

Eheú, redactus sum úsque ad unam hanc túniculam
Et ad hóc misellum pállium. perii óppido.

CHARMIDES

Vel cónsociare míhi quidem tecúm licet:
Aequás habemus pártis.

LABRAX

Saltem sí mihi
Muliérculae essent sáluae, spes aliquaé forent.
Nunc sí me adulescens Plésidippus uíderit,
Quo ab árrabonem pró Palaestra accéperam,
Iam is éxhibebit híc mihi negótium. heu!

CHARMIDES

Quid stúlte, ploras? tíbi quidem edepol cópiast,
Dum língua uiuet, quí rem soluas ómnibus.

---

545. *Sic A, sed* BALAENA, *ubi* ballena *BF*. bellana *CD* Que (*ex* Quẽ *D*) nam *CDF* 546. *Sic A* (ATQ·), *ubi* omnem *CD et* compactum *vel* cōpactũ *BCFZ* (*non D*) 547. *Sic A, ubi* marsippium *B*. marsupium *DFZ* 548. *Sic libri cum A* 549. EKEU *A cum BCD*. Heu *Z*. Ehu *F* USQ·ADUNAMKANC *A cum B et Reizio.* usque ad hanc unam *ceteri* TULNICULA *A, sic exp.* L *et* D *ut vid. suprascr.* 550. *Sic libri cum A, nisi quod* palbum *C* (b ex p) *D et* opido *F* 551. *Sic A cum Pylade, ubi* conscia re *B*. consciare *CDFZ* (*) 552. *Sic libri cum A, sed* partes *omnes* 553. *Sic libri cum A* (mulierculę *et* saluę *D*) 554. *Sic libri cum A, nisi quod* adolescens *DF*, pleusidippus *F* 555. *Sic A, nisi quod* ARRABONE, *ubi* A quo arrabonem pro palestra *ceteri* 556. Iam is exhibebit *Camerarius*. IAMISEXIBEBIT *A*. iam sexhibebit *B*. iam se exhibebit *CDFZ* negocium *BF* heu (*vel* Oicï *extra v.*) *add.* 𝔖 *ducc A, in quo post* NEGOTIUM *tres quattuorve litterae perdubiae* (*) 557. *Sic libri cum A, nisi quod in A post* COPIAST *fortasse* IAEST *additur, in D* stulte *ex* tibi *incohato factum est* 558. *Sic etiam A*

SCEPARNIO. LABRAX. CHARMIDES

SCEPARNIO

Quíd illuc opsecró negotist, quód duae muliérculae
Híc in fano Véneris signum fléntes amplexaé tenent,
Néscioquid metuéntes miserae? nócte hac uero próxuma
Sé iactatas átque eiectas hódie esse aiunt é mari.

LABRAX

Ópsecro hercle, aduléscens, ubi istaec súnt quas memoras múlieres?

SCEPARNIO

Híc in fano Véneris.

LABRAX

Quot sunt?

SCEPARNIO

Tótidem quot ego et tú sumus.

LABRAX

Némpe meae?

SCEPARNIO

Nempe néscio istuc.

LABRAX

Quá sunt facie?

SCEPARNIO

Scítula:

Act. II Sc. 7 SCEPARNIO CHARMIDES LABRAX *A litteris dubiis et uno praeterea versu vacuo, in quo* SERUUS, *ut vid., legit Studemundus.* DEMONIS (*in fine v. 558*) SENEX · CHARMIDES PARASIT *D.* Scepario seruus. Labrax leno. Charmides (Carm. *F*) parasitus *FZ. unius versus sp. BC* 559. QUIDILLUC *A, Reizius.* Quid illuc est *B.* Quid est illuc *CDFZ* OPSECRO *A.* obsecro *ceteri* negotist *Fleckeisenus.* NEGOTI *A.* negotii *CD.* negocii *BFZ* (*) 560. *Sic libri cum A, nisi quod* amplexe *CDF* 561. NESCIOQUIDMETUENTESMISERAENOCTEKACUEROETPROXUMA *dubiis* UERO *litteris nec prorsus certa* UMA *terminatione deminuta, post quam interiecto sp.* T *est in marg.: ubi* Nescio quem *ceteri cum Ar,* misere *CDF, inter* nocte *et* proxuma (proxima *C*) hac n͠c *B.* hac non (n͠ *D*)*CD.* hac uero *FZ cum Ar* (*) 562. SEIAC * * * ASATQ·EIECTASKODIEESSEAIUNTEMARI *A, ubi* atq᾽ iectas *BCD* (*corr. FZ*) 563. *Sic libri cum A, nisi quod* obsecro *omnes,* adolescens *DF,* istec *BCD.* ISTAE, *non* ISTAEC, *As* (*) 564. *Sic libri cum A, nisi quod* Quot *et* Totidem *B,* to^ti^dem *D,* quod *vel* qd̄ *CD,* e(go) *ex* & *D* 565. *Sic libri cum A, nisi quod* Nempe (*bis*) *et* Qua s̃ *et* Scitula *B* (meae? *Bothius.* meae. *vulgo*)

Vél ego amare utrámuis possum, sí probe adpotús siem.

LABRAX

Némpe pullae?

SCEPARNIO

Némpe molestus és: i, uise, sí lubet.

LABRAX

Méas oportet íntus esse hic múlieres, mi Chármides.

CHARMIDES

Iúppiter te pérdat, et si súnt et si non súnt tamen.

LABRAX

Íntro rumpam iam húc in Veneris fánum.

CHARMIDES

In barathrum máuelim.

Ópsecro, hospes, dá mihi aliquid úbi condormiscám loci.

SCEPARNIO

Ístic ubi uis cóndormisce: némo prohibet, públicumst.

CHARMIDES

Át uides me, ornátus ut sim uéstimentis úuidis:
Récipe me in tectúm, da mihi uestímenti aliquid áridi,

572. *Schol. Veron. ad Verg. Aen. X, 557 (cf. ad v. 131):* Lon. istic pro hic ut Plautus in Rudente . . . . et infra 'istic . . . . est'

566. UELEGOAMAREUTRAMUISPOSSIMSEIPROBEADPOTUSSIM *A, ubi* utram uis *CD,* possum si *BCDFZ,* probe at potussiem *B.* probeat potuissim *C.* probeat potuis s(e)im *D* (e *D*²). probe adpotuissem *FZ.* probe adpotus siem *Pylades* (*) 567. Nempe pullae 𝕾*: atque* Nempe pulle *B.* Nempe puellae *CDFZ.* NEPUELLAE *A* Nempe *B* es : i uise *Bothius conl. Bacch. v. 901.* est (ē *BD*), uise *BCD.* es uise *FZ.* ESTUTESSE *A non prorsus certis litteris adpunctis, ubi* UEIS *'ut vid.' Ar* (*) 568. *Sic A (sed* MI), *ubi* esse intus esse *B,* me *BCD.* me(a)e *FZ* (mi *Angelius*) 569. *Sic libri cum A* (SISINT *Ar*) 570. *Sic libri cum A, sed* BARATRŨ *A cum CDFZ post* mauelim *spat. CD* (*antea* ueneris *priore* e *e corr. D*) 571. *Sic A, ubi* obsecro *ceteri,* loci ubi condormiscam *CDFZ* (*non B*) 572. *Sic libri cum A, nisi quod* condormiscę *D,* publicum est *omnes* (*etiam schol. Veron.*) 573. ATUIDESMEUTORNATUSSIMUESTIMENTISUUIDIS *A, ubi* uides, e *ex* o, *B,* ornatus ut sim *BCDFZ,* humidis *F* (*) 574. ——————DAMIKI *A quadrante spatio* intectum *BC.* intec tũ *D* uestimenti aliquid aridi *Z.* ALIQUIDUESTIMENTIARIDI *A.* uesti aliquid aridi *BCD.* uestiũ aliquid aristi *F* (*)

Dum árescunt mea: ín aliquo tibi grátiam referám loco.

SCEPARNIO

Tégillum eccillúd: mihi unum id áret: id si uís dabo.
Eódem amictus, eódem tectus ésse soleo, sí pluit.
Tu ístaec mihi dato: éxarescent fáxo.

CHARMIDES

Eho, an te paénitet,
Ín mari quod élaui, hic in térra ni iterum éluam?

SCEPARNIO

Éluas tu an éxunguare, cíccum non intérduim.
Tíbi ego numquam quícquam credam, nísi si accepto pígnore.
Tú uel suda uél peri algu uél tu aegrota uél uale.

---

576. *Festus Pauli p. 366, 1 M.:* Tegillum cuculiunculum ex scirpo factum. Plautus 'tegillum mihi aret id si uis dabo'*: cf. Leidolphus l. s. s. p. 224* (*ubi* Rud. 576 *corr. pro* Truc. 572, *itemque in indice*) 582. *Charisius inst. I p. 122, 20 K.:* algu Plautus in Rudente 'tu uel suda uel peri algu' *Priscianus inst. VI p. 235, 7 H.:* algor algoris quod etiam hic algus huius algus dicitur. Plautus in Vidularia . . . idem in Rudente 'tu uel suda uel peri algu uel etiam aegrota uel uale' (*cf. sub finem libri V p. 192, 15**)*: unde pendet Osbernus p. 18* (uel tu suda uel [*sic cod. Amplon.* et *Mai.*] peri algu *exhibens*) *et cod. Cus. p. 35 apud Kleinium: cf. Loewius Prodr. p. 255*

---

575. *Sic A, ubi* meae *Z,* loco *om. BCDFZ* (*) 576. TEGILLUMECILLUMMIKIUNUMIDARETIDSIUISDABO *A, ubi* Tigillum *BCDFZ,* tegillum *etiam Paulus* (*dubitat de* E *As*), ec illud *B.* eo illud *CDZ.* habeo illud *F. om. Paulus,* unum aretit *BCD* (e *ex* c *vel* o *ut vid. B*). unum aret id *F cum Ar,* unum arescit *Z.* aret id *Paulus* (*) 577. EODEMAMICTUSEODEMTECTUSESSESOLEOUT ***** LUIT *A: fortasse* UTQUOMPLUIT *fuit* (*ubi* UISıı\\—— *Ar,* ut si friget *dubitanter coni.*) si pluuit *BCD.* si pluit *FZ* 578. *Sic A, ubi* istec *BDF,* exarescent, sc *ex* ti *ut vid., C.* exarescant *Z,* penitet *CDF.* poenitet *BZ* (*cum membr. Turn.?*) 579. INMARIQUODEL ** INEKICINTERRAITERUMELUAM *A, ubi* q (*i. e.* quod, *ut saepe, non* quia) elaui ne *B.* quod delauine *CDFZ.* quod elaui nisi *membr. Turn.* (*cf. Advers. XXI 12*) *cum Camerario, ubi* ni (*sic Ar cum vulgata*) *traiecit Kochius Philol. XXXIII p. 703 adn.,* iteꝛ m̦ eluam *B.* eluam *CDFZ* (*) 580. ELUASTUANEX*** UARECICCUMNONINTERDUIM *A, ubi* tuanexungare *B.* tua ne (tu ane *D*) exungare *CD.* tu hāc exungare *F,* siccum uero *FZ,* interdum *BCDFZ* (*atque † in marg. B*[1])*: corr. Camerarius* (*) 581. TIBIEGONUMQUAMQUICQUAMCREDAMNISIACCEPTOPIGNORE *A, ubi* nunquam *B cum Ar,* credā qcquā *B,* nisi si *BCD,* accoepto *C* (*) 582. *Sic A, ubi* uepi///ri (*er.* g) *D,* algens *F,* uel etiam *Priscianus.* CH. uel tu *Z* (*corr. Camerarius, idem pers. v. 583 del.*).

Bárbarum hospitém mihi in aedis níl moror: sat lítiumst.

CHARMIDES

Iámne abis? uenális illic dúctitauit, quísquis est:
Nón est misericórs. sed quid ego hic ádsto infelix úuidus?
Quín abeo hinc in Véneris fanum, ut édormiscam hanc crápulam,
Quám potaui praéter animi quám lubuit senténtiam?
Quási uinis Graecís Neptunus nóbis suffudít mare,
Ítaque aluom prodí sperauit nóbis salsis póculis.
Quíd opust uerbis? si ínuitare nós paulisper pérgeret,
Íbidem obdormissémus: nunc uix uíuos amisít domum.
Núnc lenonem quíd agat intus uísam, conuiuám meum.

583. Car. *F* BARBARUMKOSPITEMMIKIINAEDISNIKILMORORSATLITIUST *A*, *ubi* mihi in aede is nihil *BCDZ* (aedeis *C*, *Pylades*, Sc. nihil *Z*). Sce. mihi in aedem is Car. nihil *F*, litium est *BCDFZ* 584. Sce. *F* IAMNEABEISUENALESILLICDUCTITAUITQUISQUISQUISEST *A*, *ubi* ABIN *Ar.* abis *ceteri*, uenalis uenalis *BDFZ* (*alt. exp.* B^3), quisquis est *BCD et* Car. *praem.* *FZ* 585. *Sic libri cum A*, *sed* asto *omnes*, inuidus *F* 586. *Sic libri*, *nisi quod* KUC *pro* hinc *A* 587. *Sic libri cum A*, *sed* libuit *omnes* (*) 588. gcis *B.* grecis *CD* 589. aluum *B.* aluum *ceteri cum As* prodi sperauit *Gulielmius Qu. in Rud. p. 438.* prodisperauit *BZ.* pro disperauit *CD.* predisperauit *F* salsis *B*, *Saracenus.* Falsis *CDFZ* poculis *cum spat.* *CD* (*) 590. opus ē *F* nobis *CDFZ* (*ex v. 589*) 591. obdor missemus *B.* obdormiuissemus *F* nunc *ex* nam *ut vid. corr.* *B* 592. agat *Camerarius.* agit *libri* uisam, i *e corr.*, *D* (*)

ACTVS III

DAEMONES

Mirís modis di lúdos faciunt hóminibus
[Mirísque exemplis sómnia in somnís danunt]:
Ne dórmientis quídem sinunt quiéscere.
Velút ego hac nocte quaé processit próxuma
Mirum átque inscitum sómniaui sómnium.
Ad hirúndininum nídum uisast símia
Adscénsionem ut fáceret admolírier:
Neque eás eripere quíbat inde. póstibi
Vidétur ad me símia adgredírier,
Rogáre scalas út darem utendás sibi.
Ego ad hóc exemplum símiae respóndeo:

---

598. *Priscianus inst. II p. 79, 20 H.:* formica formicinus Plautus in Menaechmis . . . . . hirundo hirundininus idem in Rudente 'Ad hirundininum . . . . . adoririer'

Act. III Sc. 1 DEMONIS·IS· *D.* Demones . is *Z.* Demones *F.* *unius v. spat. BC* 593. Miris *rubr. in sp. D. 9—10 litt. sp. B, 14 fere litt. sp. C* diludos *B* homnibus *Z* 594. *Versum ex Merc. II 1 perperam huc illatum esse demonstravere Ritschelius Opusc. II p. 282 sq. et Langenus Pl. Stud. p. 368 sq.* Virisque *B* somnia *Camerarius.* omnia *BF.* Nam omnia *CDZ* (*) 596. que *D* processit *BCD* (*def. Scioppius Susp. lect. IV 14 p. 214*). praecessit *FZ cum 'libris antiquis' Lambini* proxima *BCDZ* 598. At[d] *B.* at *CD* hyrundinum *F* uisa est *libri cum Prisciani D.* uisa est mihi *Prisciani RBHGLK* 599. Adcensionem *CD.* Ascensionem *BF* admolier *F.* adoririer *Priscianus* 600. eri perequibat *D.* deripere quibat '*codd. vet.*' *Lambini* indepost ibi *D.* inde p̓ ibi *B* (*) 601. Videtur *Guietus, Reizius, Bentleius.* Videbatur *libri* adgredirier *CDZ.* aggredirier *B.* adgredier *F* (*) 603. simie *DF* respoǹdeo *B* (' *del. m. rec., sed non m. Camer.*)

Natás ex Philomela Áttica esse hirúndines.
Ago cum ílla, nequid nóceat meis populáribus.
Atque ílla nimio iám fieri ferócior:
Vidétur ultro míhi malum minitárier.
In iús uocat med. íbi ego nescio quó modo
Irátus uideor médiam adripere símiam:
Conclúdo in uincla béstiam nequíssumam.
Nunc quam ád rem dicam hoc ádtinere sómnium,
Numquam hódie quiui ad cóiecturam euádere.
Sed quíd hic in Veneris fáno meae uicíniae
Clamóris oritur? ánimus miratúr meus.

TRACHALIO. DAEMONES. (LORARII)

TRACHALIO

Pró Cyrenensés populares, uóstram ego inploró fidem,
Ágricolae, adcolaé propinqui qui éstis his regiónibus:
Férte opem inopiae átque exemplum péssumum pessúm date.
Víndicate, ne ínpiorum pótior sit polléntia

618. *Nonius p. 155, 28:* polentia potentia a polendo dicta. Plautus Rudente 'ne ineptorum . . . . polentia'. polere ergo commune est.

604. philomena *Z* attica esse 𝔖. atque ex progne esse *libri* (*) 605. illā *B* (*nisi lineola a a vicina* n *separabat librarius*) nequid *CD.* neqt *B* (*) 606. At *F* nimio iam *Acidalius Div. p. 439.* animo iam *libri* ferotior *D: cui vocabulo* Videtur *adiungebant ante Camerarium* (*) 608. inius *CD* med *Guietus, Bothius.* me *libri* (*) 609. arripere *libri* 610. nequissimam *libri* 611. Nunc quam *FZ.* Nunquam *B.* Numquam *D.* Nũquã *C* attinere *libri* 612. Numquam *D.* Nũquã *C.* Nunquam *BFZ* qui ui[v] at *B* col ecturam *B.* coniecturam *ceteri* *post* euadere *spat. CD* 613. quid hic *BC.* quid *DFZ* fano meae uiciniae *membr. Turnebi* (*cf. Advers. XXI 12*) *et codd. Lambini.* fanom *B cum spat. in fine v.* fano *CD* (*cum sp. in fine pag.*) *FZ* (*) 614. animus miratur meus *Camerarius.* animus mirat *BC itemque punctis additis ex* mirat animus *D.* animus miratur *Z.* miratur animus *F*

Act. III Sc. 2 TRA CHA LIO S̃ DEMONIS. SEN *D.* Tracalio seruus. demones senex *F.* Trachalio seruus Demonis s. *Z.* *unius v. sp. BC* LORARII *add.* 𝔖 615. TRAC̃ *praem. D,* TRACH *C* Proh *D* Procirenenses *B* uostram *BC.* uestram *DFZ* imploro *libri* 616. Agricolae *om. F* accolae *BCZ.* accole *DF* (*post quam vocem comma vulgo positum del. Fleckeisenus*) 617. pessimum *libri* pessumdate *B.* pessundate *FZ* 618. impiorum *libri.* ineptorum *Nonius* polentia *Z cum Nonio*

Quam ínnocentum, quí se scelere fíeri nolunt nóbilis:
Státuite exemplum ínpudenti, dáte pudori praémium,
Fácite hic lege pótius liceat quám ui uicto uíuere.
Cúrrite huc in Véneris fanum, uóstram iterum inploró fidem,
Quí prope hic adéstis quique audítis clamorém meum:
Férte suppetiás qui Veneri Véneriaeque antístitae
Móre antiquo in cústodelam suóm conmiserúnt caput.
Praétorquete iniúriae prius cóllum quam ad uos péruenat.

DAEMONES

Quíd istuc est negóti?

TRACHALIO

Per ego haec génua te optestór, senex,
Quísquis es, —

DAEMONES

Quin tu érgo omitte génua et quid sit mi éxpedi,
Quód tumultués.

TRACHALIO

—teque oro et quaéso, si sperás tibi
Hóc anno multúm futurum sírpe et laserpícium
Eámque euenturam éxagogam Cápuam saluam et sóspitem
Átque ab lippitúdine usque síccitas ut sít tibi —

619. uolunt *F* nobiles *libri* (*) 620. impudenti *libri* 621. facite, a *ex* i *inter scribendum, D* uiuicto *B* (*) 622. urã̄m *B*. Vrãm *CD*. uestram *FZ* imploro *libri* 623. adẽ is *B* 624. qui *s. v. D* antistitae *B*. antistę *CZ*. antiste *DF* 625. antiquo, q *ex* ti *incohato, B*. audito *F* custodelam *Gruterus*. custodiam *libri* suum commiserunt *libri* (*) 626. Prętorquetę *C*. Praetor quęte *D*. Praetor que te *F*. Praetorque te *Z* peruenat *Guietus, Reizius, Bentleius*. perueniat *libri* 627. DEM. *CD* Q̷ distuc *B* negoci i *B*. negotii *CD*. negocii *FZ* TRAC(H) *CD* te ob te *F* optestor *B*. obtestor *CDFZ* 628—631. *sic B*:

Q̷ sqs es qn tug (o) omitte genua & qd sit m (i) expeti
multues teq; oro ⁊ q̄so si speras tibi
hoc anno multũ futu:ꝑ sirpe ⁊ lasserpiciũ
Eãq; euenturã exagogã capuã saluã & sospitẽ,

ubi initio quis quis *D* DEM *CD* & *s. v. D, mox sic C:*

Mihi expedi tues TRACH. teq; oro & quęso si speras tibi
hoc anno multũ futurũ sirpe & laserpicium
Eamq; euenturã exagogã capuam saluã et sospitẽ atq; ab lippitudine,

ubi nihil expedi *Z, dein 7 tantum litt. sp. D, in quo* et quiq (i) tu es *F*. Ecqui tu es *Z*. Quid (Quod *Lambinus cum G. Reutero*) tumultues *Camerarius* queso *D* 6—7 *tantum litt. sp. D* scirpe et laserpitium *F* capram *F* (*)

DAEMONES

Sánun es?

TRACHALIO

—seu tíbi confidis fóre multam magúdarim,
V́t te ne pigeát dare operam míhi quod te orabó, senex.

DAEMONES

Át ego te per crúra et talos térgumque optestór tuom,
Vt́, tibi ulmeám ni metere spéras uirgidémiam
Ét tibi euentúram hoc anno úberem messém mali,
Vt́ mi istuc dicás negoti quíd sit, quod tumúltues.

TRACHALIO

Quí lubet maledícere? equidem tíbi bona optaui ómnia.

DAEMONES

Béne equidem tibi díco, qui te dígna ut eueniánt precor.

TRACHALIO

Óbsecro, hoc praeuórtere ergo.

---

633. *Probus Cathol. I p. 13, 36 K.:* 'dur' terminatum unum legi in Plauto accusatiuo casu 'magadur': est ergo tertiae declinationis 'ris' faciens genetiuo: sed uide ne melius sit nominatiuo non 'magadur' dicere, sed 'magaduris', aut si rationabiliter quaeramus, placebit ut monoptotum sit uel indeclinabile, quoniam nullus accusatiuus 'ur' [*sic Keilius cum ed. princ.:* in, *corr.* im *ut vid., cod. Bob.:* uel ris uel ur *exc. cod. Par. 7520: mihi videntur verba* aut si . . . declinandum est *alius esse grammatici, qui* magadur *perperam accusativum habuerit, quem nominativum ad* magadurim *ipsi auctori fuisse ex prioribus patet*] syllaba terminaretur. magadur ergo per totos casus declinandum est

Priscianus inst. VII p. 329, 21 K.: praeterea inueniuntur latina in 'im' terminantia accusatiuum hanc turrim burim securim puppim sitim restim uim peluim tussim magudarim . . . . Plautus in Rudente 'seu . . . . magudarim', quod significat frugis genus [id est caulis qui nascitur ex ea parte cuius radix sirpis auellitur uel ut alii siliginem]*: ubi* silphium *P. Leopardius Emend. VIIII 10 inter alias coniecturas, uncos Hertzius posuit de tricis extricandis desperans*

---

633. DEM. *CD* Sanũ *D* TRÁC(H) *CD* magudarim *CDZ, Priscianus.* magidarim *B.* maguderim *F.* magadur(im) *Probus: cf. testim.* (*) 634. quot *B* 635. DEM *CD* obtestor *libri* tuom *D.* tuum *BCFZ* 636. ulmeam *FZ.* uimeam *CD.* ui meã *B* ni metere *S.* ubi re ẽẽ *B.* uberem esse *CDFZ* speras *D.* speres *BCFZ* uirgidemiam *FZ.* uirgidẽ iam *B.* uirgi demiam *CD* (*) 637. euenturam hoc anno *B.* hoc anno euenturam *CDFZ* (*) 638. mihi *libri* negocii *BF.* negotii *CD* ꝗ (*i. e.* quod) tu multues *B* 639. TRAC(H) *CD* libet *B* male dicere *D* optaui *Guietus, Reizius, Bentleius.* exoptaui *libri* 640. DEM. *CD* ꝑcor *B* 641. TRACH: *C.* TRA͡ *er. D. om. FZ* h̃ (*i. e.* hoc *B*) prae-

DAEMONES

Quíd negotist?

TRACHALIO

Múlieres
Duae ínnocentes íntus hic sunt, tui índigentes aúxili,
Quíbus aduorsum iús legesque hic ínsignite iniúria
Fáctast fitque in Véneris fano. túm sacerdos Véneria
Índigne adflictátur.

DAEMONES

Quis homost tánta confidéntia,
Quí sacerdotem aúdeat uioláre? sed eae múlieres
Quaé sunt? aut quid ís iniqui fít?

TRACHALIO

Si das operam, éloquar.
Véneris signum súnt amplexae: núnc homo audacíssumus
Eás deripere uólt. eas ambas ésse oportet líberas.

DAEMONES

Quís istic est, qui deós tam parui péndit? paucis éxpedi.

---

uortere *'legit' Turnebus Advers. XXI 12.* reuortere *BCDZ* reuertere *F* DAE. quid *Gronovius.* quid *s. sp. libri.* negocii ē *BF.* negotii est *CD* TRAC(H) *CD* (*) 642. auxilii *libri* 643. aduorsum *libri* hic insignite iniuria *Reizius.* insignite (insignitae *BCD*) iniuria hic *libri* (*) 644. Facta est *libri* (factaē *C*) fit [q' in] ueneris *D* (*) 645. afflictatur *F* DEM. *D* homo est *libri* 646. audeat uiolare *Pylades.* uiolare audeat *libri* se deae *B.* sed ęę *D* (*)
V. 647—652 *sic B:*

Quae s̃ aut q diis iniqui fit si das operam eloquar
Veneris signum sunt amplexae nunc
Eas deripere uult eas ambas esse oportet
Quis istic est qui deos tam paruipendit
Fraudis sceleris parricidii periurii plenus
Legirupa impudens impurus inuerecundissimus,

sic autem C:

quęsunt aut qui diis
Iniqui fit si das operam eloquar ueneris signũ s̃ amplexe nunc
Eas deripere uult eas ambas esse oportet
Quis istic est qui deos tamparuipendit
Fraudis sceleris parricidii periurii plenis
Legirupa impudens inpurus inuerecundissimus uno urbo

itemque D, nisi quod v. 647 TR, *v.* 650 D, *v.* 651 T *habet, ubi* quid his iniq̃ *et* diripere *et* plenus *et* impurus *F*, Quis hic est *Z*; *v.* 648 homo audacissimus *add. Lambinus e 'libris vet.' itemque v.* 650 paucis expedi, *v.* 649 liberas *et v.* 651 (plenis)sumus *suppl. Camerarius* (*)

TRACHALIO

Fráudis, sceleris, párricidi, périuri plenissumus,
Légirupa, inpudéns, inpurus, ínuerecundíssumus:
Vno uerbo absóluam: lenost — quíd illum porro praédicem?

DAEMONES

Édepol infortúnio hominem praédicas donábilem.

TRACHALIO

Quí sacerdotí scelestus faúcis interprésserit.

DAEMONES

Át malo hercle cúm magno suo fécit. ite istínc foras,
Túrbalio, Sparáx: ubi estis?

TRACHALIO

I óbsecro intro, súbueni
Íllis.

DAEMONES

Iterum autem ímperabo? * * * *
* * * * séquimini hac.

TRACHALIO

Age núnciam
Iúbe oculos elídere, itidem ut sépiis faciúnt coqui.

DAEMONES

Póricite hominem pédibus huc itidém quasi occisám suem.

---

659. *Nonius p. 291, 39:* elidere etiam excludere significat . . . Plautus in Rudente 'iube . . . . coqui'

---

653. lenost *libri* predicem *D* 654. predicas *CD* 655. sacerdotiscelestus *C.* sacerdotis scelestus *DFZ* fauces *B* inter presserit *D* 656. hercle cum magno suo fecit *Brixius Annal. phil. CXXXIII (a. 1885) p. 203. 206.* cum magno suo fecit hercle *libri* (*) 657. Turbalios parax *BCD* I *B. om. F* intus *F* 658. autem *FZ.* aut *CD.* haud *B* *Lacunam signavit* 𝔖 *ad hoc exemplum:* ⟨serui, ite istinc. LOR. Em tibi. DAEM. Sacrilegust in Veneris fano.⟩ sequimini *e. q. s.* nunc iam *libri* (*) 659. Iube n͞c *B* idem ut *Nonius* sepiis *FZ.* sepiis *B.* sepius *CD, Nonius* 660. Poricite 𝔖. Porrigite (*i. e.* Proripite *ex* Porrigite) *B.* Proripite *ceteri* (*post spatiolum CD*) huc D^2 *s. v.* occisa *C* suem audio *s. sp. CD* (*)

TRACHALIO

Aúdio tumúltum: opinor léno pugnis péctitur.
Nímis uelim inprobíssumo homini málas edentáuerint.
Séd eccas ipsae huc égrediuntur tímidae ac pauidae múlieres.

PALAESTRA. AMPELISCA. TRACHALIO

PALAESTRA

Núnc id est, quom ómnium cópiarum átque opum
Aúxili praésidi uíduitas nós tenet.

---

661. pectitur *B.* plectitur *CDFZ* 662. improbissimo *FZ.* inprouissimo *C.* improuissimo *BD* malas edentauerint *Valla.* mala se dentauerint *BCDZ.* malas sedentauerint *F* 663. Sed eccas *Reizius, Bentleius.* Sed ecce *BCFZ.* Sec ecce *D* ipse *D* huc *B. om. ceteri* *post* timidae *spat. CD* ac pauidae 𝔖*: cf. Curc. v. 649.* aefandę *C.* aefande *D.* efandae *B.* ac fande *F.* e fano *Z* (*)

Act. III Sc. 3 TRA CHALIO SERV' PALESTRA · AMPELICA · SORORES · II · *D itemque Z.* Palestra. Amphelisca puelle. Tracalio seruus *F* *V.* 664—672 *sic B:*

Nunc id est cum omnium copiarum atque opum
Auxilii praesidii uiduitas nos ten&
cuiast quae salutẽ afferat
artẽ ingredi p̄sequamur
In metu nunc sumus ambae
importunitas tantaq' iniuria
nos est modo hic intus ab n̄r̄o hero
scelestu sacerdotem anum p̄ cipes
Reppulit ꝓpulit ꝑ quã indignis modis,

[*ubi v.* 668 Max. miserę, *v.* 669 tanta (*sic Valla*), *v.* 670 Facta *del.* cuncta *ut vid.* (Facta in *Pylades*), *v.* 671 Qui (*sic Saracenus*) *adscr. man. Camer.*], *sic autem C:*

unc idest cum omniũ copiarũ atq' opũ auxilii praesidii
Viduitas nos tenet cuia est quę salutem afferat
rtem ingredi persequamur
In metu nunc sumus ambae inportunitas
Tantaq' iniuria nos est modo hic intus ab n̄r̄o ero
scelestus sacerdote manum pręcipes reppulit propulit
Perquã indignis modis *e. q. s.*

atque D:

PA Nunc idẽ cũ omnium copiarũ atq' opũ auxilij p̄sidij
Viduitas nos ten&. cuia ẽ quę salutẽ afferat
rtem ingredi p̄sequamur
In metu nunc sumus ambę inportunitas
Tantaq' iniuria nos ẽ modo hi c intus ab n̄r̄o ero
scelestus sacerdote manũ precipes reppulit ꝓpulit
ꝑ quã indignis modis *e. q. s.,*

Núlla diua ánculast, quaé salutem ádferat,
Apériat quam in pártem ingredí persequámur.
Quid aís, Ampelísca?

AMPELISCA

In metú nunc sumus ámbae:
Tánta inportúnitas tántaque iniúria
Fácta in nos ést modo hic íntus ab nóstro ero.

PALAESTRA

Quín scelestús sacerdótem anum praécipes
Réppulit própulit pérquam indignís modis
Nósque ab signo íntumo uí deripuít sua.

AMPELISCA

Sed núnc se ut ferúnt res fortúnaeque nóstrae,
Par nós est moríri neque ést melius mórte
Malís in rebus, míseriis.

TRACHALIO

Quid ést? Quae illaec orátiost?
Césso ego has cónsolari? heús Palaestra.

PALAESTRA

Quí uocat?

TRACHALIO

Ámpelisca!

---

ubi v. 664 idem cum *FZ, v.* 666 Cuia est *post sp. cum* † *F.* se nec (*vel* sed ne) uia est *'libri vet.' Lambini.* specula est *Z.* Nulla diua anculast 𝔖, *v.* 667 item *post sp. F.* rtem *post sp. Z.* quam in partem *Valla, cui* Aperiat *praem.* 𝔖, *v.* 668 Quid ais Ampelisca? AMP. *suppl.* 𝔖 (*cf. B: spat. om. FZ*), *v.* 669 *spat. FZ, v.* 670 nos *cum sp. Z.* apud nos *F* intus hic *F,* scelestus *cum sp. FZ.* Quin scelestus *Turnebus Adv. XXI 12 'e vet.', cui* PAL *praem.* 𝔖 sacerdote manum precipes *FZ* (*) 673. intimo *libri* ui deripuit sua *B.* uideri potuit sua *CD.* uideri potuit suas *FZ* (*) 674. AMP *praem.* 𝔖 se *Guietus, Reizius.* sese *libri* (*) 675—678 *sic B:*

Pars est moriri neque est melius morte in malis
Rebus meiseriis. Quid est quae illec oratiost
Cesso ego has consulari heus palestra Qui uocat
Ampelisca obsecro quis est qui uocat
Quis is est qui nominat si respexes scies,

ubi Par est *Z.* Par nos est (*et mox* Malis in) 𝔖 meis seriis *CDZ* (*punctum sub* e *in B vix casu ortum*). miserimis *F* illc (c *superscr.*) *D.* illęc *C* oratiost, i *ex* o, *D.* est oratio *F* consolari *FZ* (*non CD*) PA. qui uocat

AMPELISCA

Óbsecro, quís is est qui nóminat?

TRACHALIO

Sí respexís, scies.

AMPELISCA

Ó salutís meae spés, —

TRACHALIO

Tace ac bóno animo's:
Mé uide.

AMPELISCA

Sí modo id líceat, uis ne ópprimat:
Quaé uis uim mi ádferam ipsa ádigit.

TRACHALIO

Ah, désine:
Nímis inepta's.

AMPELISCA

Desíste dictis núnciam miserám me consolári:
Nisi quíd re praesidi ádparas, Trachálio, acta haec rés est.

PALAESTRA

Certúmst morirei quam húnc pati malefácere lenonem ín me.
Sed múliebri animo súm tamen: miseraé quom uenit in méntem
Mihi mórtis, metus membra óccupat. edepól nimis hoc acérbum.

TR. Ampelisca A͂ *D* (*itemque FZ*) quis est qui uocat *del.* 𝔖 ⌗ quis ẽ qui is nominat *D*, *sed punctis aut m. 1 aut m. 2* is *post* quis *revocavit.* Pal. Quis est qui no/// at *F*, s *ut vid. er.* TR. sirespexes *D.* TR. si respexis *FZ* (*) 679. AM. 𝔖. Pal. *FZ: cf. D v. 682 et v. 678* animo es *libri* 680. AM. 𝔖. Pal. *FZ* ius ne *D* (*) 681. Quaeuis *B* mihi afferam *libri* inepta es *libri: clausulam separavit Bothius, continuat B* (*) 682. AM. *DZ. om. F* dictis *Pylades.* dictus *BCD.* dictu *FZ* nunc iam *libri* consolari *Z.* consulari *BCD.* consolare *F* (*) 683. Pal. *FZ. del. Pylades* praesidi *Fleckeisenus.* praesidium *BZ.* presidium *CDF* apparas trachalio *BFZ.* appara strachalio *CD* res, r *ex* c, *D* (*) 684. PA. *Fleckeisenus. pers. sp. D* Certun st *B.* Certumst *CDZ.* Certum est *F* moreirei *B.* morire *CDFZ* *post* pati *5 litt. sp. B, 10 litt. sp. C,* lenonẽ *er. et 6 litt. sp. D, ubi* malefacere *suppl.* 𝔖 (*) 685. tam *F* miserae *cum 8 litt. sp. B.* miserę *cum 5 litt. sp. C,* misere *cum pers. sp. D, sine sp. FZ: ubi* quom uenit *Fleckeisenus praeeunte* ubi uenit (*etiam in B*) *Camerario* (*) 686. menbra *B* edepol nimis 𝔖. edepol *cum 4 litt. sp. B, cum 10 litt. sp. C.* edepol TR. *DFZ: cf. v. 687* hoc *Pylades.* hc̄ *B.* hunc *CDFZ* (*)

TRACHALIO

Bonum ánimum habete.

PALAESTRA

Nam, óbsecro, unde animús mihi inuenítur?

TRACHALIO

Ne inquám timete: adsídite hic in ára.

AMPELISCA

Quid istaec ára
Prodésse nobis plús potest quam sígnum in fano hic íntus
Venerís, quod amplexaé modo, unde arréptae per uim míserae?

TRACHALIO

Sedéte hic modo: ego hinc nós tamen tutábor: aram habéte hanc
Vobís pro castris: moéniam manu: hínc ego defensábo.
Praesídio Veneris málitiae lenónis contra incédam.

AMPELISCA

Tibi aúscultamus ét, Venus alma, ámbae te obsecrámus
Aram ámplexantes hánc tuam lacrumántes, genibus níxae,
In cústodelam nós tuam ut recípias et tutére:
Illós scelestos, qui tuom fecérunt fanum párui,
Vt úlciscare, nósque ut hanc tua páce aram obsidére
Sinás, quae elautae ambaé sumus operá Neptunei nóctu:

---

687. TR. *hic Bothius* PA. nam ob secro (ob *ex* un) *D* unde animus *Pylades.* unde mus *cum 4 fere l. sp. BCD, in quo* TR. *add.* D^2 *Z.* unde Tra Mox *F* (*) 688. TR. *hic Pylades: cf. v. 687* adsidite *Pylades.* adsidete *B.* ne adsidete *CD.* assidete *F.* adsidere *Z* ara quid *cum 4 litt. sp. B, cum 7 litt. sp. C.* ara AM. quid *DFZ* istaec *Camerarius* (*sed ante* quid). ista (h above) (*i. e.* isthaec, h *pro* h̄) *B.* ista *CDFZ* 689. prodesse nobis plus *Camerarius.* plus prodesse nobis *F.* prodesse nobis *BCDF* 690. amplexe *DF* arreptae *BC.* arrepte *D* abrupte *F.* abreptae *Z* perium *C et D ante corr.* misere *F* 691. TR. *D* 692. moeniam manu 𝔖. moenia *BCDZ.* menia *F* ego *B.* ego uos (*ex v. 691*) *CDFZ* (*) 693. maliciae *B.* maliciam *Z.* militiam *F* incendam *Z* 694. AM. *DZ.* Pal. *F* (*) 695. lacrumantes *BC.* lacrimantes *D.* lachrymantes *FZ* 696. custodelam *Pius.* custodiam *libri* (*) 697—703. *sic B:*

Illos scelestos qui tuum fecerunt fanum̄ parui
arenosq, ut han tua pace arā obsidere
aut hæ ambæ sumus opera neptunei noctu

Ne inuísas habeas néue idcirco nóbis uitio uórtas,
Si quídpiamst minus quód bene esse laútum tu arbitráre.

TRACHALIO

Venus, aéquom has petere intéllego: decet ábs te id impetrári:
Ignóscere his te cónuenit: metus hás id ut faciant súbigit.
Te ex cóncha natam esse aútumant: caue tu hárum conchas spérnas.
Sed óptume eccum exít senex, patrónus mihique et uóbis.

DAEMONES. LABRAX. LORARII. TRACHALIO. PALAESTRA. AMPELISCA

DAEMONES

Éxi e fano nátum quantumst hóminum sacrilegíssume.
Vós in aram abíte sessum. séd ubi sunt?

---

habeas ne ue idcirco nobis uicio uortas
Siqppiã st minus ꝗ bene esse lautu arbitrare
aequum has petere intellego dec& abs te id impetrari·
ignoscere his te conuenit met' has id ut faciant súbigit·, *sic autem CD:*
Nos tuam ut recipias et tutere illos scelestos qui tuũ fecerunt fanũ
Parui arenosqꝫ ut hanc tua pace aram obsedere
aut ae ambę sumus opera neptunei noctu
Habeas neue idcirco nobis uitio uortas si quippiam st minus
Quod bene esse lautu arbitrare aequm has petere
Intellego decet abste id impetrari noscere his te conuenit *c. q. s., nisi quod spatia non prorsus paria, v.* 699 ambe *D, v.* 700 -tas si *D*[2] *in sp., v.* 701 am(r)bitrare *D, v.* 702 ęquum *D, ubi v.* 699 aut eae *FZ, v.* 700 iccirco *F, v.* 701 quippiam est *F, v.* 703 Ignoscere *FZ: atque v.* 698 Vt ulcisc(are) *suppl. Camerarius* (*etiam in B*) *idemque v.* 699 Patiare (Sinas *Bothius*) quae el(autae) *et v.* 700 Ne inuisas *et v.* 701 (lau)tum (tu), *v.* 702 Venus *add.* 𝔖, *ubi cum ceteri lacunam habeant, Studemundus in A ab initio versus* UT *dispicere sibi visus est* (*certe neque* AE *neque* KA *fuit*) *Annal. phil. t. CXIII p. 64* (*) 703. subigit, g *ex* t *ut vid., D* 704. exconchanatã *B* 705. TR. *praem. D* *Act. III Sc. 4* LABRAX (B *ex* R) LENO MVLIERES · II · LORARIVS DEMONES SENEX TRA CHALIO SERV *D.* Demones senex. Labrax leno. mulieres due lorarii. Tracalio seruus *F, itemque sed* duae. lorarius. Trachalio *Z. unius v. sp. BC* 706. quantum est *et* sacrilegissime *libri* 707. sunt huc *sine sp. BCD*

TRACHALIO

Huc réspice.

DAEMONES

Óptume: istuc uólueramus.

LORARII

Iúbe modo accedát prope.

DAEMONES

I húc.

LABRAX

Legirupiónem hic nobis cúm dis facere póstulas?

DAEMONES

Púgnum in os inpínge.

LABRAX

Iniqua haec pátior cum pretió tuo.

DAEMONES

Át etiam minitátur audax.

LABRAX

Iús meum ereptúmst mihi.
Meás mihi ancillás inuito me éripis.

TRACHALIO

Tace aút cedo
Dé senatu Cýrenensi quémuis opulentum árbitrum,
Sí tuas esse opórtet siue opórtet esse líberas,
Neú te in carcerém conpingi est aéquom aetatemque íbi tuam
Te úsque habitare, dónec totum cárcerem contríueris.

---

708. *Ab* Istuc, *non ab* optume, *versum incohat B* DAE *praem. Camerarius* obtume *D.* optime *F* LO. *Guietus. sine sp. om. libri* (*) 709. DAE. I huc (*vel* Tu i huc) LA. 𝔖. Tunc *BCD.* hunc *FZ* legirupionem *F.* legerupionem *Z.* lege rupionem *BCD* nobiscum dis *libri: corr. Pylades* (*) 710. impinge *BF.* inpunge *CD.* impunge *Z* p̄tio *D.* p̄cio *B.* precio *F* 711. LA. ius *D* ereptum est *libri* (ereptũ ẽ *B*) 712. mihi ancillas inuito me *B.* ancillas mihi inuito *CDFZ, sed cum sp. 2—3 litt. post* inuito *CD Lacunam post* eripis *in fine v. habent BCD, ubi* TR. Tace aut cedo *suppl.* 𝔖 *conl. Ter. Ad. I 2, 43* (*) 713. cirenensi *BCD* quem uis *D* *Post* opulentum *lacunam in fine v. habent BCD, ubi* arbitrum *add. Camerarius* 714. Tra *praem. FZ: del. Camerarius* Situas *BC* oportet esse 𝔖. eas oportet esse *BCDF.* eas esse oportet *Z* (*) 715. Neute *B.* neute *CD* compingi est aequom *B.* conpingi est aequm *C.* conpingi ẽ æqum *cum sp. 1—2 litt. post* ẽ *D* ibi tuam 𝔖. ibi *libri, sed cum lacuna* (*15 f. litt. C, 10 f. litt. D*) *inter* ibi *et* teusq, *CD* (*)

LABRAX

Nón hodie isti rei aúspicaui, ut cúm furcifero fábuler.
Té ego appello.

DAEMONES

Cum ístoc primum quí te nouit dísputa.

LABRAX

Técum ago.

TRACHALIO

Atqui mécum agundumst. súntne illae ancillaé tuae?

LABRAX

Súnt.

TRACHALIO

Agedum ergo, tánge utramuis dígitulo minumó modo, —

LABRAX

Quíd si attigero?

TRACHALIO

Extémplo hercle ego te fóllem pugilatórium
Fáciam et pendentem íncursabo púgnis, periuríssume.

LABRAX

Míhi non liceat meás ancillas Véneris de ara abdúcere?

DAEMONES

Nón licet: est léx apud nos —

---

717. fur cifero *B* 719. agendumst *DZ.* agendũ ē *B.* agendum est *CF* sunt ne *BD itemque post 2 litt. sp. C* 720. *Spat. post* sunt *om. CD* agedum *F.* agendum *BCDZ* digitulo, g *ex* c *ut vid., B* minimo *libri* *post* modo *vulgo plene distinguunt*

721. LA. quid *D* $\overset{\cdot o}{g}$ hercle ego te *B.* hercle te *F* pugillatorium *libri* 722. periurissime *libri* 723—726. *sic B:*

Mihi ñ liceat meas ancillas ueneris de ara adducere
est lex apud nos Mihi cũ ũrĩs legibus
commercli eqdē istas iã ambas educã foras
Tu senex si istas amas huc arido argentost opus,

sic autem CD:

Incursabo pugnis periurissime mihi ñ liceat meas
Ancillas ueneris deara adducere
Est lex apud nos mihi cum uestris legib;
Commerdi equidē istas iã ambas educã foras tu senex si istas
Amabas huc arido argentost opus,

nisi quod ante mihi ñ *et* mihi cum *D* LA. *habet et* liceat, t *ex* s, *ubi v.* 723 abducere *FZ, v.* 724 non licet est *'legit' Turnebus Adv. XXI 12* (non licet ita est *'libri vet.' Lambini*) *post* nos *vulgo plene distinguunt*

LABRAX

Míhi cum uostris légibus
Néc ciccumst commérci: equidem istas iam ámbas educám foras.

* * * * * * * * *

Tú senex si istás amas, huc árido argentóst opus.

DAEMONES

Haéc autem Venerí conplacuere.

LABRAX

Hábeat, si argentúm dabit.

DAEMONES

Dét tibi argentúm? nunc adeo meam út scias senténtiam:
Óccipito modo illís adferre uím ioculo pausíllulum,
Íta ego te hinc ornátum amittam, tu ípsus te ut non nóueris.
Vós adeo, ubi ego innúero uobis, ni eí caput exoculássitis,
Quási murteta iúncis, item ego uírgis circumuínciam.

---

726. *Nonius p. 245, 9:* aridum purum lucidum. Plautus in Rudente 'argento arido'

Quid mihi cum uestris *FZ,* *v.* 725 cũmordi *F.* commercii *Z, cui* Nec ciccumst *praem.* 𝕾 *mox lacunam statuens ad hoc exemplum:*
DAE. Tu ne tangas lautas puellas manibus auidis aridis. LA., *v.* 726 istas ambas huc *FZ* arido argento est *F.* argento arido *Nonius* (*) 727. *Pers. sp. om. CD* Haec autem Veneri conplacuere 𝕾*: cf. Truc. v. 301.* Hae (hę *C.* he *DF*) autem ueneri complacuerunt (conplacuerunt *CD*) *BCDFZ.* SI——MUEN—I *As Annal. phil. CXIII p. 69* (*ego* ——C——MUEN—I——————BIT *enotavi*) *sp. ante* habeat *om. B* (*) 728. D *D* Det tibi *Dissaldeus: quod ex A* (*vix* DEITIBI) *firmat Studemundus: ego* DOTIBIARGENTUMNUNCADEO——— *enotavi, ille praeterea* MEAMUTS—— *quam collocationem restituit ex Cist. II 1, 45 iam Fleckeisenus Annal. phil. XCV p. 632.* ut scias meam *ceteri* (*) 729. OCCIPITOMODOILLISAFFERREUIMI——————— *A, ubi* atferre *BD.* at ferre *C* ui mi oculo *C.* uimi occulo *D.* uim oculo *F* pausillulum, p *ex* c *ut vid., D.* pauxillulum *F* (*) 730. ego te hinc *Guietus, Reizius, Bentleius.* hinc ego te *BCDFZ* amittam *Z.* te amittam *BCD.* dimittam *F* *Contra sic A:* ITAEQUIDEM**** RMOSUMMOSTREMTUU—— UERIT, *quod sic fere suppleas:* Ita equidem [te] formosum mostrem, tuum te ut nemo gnouerit (*) 731. UOSADEOU**E——————— *A* inuero *BC.* in uero *D* uobis ni *Reizius.* uobis sine *BCD.* uobis si non *FZ.* uobis si *'vet. libri' Lambini* exoculas sitis *CD* (*) 732. QUASIMURT————— *A* murreta *F* iuncis *Z.* luncis *BCDF* ego *Guietus, Bothius.* ego nos *BCDFZ* circum uinclam *BCD.* circumuinclam *FZ: corr. Py-*

LABRAX

Ví agis mecum.

TRACHALIO

Etiám uim porces, flágiti flagrántia?

LABRAX

Tún trifurcifér mihi audes ínclementer dícere?

TRACHALIO

Fáteor, ego trifúrcifer sum, tú's homo adprimé probus:
Númqui minus hasce ésse oportet líberas?

LABRAX

Quid, líberas?

TRACHALIO

Átque eras tuás quidem hercle atque éx germana Graécia:
Nam áltera haec est náta Athenis íngenuis paréntibus.

DAEMONES

Quíd ego ex te audio?

TRACHALIO

Hánc Athenis ésse natam líberam.

DAEMONES

Méa poplaris óbsecro haec est?

TRACHALIO

Nón tu Cyrenénsis es?

---

lades (*) 733. UIAGISMECU——— *A* TR. *Camerarius.* D *DFZ* porces 𝔖. proportas *libri* flagitii *CDFZ.* flagicii *B* flagrancia *B* (*) 734. LA. *praem. Camerarius* TUNTRIFURC———— *A* trifur cifer *BD* 735. TR. *Camerarius.* LA. *DFZ* FATEOR—— ———OBUS *A* tu es *libri* (sumtues *C*) adprime *BZ.* atprime *CD.* apprime *F* 736. TR. *FZ: del. Camerarius* NUMQUIMINUS *A, Camerarius.* Nunc qui minus *BCDFZ* hasce esse oportet *Reizius, Bentleius.* hasce (has *F*) oportet esse *BCDFZ.* KASESS——— *As l. s. s. p. 66* (*mihi post* MINUS *nil nisi* ———ERAS *apparuit*) LA. *FZ.* D *D* 737—739 *sic B:*

Atq; heras tuas q dẽ hercle atq' ex germana grecia
Nã altera hæc est nata athenis in e tibus
Q d ego ex te audio hanc athenis ee͠ natã liberã,

ubi eras *CD ac dein* (*nisi quod* grecia *et* natam, ta *ex* tr, *D*):

Quidem hercle atq' ex germana gretia nã altera haec est nata
Athenis sine tibus quid ego exte
Audio hanc athenis esse natam liberam mea popularis,

in A haec apparuerunt: ATQ·ERASTUASQUIDE———— || NAMALTER————TIB· || QUIDEGOEX————: ingenuis parentibus *suppl. Camerarius.* sine summis parentibus *F.* sine testibus *Z* (*)

740. MEAPOPULARISKAECEST‡NONTUC———— *cum vestigiis litterarum* YR*N**S *A* popularis *libri cum A: corr. Fleckeisenus* circ-

DAEMONES

Ímmo Athenis nátus altusque éducatusque Atticis.

TRACHALIO

Óbsecro, defénde ciuis tuás, senex.

DAEMONES

O fília
Méa, quom hanc uideo meárum me absens míseriarum cónmones:
Tríma quae periít mihi, iam tanta ésset, si uiuít, scio.

LABRAX

Árgentum ego pro istísce ambabus quóiae erant dominó dedi:
Quíd mea refért Athenis nátae haéc an Thebís sient,
Dúm mihi recte séruitutem séruiant?

TRACHALIO

Itane, ínpudens?
Túne hic feles uírginalis líberos paréntibus
Súblectos habébis atque indígno quaestu cónteres?
Nam huíc altrae patria ét parens quae sít profecto néscio:
Nísi scio probiórem hanc esse quám te, inpuratíssime.

---

748. *Ad huius loci imitationem Lipsius Epist. qu. I 4 p. 212 revocabat Ausonium epigr. 70, 5* feles nuper pullaria dictus, *qui tamen paulo etiam propius ad Persae v. 751 accedit*

---

nensis *CD.* cireriensis *B* 741. IMMOATKENISNATUSALTUSQ·EDUCATUSQ·ATTICIS *A, ubi* attigis *BCD.* atthicis *F* 742. OBSECRODEFENDECIUESTUASSEN——OFILIA *A* (*ubi* EX# *explet sp.*) *cum ceteris* (LA o *D*)
743. MEAQUOMKANCUIDEO *A.* Mea cum ego hanc uideo *B itemque, sed* mea *CDFZ* mearum me absens miseriarum cōmones *B.* mearum absens Miseriarum commones *CDFZ.* MEMET——SMISERIARŨTUMO*ES *A, ubi vix* (MEMET)ABSEN(S) *extitit, fortasse* EXSPE(S) (*) 744. ——SCI* *apparuit in A* (*) 745. LA. *D* ego *B. om. CDFZ* istis ce *C* cuiae *libri* ——DIDI *A* 746. Athenis natae haec 𝕾. hae athenis (e *e corr. B*) natae *libri* thebis *BF.* thebę *CZ.* thebe *D* *nihil hoc v. apparuit in A, sed inter v. 747 et 748:* TU——KEBI——T, *ubi ante litteram extremam* SSIEN *locum habet* (*) 747. TR. *Camerarius.* D *DFZ* ——ITANEIMPUDENS *A, ubi* inpudens *CD* *Cf. ad v. 746* 748. ——G——LISLIBEROSPARENTIBUS *A* feles *Lambinus cum Turnebo Advers. III 19. XXI 12.* fallis *BCDFZ* 749. Sublectos *CD e corr.* Subiectos *BD ante corr. FZ* questu *BCDF* ——CONTERES *A*
750. altrae patria et parens 𝕾. alterae (altere *DF*) patria *BCDFZ* (*) 751. Nisisi *B.* nisi *CDFZ* inpuratissime *C et,* r *ex* i, *D.* impuratissime *BFZ* *Inter v. 749 et 752 unus extat in A,*

LABRAX

* * * * * * * * *

Túae istac sunto.

TRACHALIO

Cóntende ergo, utér sit tergo uérior:
Ni ófferumentás habebis plúris in tergó tuo
Quam úlla nauis lónga clauis, tum égo ero mendacíssumus.
Póste aspicito tú meum, quando égo tuom inspectáuero:
Ní erit tam sincérum, ut quiuis dícat ampullárius
Óptumum esse operí faciundo córium et sinceríssumum,
Quíd causaest, quin uírgis te usque ad sáturitatem saúciem?

DAEMONES

Quíd illas spectas? quás si attigeris óculos eripiám tibi.

LABRAX

Átqui, quia uotás, utramque iám mecum abducám semul.

DAEMONES

Quíd facies?

LABRAX

Volcánum adducam: is Vénerist aduorsárius.

756. *Glossae nom. p. 12, 139 L.:* ampullarius: ampullarum factor

cuius exitus ———NESCIO *comparuit: quare aut v. 751 deest aut 750 sq. om. alius omnino exstitit. Nam ante v. 752 talis fere desiderari videtur:*
At uerissimum te, mendax, Punicum esse ni scio
752. LA. *praem. Pylades* sunto $\mathfrak{S}$. sunt *libri* TR. *Camerarius.* LA. *DFZ* intersit *Z* tergo uerior *Camerarius: atque* ———GOUERIO* *A.* tergo ueri *cum sp. in fine v. BCD.* tergo utri *Z.* ergo utri *F* (*) 753. Dem. *FZ: del. Pylades* NIOF——————— *A* ferrumentas *F* pluri sint ergo *CD* (*) 754. QUA———————SIMU* *A* dauos *C* mendacissimus *libri cum A* 755. POS——————— ECTAUER* *A* Poste aspicito tu *Muellerus 'Nachtr.' p. 68 praeeunte* tu aspicito *Fleckeiseno.* Postea aspicito *BCDFZ* tuum *libri* 756. NISI———————LLARIUS *A* Ni *BCDFZ.* Nisi *Camerarius cum A* sinc erum *C* 757. OPT——— *A* Optimum *libri* opere (*ex* opero *C*) faciundo *libri: corr. Pylades* sincerissimum *libri* 758. ———————ATEMSAUCIẼ *A* causae est *libri* ·D· quin *D* sautiem *CDZ* (*ex* sautio *D*) 759. ———————IGERISOCULOSERIPIAMTIBI *A* Quidẽ *F* occulos *D* 760. LA. *om. F* ATQ— — ABDUCAMSIMUL *A* Atqui *Camerarius.* Atquin *BCDZ.* At *F* uetas *F.* uocas *Z.* semul *BCD* (*) 761. QUIDFACIES ⁞⁞UUL———A———S———ISTADUERSARI— *A* LA. *D* ueneris ẽ *BCDFZ: corr. Guietus cum A* aduersarius *libri cum A* abducam *F*

TRACHALIO

Quó illic it?

LABRAX

Heus, écquis hic est? heús.

DAEMONES

Si attigeris óstium,
Iam hérc le tibi mergeís in ore fíet messis púgneis.

(LORARII

Núllum habemus ígnem: ficis uíctitamus áridis.

TRACHALIO

Égo dabo ignem, síquidem in capite tuó conflandi cópiast.)

LABRAX

Íbo hercle aliquo quaéritatum ígnem.

DAEMONES

Quid quom inuéneris?

LABRAX

Ígnem magnum hic fáciam.

DAEMONES

Quin inhúmanum exurás tibi?

LABRAX

Ímmo hasce ambas híc in ara ut uíuas comburam: íd uolo.

762. TR. *Reizius.* D *DFZ* *Sic A* ec quis *D.* hecqs *B* heus si *sine sp. BCD* (*non A*) OSTIŨ *A.* hostium *BFZ* (*) 763. IAMKERCLETIBIMESSISINOREFIETMERGEISPUGNEIS *A*, *ubi* mergis pugnis *BCDFZ* (MERGIS *etiam Ar*): pugneis *corr. Camerarius cum A*, messis *et* mergis *permutavit* 𝕾 (*) 764 *sq. Hos versus, qui versibus 769 sq. potius substituendi sint, seclusit* 𝕾 764. LO. *Saracenus.* LA. *Z. om. F. spat. in fine v. anteced. CD* NULLUMKABEMUSIGNEMOLFICISUICTITAMUSARIDIS *A*, *non prorsus certis* NEMO *litteris, certissima* L *ante* FICIS, *quam etiam Ar testatur, ubi* ignem ficis *ceteri*, uictimamus *B* 765. TR. 𝕾. Dem. *Z* (*om. F*) *Sic A cum ceteris* copia est *F*

766. IBOKERCLEALIQUOQUAERITATUMIGNEM ǂǂ QUIDQUOMINUENERIS *A* (*in quo de* QUAERITATUM *non recte dubitabat Ar*), *ubi* queritatum *CDF et* cum *BCDFZ* (*) 767. *Sic A, nisi quod* QUINUTKUMANUMEXURAS||TIBI *enotavi, ubi* QUININKUMANUM *e. q. s. As apud Kienitzium de* QVIN *partic. ed. Carolsr. a. 1878 p. 2.* quin ut humanum exurias tibi *BCDF*: *itemque Turnebus 'ex vet.' Advers. XXI 12* (*cf. Opp. I 61, 9*) *et Lambinus 'ex libris vet.'* (*sed* exuras). ut manum exuras tibi *Z* (*) 768. IMMOKASAMBASKICINARAUTUIUASCOMBURAMIDUOLO *A*, *ubi* hasce ambas *ceteri* ut uias *CD* comburẽ, b *ex corr. ut vid. et* e *ex* a, *B* *ante* id *spatiolum C* (*non B*), D *s. v. sine sp. D*, dem. *FZ*: *del. Bothius et v. 769 praescr., ubi* TR. 𝕾 (*)

TRACHALIO

Iam hércle ego te contínuo barba arrípiam, in ignem cóniciam
Téque ambustulátum obiciam mágnis auibus pábulum.

DAEMONES

Quóm coniecturam égomet mecum fácio, haec illast símia,
Quae hásce hirundinés ex nido uólt eripere ingrátieis,
Quód ego in somnis sómniaui.

TRACHALIO

Scín quid tecum oró, senex?
Ýt illas serues, uím defendas, dúm ego erum adducó meum.

DAEMONES

Quaére erum atque addúce.

TRACHALIO

At hic ne —

DAEMONES

Máxumo maló suo,
Si áttigerit siue ócceptassit.

TRACHALIO

Cúra.

DAEMONES

Curatúmst: abi.

---

769. *Sic A* (*nisi quod* CONICIÃ), *ubi* Nam *ceteri cum Ar* (Iam *Seyffertus Stud. Pl. p. 3*) ego *om. DFZ* barba continuo arripiam et in *BCDFZ: ubi* et *del. Weisius cum A* coiciam *CD* (˜ *supra* a *er.*). coniciam *B.* coniiciam *FZ* (*) 770. *Sic A* (TEQ·AMBUSTULATUM), *ubi* ambustilatum *BCDF* (*non Z*) obiiciam *FZ cum Ar* '*ut vid.*' papulum *C* 771. *Daemoni tribuit* 𝔖, *cui continuant ceteri* (*cf. ad v. 768*) *Sic A, ubi* Cum *ceteri* ego met *B* illast, s *e corr., B.* illa est *CDFZ* 772. QUAEKASKIRUNDINESINUDOUOLTERIPEREINGRATIEIS *A* (ENUDO *As l. s. s. p. 67*), *ubi* ex nido *ceteri* uult *F* ingratiis *B cum Ar et Pylade.* ingratus CD^2FZ. gratis D^1: hasce *corr. Schmidtius de pron. dem. p. 36* 773. *Sic A, ubi* Quid *Z* somniis *Z* (*corr. Gulielmius p. 439*) LA. scin *D.* TRa. scin *FZ* te cũoro *B* 774. *Sic A, nisi quod* ERUMDUCO, *ubi* erum (herum *BFZ*) adduco *ceteri* seruas *CDFZ* ui *F* 775. D *D* *Sic A, nisi quod* ATQ· *et* MAXIMO *cum BCDZ* (maximo . . . . cura *om. F*), *ubi* Quere *CD* herum *BFZ* abduce *F* hicne *B* (*) 776. *Sic A* (OCCEPTASSIS '*ut vid.*' *Ar*), *ubi* occeptas sit *CD* curatum est *BCDFZ cum Ar* (*)

TRACHALIO

Húnc quoque adserua ípsum, ne quo abítat: nam promísimus
Cárnufici aut taléntum magnum aút hunc hodie sístere.

DAEMONES

Ábi modo, ego dum pró te tela téneam.

TRACHALIO

Iam ego reuénero.

DAEMONES. LABRAX. PALAESTRA. AMPELISCA. LORARII

DAEMONES

Vtrúm tu, leno, cúm malo lubéntius
Quiéscis an sic síne malo, si cópiast?

LABRAX

Ego quaé tu loquere flócci non fació, senex.
Meas quídem ted inuito ét Venere et summó Ioue
De ará capillo iám deripiam.

DAEMONES

Tángedum.

LABRAX

Tangam hércle uero.

DAEMONES

Ágedum ergo, accede húc modo.

---

777. KUNCQUOQ·ADSERUAIPSUMNEKABITATAUTPROMISIMUS *A*, *ubi* atserua *B*. at serua *CD*. asserua *FZ* nequo habitat *B*. ne quo abitat *CD*. ne quo abeat (abiat *Z*) *FZ* nam *BCDFZ* promissimus *B*. permisimus *F* (*) 778. *Sic A, ubi* carnifici *CDF*, hodie (h *supra* o) *B* 779. *Hunc versum unus servavit A, in quo* ABIMOD*EGODUM— — — — ‡IAMEGOREUENERO *legi* (*post* DUM *inter alia* PROTE**TATERIAM *notans nimis incerta*), *quae exempli causa supplevi* (ABIMODOEGODUM***-OUTABEA***‡*A***G***UENERO *Ar*) (*)

Act. III Sc. 5 DAEMONES LABRAX PALAESTRA AMPELISCA (RAX *syllaba non prorsus obscurata, pro* [AM]P *ut vid.* C *vel* O *scripta*) *A*. labri. palester. ampelisca. senex. leno *cum unius v. sp. B*. LAB̃ LENO PALESTRA ÃPELISCA·DEMONES SENES *cum unius v. sp. D. duorum v. sp. C.* Demones (senex *add. Z*). Labrax leno. Palestra. Amphelisca. Lorarij (*om. Z*) *FZ* 780. D *D* *Sic libri cum A, nisi quod* libentius *BZ* 781. *Sic libri cum A, sed* sic, i *ex* c *ut vid., D*, si *om. C*, est *ACDFZ* (*non B*) 782. LA. *D* *Sic libri cum A, sed* nũc *pro* non *F* 783. *Sic libri cum A, sed* te *omnes, ubi* ted *Pius* (*) 784. *Sic libri cum A* (D tange dum *D*) 785. *Sic libri cum A* (LA. *et* D *D*), *nisi quod* uere *B*, age dum *CD*, accede, a *e corr., B* (*)

LABRAX

Iubedúm recedere ístos ambo illúc modo.

DAEMONES

Immo ád te accedent.

LABRAX

Nón hercle equidem cénseo.

DAEMONES

Quid agés, si accedent própius?

LABRAX

Ego recéssero.
Verúm, senex, si te úmquam in urbe offéndero,
Numquam hércle quisquam mé lenonem díxerit,
Si té non ludos péssumos dimíssero.

DAEMONES

Facito ístuc quod minitáre. sed nunc ínterim
Si illás attigeris, dábitur tibi magnúm malum.

LABRAX

Quam mágnum uero?

DAEMONES

Quántum lenoní sat est.

LABRAX

Minácias ego flócci non faciám tuas:
Equidem hás te inuito iam ámbas rapiam.

DAEMONES

Tángedum.

786. LA. *D* *Sic libri, nisi quod* Iube dum *BD*, AMBOS *A cum B.* amabo *C* 787. D *D* *Sic A, ubi* //// LA. non (*er.* non) *D*, hercle egomet censeo *BCDFZ* 788. D *om. DF* *Sic AB, ubi* propius accedent *CDFZ* (*cum 9 l. sp. D*) 789. *Sic A et hoc loco et post v. 791 itemque, sed* unquam *B*, *ubi* uerum sit senex eum quam *CD.* uerum si senex te unquam *FZ*, defendero *C* 790. *Sic libri cum A* (Nunquam *BF*) 791. *Sic A, sed* PESSIMOS *cum ceteris, ubi* Si non te *BCDFZ*, dimiserio *BC.* dimiser$\overset{i}{o}$ *D.* dimisero *FZ* (*) *Post hunc v. A iterat v. 789* 792. D *D* *Sic A, ubi* minitares sed *$CD^{1}F$.* minitaris sed *$BD^{3}Z$* (minitare *Seyffertus*) 793. *Sic libri cum A* 794. *Sic libri cum A* (LA *et* D *D*), *nisi quod* quã magnũ lenoni (e *ex* o) *B* 795. *Sic A, ubi* ego istas flocci non (nũc *F*) facio *ceteri:* istas *del. Guietus, Bentleius* (*) 796. EQUIDEMKASTEINUITOIAM-AMBASRAPIAM‡TANGEMODO (ODO *parvis obscurisque litteris*) *A*, *ubi* eas (e *ex* o *B*) *ceteri* (has *Schmidtius de pron. p. 24*), tange dum *BD* (*praem.* D). tangedum *CFZ* *Ad v. 796 sq. signa cr. in marg. B*

LABRAX

Tangam hércle uero.

DAEMONES

Tánge, sed scin quó modo?
Idúm, Turbalio, cúrriculo, adfer céleriter
Duas cláuas.

LABRAX

Clauas?

DAEMONES

Séd probas: properá cito.
Ego te hódie faxo récte acceptum, ut dígnus es.

LABRAX

Eheú, scelestus gáleam in naui pérdidi:
Nunc mi ópportuna hic ésset, salua sí foret.
Licét saltem istas mi áppellare?

DAEMONES

Nón licet.
Ehem, óptume edepol cláuator eccum áduenit.

LABRAX

Illúd quidem edepol tínnimentumst aúribus.

DAEMONES

Age, áccipe illanc álteram clauám, Sparax.
Age, álter istinc, álter hinc adsístite.
Adsístite ambo. síc. audite núnciam:
Si hercle íllic illas hódie digito tétigerit

---

797. *Sic libri, nisi quod* SET (*vix* SED) *A.* sat *BCDFZ* (tanges, at *Pylades.* tange, sed *Camerarius*), ——ODO *evanuit in A* (LA. *et* D *habet D*) 798. I dum *B* adfer celeriter 𝔖. atfer *cum nota* (đ *ut vid.*) *cr. in marg. B.* affert *cum 3—4 l. sp. CD.* affer *FZ* (*) 801. LA. *D* Ehu *F.* heu *Z* 802. mi *CD.* mihi *BFZ* oportuna *BD* (*dein* hic ẽ& *in fine v. cr. ante* Hic esset *D*) foret *FZ.* fort& *cum nota in marg. cr. B.* fortet *CD* 803. saltim, a *e corr., D* mihi *libri* (*) 804 *sq. Ante* Ehem *sp. C.* hem *FZ* optime edepol eccum clauator aduenit *B* (*cr. nota in marg.*) *CDZ, sed* eccum clauator adue *D in ras., in qua* clauatorẽ ẽ (*vel* c̃) Atuelit *videtur extitisse.* optume ædepol eccum clauatorẽ aduenit *F:* clauator eccum *traiecit Muellerus Pros. p. 472* (*) 806. LA. *om. F* est *libri* 807. Dem. *om. F* illanc *Camerarius.* illinc *BC* illin *D.* illi *F.* illam *Z* 808. assistite *BF* 809. Assistite *BF* sic *distinxit Pylades* nunc iam *libri*

Inuítas, nei istunc ístis inuitássitis
Vsque ádeo, donec quá domum abeat nésciat,
Periístis ambo. si áppellabit quémpiam,
Vos réspondetote ístinc istarúm uicem.
Sin ípse abitere hínc uolet quantúm potest,
Extémplo amplectitóte crura fústibus.

LABRAX

Etiám me abire hinc nón sinent?

DAEMONES

Dixí satis.
Et úbi ille seruos cúm ero huc ad uos uénerit,
Qui erum árcessiuit, ítote extempló domum.
Curáte haec sultis mágna deiligéntia.

LABRAX

Heu, hércle: ne istic fána mutantúr cito:
Iam hoc Hérculist, modo Véneris fanum quód fuit,
Ita dúo destituit sígna hic cum clauís senex.
Non hércle quo hinc nunc géntium aufugiám scio,
Ita núnc mi utrumque saéuit, et terra ét mare.
Palaéstra.

LORARII

Quid uis?

---

820. *Festus p. 301, 25 M.:* sultis: si uoltis. Plautus . . . . . et in Rudente 'curate . . . . . diligentia'

811. nisi (nei *Pareus*) istunc istis *Camerarius.* ne iis tunc (*ex* iistunc) istis *B.* ne iis tunc *CD.* nisi sic tunc *F.* nisi tunc *F* inuitas sitis *BCDF* (*corr. Camerarius*). exoculassitis *Z ex v. 731* (*)
812. Vsquadeo *B.* usque adhec *D¹: corr. D²* habeat *BC* 813. Peristis *libri* (*) 815. Sin ipse *FZ.* Sine ipse *CD.* Sine dpse (*sic*) *B* abbitere *Acidalius Div. p. 441.* abire *libri, sed* r *ex* l *B* (*)
817. Ettiam *C* sinent *Pylades.* desinent *BCDZ.* desinet *F*
818. seruus *libri* hero *BFZ* ad uos uenerit 𝕾. aduenerit *libri* (*) 819. herum *BFZ* accersiuit *BDFZ* (*non C*)
820. hec *cod. Festi* sultis *FZ, Festi lemma.* stultis *BCD, Festi cod.* deiligentia *B.* diligentia *ceteri cum Festo* 821. LA. *D* heu *Z.* Eheu *BCDF* mittantur *DZ* (*) 822. herculi est *BCDF.* herculis est *Z* modo *Acidalius Div. p. 442. om. libri* *Post* fuit *lenius distinxit Bothius, gravius priores* (*)
823. hiocū *B, in quo inter hunc v. et antecedentem signum cr. in marg.*
824. n̄ēgentium *B* 825. nunc mihi *BC.* mihi nunc *DFZ* seuit *DF* 826. Palestra (tr *ex* ic *ut vid. D*) *et* controuersia (contro-

LABRAX

Ápage controuórsiast:
Haec quídem Palaestra quaé respondit nón meast.
Heus, Ámpelisca.

LORARII

Cáue sis infortúnio.

LABRAX

Vt pótis est, ignaui hómines satis recté monent.
Sed uóbis dico: heus, heús uos: num moléstiaest
Me adíre ad illas própius?

LORARII

Nil — nobís quidem.

LABRAX

Numquíd molestum míhi erit?

LORARII

Nil — si cáueris.

LABRAX

Quid ést quod caueam?

LORARII

Em, á crasso infortúnio.

LABRAX

Quaeso hércle abire ut líceat.

LORARII

Abeas, sí uelis —

LABRAX

Bene hércle factum et hábeo uobis grátiam.

LORARII

Hac caédi potius.

ũsia *B*) est *libri* (*) 827. Haec quidem *Acidalius, Brantius.* Haec-eqdẽ *B.* hęc equidem *CDFZ* palestra *libri* quęrespondit *D in marg., sed add.* : : mea est (meaẽ *B*) *libri* (*) 829. LA. *Camerarius. spat. CD* potis est *Bothius.* potest *libri* LA. ignaui *FZ* monent *om. C* (*) 830. heus heus *inter alia Muellerus Pros. p. 685.* heus *libri* molestiaest *Muellerus.* molestia est *libri* (*) 831. nihil *libri* (Nihil *B*) uobis *C* 832. Nunquid *BC* nihil *libri* (Nih̃i *B*) 833. emacraeso (ae *ex* ao *B*) *BCD.* hem a crasso *FZ* *nota er. in marg. B* (*) 834. Queso *CD* hecle, c *ex* l, *D* abire *FZ.* adire *BCD* abeas *FZ.* habeas *BCD* habeassiuelis *B* *Orationem interruptam significavit* 𝔖 (*) 835. hercle *B.* ergo hercle *CDFZ* factum et *Acidalius Div. p. 443.* factum (f *ex* l *ut vid. D*) *libri* (*) 836. LO. Hac (*vel* Nunc) caedi potius. LA. 𝔖. ⌗ non (ñ *D*) accedam potius *CD.* Non accedam potius *BFZ*

LABRAX

Íllic astate ílico. —
Edepólproueni néquiter multís modis:
Certúmst hasce hodie usque óbsidione uíncere.

PLESIDIPPVS. TRACHALIO. LABRAX. LORARII. PALAESTRA. AMPELISCA. CHARMIDES

PLESIDIPPVS

Meamne ílla amicam léno ui, uioléntia
De ará deripere Véneris uoluit?

TRACHALIO

Ádmodum.

PLESIDIPPVS

Quin óccidisti extémplo?

TRACHALIO

Gladius nón erat.

PLESIDIPPVS

Caperés aut fustem aut lápidem.

TRACHALIO

Quid ego quási canem
Hominem ínsectarer lápidibus?

---

astate *CDZ.* astate||| (i *ut vid. er.*) *B.* astare *F* (*) 837. E****-L——— ODIS (*dubiis litt. extremis*) *A* 838. ——— RE *A* Certumst *DFZ.* Certum ẽ *BC* *nota* (δ *ut vid.*) *cr. in marg. B*

Act. III Sc. 6 PLE——— *A.* P̃SIDIPP' ADOLESCENS. SERV' MVLIERES ·II·LENO·LORA *D. unius v. sp. BC.* Pleusidippus. Tracalio. Mulieres ·II· Labrax. Lorarii. Carmides parasit' *F.* Pleusidippus ado. Trachilio seruus. Mulieres duae. Leno. Lorarii. Charmides *Z* 839. P̃ *D* ——— TIA *A* eamne *c. sp. in. C* ille, ll *in ras. ex* st *ut vid., B* leno *BFZ.* lenoni *CD* uiolentia, l *ex* C *ut vid., B.* uiolenta *FZ* (*) 840. ——— DŨ *A* uoluit, uol *in ras., C.* uoluNT *ut vid. D* S̃ *D. om. F* at modum *B* 841. P̃ *D* QUIDNI *A v. in.* Quin *D*² *in pers. sp. cum ceteris* occidistis *Z* S *D* gladius *FZ.* claudius *BCD* *nota cr. in marg. B* 842. P̃ *D* C——— *A* quasi canem *B, Pylades.* qua sic non (ñ *D*) amem *CD.* q^a s nõ amem *F.* quasi canem amens *Z* (*) 843. K——— *A* Hominum *F* insectarer *FZ.* inspectarer *BCD* lapidibus nequissimum *libri* (*nota cr. in*

PLESIDIPPVS

* * *
* * * * * nequíssumum.

LABRAX

Nunc pól ego perii: Plésidippus éccum adest:
Conuórret iam hic me tótum cum puluísculo.

PLESIDIPPVS

Etiámne in ara túnc sedebant múlieres,
Quom ad mé profectu's íre?

TRACHALIO

Ibidem núnc sedent.

PLESIDIPPVS

Quis illás nunc illic séruat?

TRACHALIO

Nescioquís senex,
Vicínus Veneris, ís dedit operam óptumam:
Is núnc cum seruis séruat: ego mandáueram.

PLESIDIPPVS

Duc me ád lenonem récta. ubi illic ést homo?

LABRAX

Salué.

PLESIDIPPVS

Salutem níl moror. opta ócius:

---

marg. B), *ubi lacunam duce Reizio et Fleckeiseno significarit* 𝔖 *ad hoc exemplum:*

PL. Num serio
Hominem tu dicis miluom nequissumum?

844. NUN———ADEST *A* pleus. *FZ* 845. CON——— *A* Conuerret *libri* (*) 846. ETIAM———L****S *A* tunc *FZ.* nč *B.* nunc *CD* 847. QUOM———ENT *A* Cum *BCDFZ* profectus *libri: corr. Acidalius Div. p. 443* (*) 848. QUISILL———ENEX *A* nescio quis (sc *ex* cc *D*) *libri* 849. UICIN———A* *A* uicinus, c *e corr.*, *D* ueneris is *FZ.* ueneri sis BCD^1: *corr.* D^2 *et planius rubr.* dedito operã *CD* optumã *B.* optimam *CDFZ* 850. IS——— UERÃ *A* Is nunc *D ex* Ist- *incohato ut vid.* nunc. *alt.* n *e corr.*, *C* *Post hunc v. aut novus sequebatur in A aut v. 848 repetitus: nam inter v.* IS——— *et* DUCME——— *legitur* Q——— *cum incertioribus* ENEX *litterarum umbris in fine: atque cogitare possis de tali supplemento:*

PL. Quin noui: is est quem hic hodie uidi in agro senex.

851. Duo D^1: *corr.* D^2 852. SALUE****L**L———CIUS *A i. c.* nihil salutem (*ut Camerarius*), *ubi* salutem nihil *ceteri* ocius *BF cum A.* otius *CDZ* (*)

Rapí te obtorto cóllo mauis án trahi?
Vtrúmuis opta, dúm licet.

LABRAX

Neutrúm uolo.

PLESIDIPPVS

Abi sáne ad litus cúrriculo, Trachálio,
Iube illós in urbem ire óbuiam ob portúm mihi,
Quos mécum duxi, hunc qui ád carnuficem tráderent:
Post húc redito atque ágitato hic custódiam.
Ego húnc scelestum in iús rapiam, exigam éxulem:
Age, ámbula in ius.

LABRAX

Quíd ego deliquí?

PLESIDIPPVS

Rogas?
Quine árrabonem a me áccepisti ob múlierem
Et iam hínc eam auexti?

LABRAX

Nón auexi.

PLESIDIPPVS

Quór negas?

LABRAX

Quia pól prouexi: auéhere non quiuí miser.
Equidém tibi me díxeram praestó fore,

853. RAPITEOBTO—————ANTRAKI *A* Rapi te *F*. Rapite *BCDZ* nauis *Z* (*) 854. UTR—————L* *A* Vtrum uis *libri* 855. *BIS—————IO *A* fane ad littus *Z* curri cul o *C* 856. —————I *A* obuiam D^2 *expuncto* uel otius ob portum 𝕾 *conl. Festo p. 233, 28.* ad portum *libri* (*) 857. II——————T (*initio vix* Q) *A* hunc qui *Camerarius.* qui hunc *libri* carnificem *libri* 858. PO————— *A* 859. E—————XULEM *A* exigam exulem 𝕾. exulem *libri* (*) 860. —————QUI‡RO-GAS *A* 861. Quine *Gulielmius Qu. in Rud. p. 457, Dousa Centurion. p. 498, Acidalius.* Quin *BCD.* Qui *FZ* arabonem *Z* am e *D* —————ULIE*EMET *A, non prorsus certis litteris extremis* (*at certe non* EST *fuit*). mulierem (mu lierem *B ante corr. D*) est *BCD.* mulierem et *FZ cum A ut vid., ubi et ad versum sequentem traxit Pylades* (*) 862. IA—————NEGAS (*certa* I *in.*) *A.* Iã *B.* iam *CDF.* eam *Z* hinc eam 𝕾. hinc BCD^3Z. hin D^1. hic *F* auexti *Acidalius p. 443 'ex cod.'* abduxisti *BCDZ.* adduxisti *F* auexi, X *c corr., D.* aduexi *F* cur *libri* negas o *DZ* (*) 863. Q****O——————MISER *A* auehere D^2 *ex* authere 864. EQ——————AESTOFORE *A* me *CDFZ.* ume *B* presto *BCF* (*)

Apud Véneris fanum: númquid muto? súmne ibi?

PLESIDIPPVS

In iúre causam dícito: hic uerbúm sat est.
Sequere.

LABRAX

Óbsecro te, súbueni mi, Chármides:
Rapiór optorto cóllo.

CHARMIDES

Quis me nóminat?

LABRAX

Vidén me ut rapior?

CHARMIDES

Vídeo atque inspectó lubens.

LABRAX

Non súbuenire mi aúdes?

CHARMIDES

Quis homo té rapit?

LABRAX

Aduléscens Plesidíppus.

CHARMIDES

Vt nanctú's, habe:
Bono ánimo meliust te ín neruom conrépere:
Tibi óptigit quod plúrumi exoptánt sibi.

LABRAX

Sequere, óbsecro, me.

865. AP——————BI *A cum spatio maiore, quam cui sufficiat ceterorum memoria* fanum numquid *Bentleius ad Ter. And. I 1, 13.* fanum quid *libri* muto *Gruterus.* multo *BCD.* multa *FZ* sum ne *CD* 866. P *D* IN——————SATEST *A* sat est D^2 *s. v.* 867. **QUER——————IDES *A* LA *D* mei *BCDF.* mi *Z, quem vocativum habent vulgo cum Pareo, dativum* 𝕾 868. ——————AT *A* obtorto *CDFZ.* opto *B* collo, c *ex* t *ut vid., C* C *D.* Pleu *F* (*) 869. ENS *A* LA *et* C *D* Vinden *BCD: corr. FZ* 870. ——————RAPIT *A* LA *et* C *D* mihi *libri* 871. LA *D* AD——————KA*E *A* adolescens *BF* pleusidippus *CFZ* nanctu's, habe. *Acidalius p. 443.* nanctus habe *BCD.* nactus habe (Bono animo.) *Z.* nactus habe (Bonũ animũ.) *F* (*) 872. *Cf. ad v. 871* BO——————CONREPERE *A* animo, ni *ex* m, *D* meliust *B, Ar.* melius st *CD.* melius est *FZ* neruum *BCDFZ* (*non As*) correpere *B.* corripere *CDFZ* (*) 873. optigit *BC.* obtigit *DFZ* plurimi *libri* ^{ex}optant *B* 874. LA *et* C *D* querant *CDF* 875. obsecro me *Camerarius.* obsecrom *B.* obsecro *CDFZ: cf ad*

874 La. quid id ést? Ch. ut ia quaerant inveniant sibi

CHARMIDES

Páriter suades, quális es:
Tu in néruom rapere: eo óbsecras ut té sequar.

PLESIDIPPVS

Etiám retentas?

LABRAX

Périi.

PLESIDIPPVS

Verum sít uelim.
Tu, méa Palaestra et Ámpelisca, ibidem ílico
Manéte, dum ego huc rédeo.

LORARII

Equidem suádeo
Vt ád nos abeant pótius, dum recipís.

PLESIDIPPVS

Placet:
Bene fácitis.

LABRAX

Fures mi éstis.

LORARII

Quid furés?

PLESIDIPPVS

Rape.

LABRAX

Oro óbsecro, Palaéstra, —

PLESIDIPPVS

Sequere, cárnufex.

LABRAX

Hospés, —

CHARMIDES

Non sum hospes: répudio hospitiúm tuom.

LABRAX

Sicíne me spernis?

---

v. 876 CH. pariter *Camerarius*. ⌗ pariter *B*. pariter Car. *FZ* (*) 876. neruom *B*. neruum *CDFZ* eo *Muellerus 'Nachtr.' p. 64*. eo me *libri: cf. ad v. 875* 877. PL. Etiam *Fleckeisenus*. ⌗ etiam *CD*. etiam *FZ* PL. uerum *Camerarius*. Car. uerum *FZ* sic *F*(*) 878. Pleu *praem. FZ: del. Camerarius* palestra *libri* (l *ex* r *ut vid. D*) 879. ego huc *BFZ*. ego huic *C*. huc ego *D* (*) 881. benefacitis *C* mihi *libri* fures rape *om. sp. BCD* (*) 882. palestra *libri* P *D*. *om. F* carnifex *Z*. carmides *F* (*) 883. LA. *om. F* tuum *libri* 884. Sicine D^1Z.

CHARMIDES

Síc ago: semel fél bibo.

LABRAX

Di te ínfelicent.

CHARMIDES

Ísti capiti dícito.

Credo álium in aliam béluam hominem uórtier:
Illic ín columbam, crédo, leno uórtitur:
Nam in cólumbari cóllum haud multo póst erit.
In néruom ille hodie nídamenta cóngeret.
Verúm tamen ibo, ei áduocatus út siem,
Siquí mea opera cítius — addicí potest.

---

888. *Priscianus inst. V p. 150, 10 H.:* alia uero omnia in — ar desinentia latina neutra sunt, ut hoc laquear lacunar lupanar instar far columbar, quod significat genus uinculi. Plautus in Rudente 'nam in . . . . . erit'*: unde pendet Osbernus p. 94:* hoc columbar ris ·i· quoddam genus uinculi uel catena in qua collum constringitur, unde Plautus 'collum . . . . . . poterit'

Siccine *BCD^{3}F* semel fel 𝔖 (*cf. v. 361 sqq. 530. 586 sqq.*). semel *libri* (*) 885. Dii te *B*. dite *C* infelicitent *Z* 886. belluam *Z* 887. columbam 𝔖 (*cf. Asin. v. 693. Cas. I 50. Varr. de l. l. IX 56*). columbum *BDFZ*. colunbum *C* 888. in columbari collus *Priscianus*. collum in columbari *Osbernus* haud (haut *K*. aud *RH*. aut *GL*) multum *Priscianus, Osbernus* poterit *Osbernus cum Prisc. H* (*) 889. In neruo mille *libri: corr. Camerarius* 890. Verumtamen *BCD* 891. Siqui *BDZ*. si qui *CF* cicius *BCD* adduci *B*

ACTVS IV

DAEMONES

Bene fáctum et uolup est mé hodie his muliérculis
Tetulísse auxilium: iám cluentas répperi,
Àtque ámbas forma scítula atque aetátula.
Sed uxór scelesta me ómnibus seruát modis,
Nequí significem quídpiam muliérculis.
Sed Grípus seruos nóster quid rerúm gerat
Mirór, de nocte qui ábiit piscatum ád mare.
Pol mágis sapisset, sí dormiuissét domi:

899 *sqq. Priscianus inst. VII p. 332, 19 H.:* rete . . . . quod etiam feminino genere protulit idem in Rudente ‘pol . . . . tempestas est’ *Idem inst. X p. 500, 10:* sapio tam sapui uel sapii quam sapiui protulisse auctores inueniuntur. Probo tamen sapui placuit dici, Charisio sapui uel sapiui, Aspro sapiui et sapii secundum Varronem, quod Diomedes quoque approbat. Nonius tamen Marcellus de mutatis coniugationibus sic ponit: sapiui pro sapui . . . . . Caper utrumque in usu esse contendit: Afranius in Brundisinis ‘equidem nunc resipiui, postquam pectus est laetitia onustum’, Plautus in Rudente ‘pol . . . . . domi’

Act. IV Sc. 1 DEMONES SENEX *D in fine v. 891 om. sp. itemque FZ. duorum v. sp. B, unius C* 892. enefactum *c. sp. in. C* uolupest *B.* uolupe est *CDFZ* mulier culis *D* (*) 893. te tulisse *CD.* retulisse *F* clientas *BFZ.* dientas *C.* ᶜdientas *D* 894. soitula *DZ.* sortula *C* (*) 896. Ne qui *Acidalius Div. p. 444.* Nequid *B.* ne quid *CDFZ* significem, e *ex* o *ut vid., B* quippiam *libri* mulier culis *B* 897. gripus ser uus *B.* grippus seruus *CDFZ*

898. ad *supra scr. B* 899. sapisset *F.* sapis sed *B.* sapis Sed *C.* sapisˢᵘsed Sed *D, ubi* sed (*sic* t *ex* d) *et add. et del. D*[2] *ut vid.,* se *iterum add. D*[3]. sapuisset *Z et ‘libri vet.’ Lambini cum Prisciano, ubi priore loco FR et ex* sapiuisset *BG habent, altero loco L* (sapiuisset *BG.* sapiisset *K*) *ex Capri sententia* dormisset *Priscianus priore loco et B eius alt. loco, ubi* dormiuisset *ceteri cum BCDFZ*

Nam núnc et operam lúdos facit et rétia,
Vt témpestas est núnc atque ut noctú fuit.
In dígitis hodie pércoquam quọd céperit,
Ita flúctuare uídeo uehementér mare.
Sed ad prándium uxor mé uocat: redeó domum.
Iam meás opplebit aúris uaniloquéntia.

GRIPVS

Neptúno hasce agó gratiás meo patróno,
Qui sálsis locís incolít pisculéntis,
Quom méd ex suís pulcre ornátum expedíuit
Templís redducém, plurumá praeda onústum
Salúte horiaé, quae in marí fluctuóso
Piscátu nouó me uberí conpotíuit.
Miróque modo atque incrédibili hic piscátus mihi lepide
éuenit:

---

910. *Nonius p. 433, 20:* horia dicitur nauicula piscatoria. Plautus in Rudente 'salute . . . . . fluctuoso'

---

900. Nam *BC.* iã *DFZ* et operam et *F* ludos, o *ex* a, *C* facit *Z cum Prisciano.* dat *BCDF* retiam *Z cum Prisciano* (*)
901. Vt tempestas est *libri cum Prisciano* (*) 902. per coquam *Z.* perquoquam *F* quot coeperit *B cum nota cr. in marg.* 904. (*) 905. meas, as *e corr.* (a *ex* c *ut vid.*) *B* opplebit D^3FZ. oppilebit BCD^2. *om.* D^1 (*in v. princ.*) auris uaniloquentia *Guietus.* aures sua uaniloquentia (uani loquentia *D*) *libri* *nota cr. in marg. B* (*)
Act. IV Sc. 2 GRIPP' PIS CA TOR *in fine v. 905 cum unius v. sp. D itemque FZ. duorum v. sp. B. sp. in fine v. 905 C* 906. Neptuno, e *ex* i, *D.* eptuno *c. sp. in. C* hasce ago *Schmidtius de pron. dem. p. 36.* has ago *BC ex corr. DF.* has ego *C ante corr. Z* meo patrono gratias *libri: traiecit Reizius* 907. sal sis *D* incọlit *D* pistulentis *F* *nota, δ ut vid., cr. in marg. B* 908. Cum med *Reizius.* Cum me *libri* pulchre *Reizius.* locis pulchre *libri* (*) 909. redducem *Reizius.* reducem *libri* plurima *libri* onustum *Z.* honestum (v *supra* e) *B.* honestum *CDF* (*) 910. horiae quae in *Camerarius praeeunte* horriae in *Pylade.* horeia quae in *B.* horreia quae (que *DF*) in *CDF.* horreiaque in *Z.* horia *Nonius* *nota cr. in marg. B* 911. competiuit (o *supra* e) *B.* compotiuit *ceteri* (cõpotịuit *D, ubi* ‚, *add.* D^2 *et rubr.*) 912. incredibili *B, Pylades.* incredibile *CDFZ* hic pisca||||| (*cr.* tus) mihi | Lepide euenit || *B cum nota* (δ?) *cr.: octon. anap. fecit Bothius duce Reizio* (*)

Neque písciuni ullam unciam póndo hodie cepí nisi hoc quod fero hic ín rete. 913 sq.
Nam ut dé nocte múlta inpigréque exsurréxi,
Lucrúm praeposíui sopóri et quiéti:
Tempéstate saéua experíri expetíui,
Paupértatem erí qui et meám sentiléntam
Tolerárem: opera haud fui párcus mea.
Nimis hómo nihilist si quís piger est nimisque íd genus odi ego mále malacum:
Vigiláre decet hominém qui uolt sua témperi conficere ófficia:
Nón enim illum exspectáre oportet dúm erus se ad suom súscitet.
Nám qui dormiúnt lubenter síne lucro et cum málo quiescunt.
Nám ego nunc mihí qui ínpiger fuí
Répperi, ut pigér sí uelim siém. 924b
Hóc ego hic ín mari, quídquid est, répperi:

913 *sq.* unciam *BC.* uno iam *DF.* una iam *Z* (*corr. Valla et Anselmus cum Pylade* '*ex cod. ant.*') pondo hodie *Pylades* (*cf. Muellerus Pros. p. 322. 415. 421*). hodie pondo *libri* cępi *BC* nĥ (i *supra*) *B* hic *B. om. CDFZ*(*) 915. inpigre que *D.* impigreque *BC* (igr *e corr.*) exsurrexi *D.* exurrexi *BCFZ* 916. praeposiui *Camerarius.* praeposui *BFZ.* proposui *CD* sopori, po *ex* pi *D* & *ex* q *ut vid. B* (*) 917. seua *CDFZ* et expetiui *F* 918. heri *CFZ* sentilentam (*vel* senticosam*: cf. Capt. v. 185. 188*) 𝔖. sententiam *libri* (*) 919. me a(nimis, *alt.* i *ex* o) *D.* mei *F* (*) 920. nimis homo *in fine prioris versiculi B Cf. ad v. 919* nihilist si quis 𝔖. Nihil ist quis *B.* nihil ist quis *C.* nihilst quis *D.* nihilst qui *FZ* piger est *CDFZ.* est piger *B* odi *s. v.* D^2 male malacum 𝔖. male *libri* † *in marg. B* (*) 921. uult *BF* (*) 922. exspectare *D.* expectare *BCFZ* dumerus *D.* dum herus *CFZ* se, s *e corr.*, *D* suom suscitet 𝔖. suum suscitet officium *libri* (*) 923. libenter *libri* qui escunt *D* (*) *notae er. B* 924 *sq. Verba* Nam — in mari quicquid est *uno versu comprehendit B, sed* Reperi *habet in medio versu* (repperi *CDFZ*) *itemque* Hoc, *unde v. 924 trip. troch. separavit* 𝔖 impiger *libri* 925—927 *sic B:*

(Nam ego nunc mihi qui impiger fui Reperi ut piger si uelim siem)
Hoc ego in mari quicquid inest
Repperi quicquid inest graue quidẽ instaurum hic
Ego inesse reor nec mihi conscius est ullus homo
Nunc haec tibi occasio gripe optigit ut liberes ex populo s praet̃ te,

ubi v. 925 hic in mari quidquid est repperi Quidquid est 𝔖. in mari quic quid inest (est *add.* D^2 *ut vid.* hic inest *FZ*) Repperi (i *ex* e *D*) quid quid (quicquic *D.* quicquid *FZ*) inest *CDFZ* quid ẽ instaurum *C.*

Quídquid est, gráue quidemst:
Aurum híc ego inesse reór: nec mi conscíus est ullus homó nunc.
Haéc tibi occásio, Grípe, pulcre óptigit,
Lége uti líberet praétor te extémpulo.
Nunc síc faciam, sic cónsiliumst: ad erúm ueniam docte átque astu.
Pauxíllatim pollícitabor pro cápite argentum, ut sím liber.
Iam ubi líber ero, igitur démum instruam agrum atque aédis, mancupia ádiungam:
Nauíbus magnis mercáturam faciam, ápud reges rex pérhibebor.
Post ánimi causa míhi nauem faciam átque imitabor Strátonicum:
Oppido circúmuectabor: úbi nobilitas méa erit clara,
Oppidum magnúm commoenibo: éi ego urbi Gripo índam nomen,
Mónimentum meae fámae et factis, íbique regnum mágnum instituam.
Mágnas res hic ágito in mentem instrúere. nunc hunc uídulum abdam.
Séd hic rex cum acetó pransurust ét sale, sine bóno pulmento.

quidem instaurũ *D: corr. Camerarius.* quidem est Thesaurum *F.* quidem Theusarum *Z* *v.* 926 reor, *prior* r *e corr., D* *v.* 927 Gripe pulcre 𝕾. gripe *Z cum B.* pigre *CF.* pigrȩ *D* obtigit *DFZ* (*non C*) Lege uti liberet praetor te extempulo 𝕾 *praeeunte* ut liberet extemplo praetor te *Pylade* (extempulo *'alii libri' Lambini*). ut liberes ex populo praeter (prȩt̃ *D.* preter *CF*) te *libri, sed* s *in B post* populo (po *ex* pu) *redire videtur ad* ꟊ *transpositionis signum itemque* (libere)s (*) 928. sic *B.* sicut *CDFZ* consilium est *libri* herum *CFZ* astu *Reizius.* astute *libri* (*) 929. policitabor *F* 930. liber ero igitur *Camerarius.* liber erigitur *B.* liber igitur *intercedente 3 litt. sp. CD, sine sp. FZ* domum *Z* (*corr. Gulielmius p. 440*) atque aedis *B.* adȩdes *CD.* aedes *FZ* mancupia adiungam 𝕾. mancipia *libri* (*) 931 *sq.* mercaturã faciã atq; imitabor *B, om.* apud reges . . . . faciam (*cum nota er. in marg.*) *itemque D incohaverat, sed verbis* atque imitabor stratonicum *expunctis* apud reges rex perhibebor *suprascr. plenumque v. 932 subiunxit* 933. Oppido 𝕾*: cf. Most. v. 809.* Oppida *BCDZ.* opida *F* (*item* opidum *v. 934*) cir cũuectabor *B* (*) 934. communibo *libri* ci ego *Z.* elego *BCD, sed* l *ex* i *B ut vid.* et ego *F* grippo *CF* indam nomen *BFZ.* indampno *C.* in damno *D* (*) 935. ubique *Z* 936. Magna *CD* in mente *F* nun hunc *D.* num hunc *F* abdam 𝕾. condam (dã D^2 *ut vid.: om.* D^1 *in fine v.*) *libri* (*) 937. pransurus (p *ex* ro *ut vid. B*) est *libri: corr. Pareus* *nota er. B* (*)

TRACHALIO. GRIPVS

TRACHALIO

Heus máne.

GRIPVS

Quid maneam?

TRACHALIO

Dum hánc tibi quam tráhis rudentem cónplico.

GRIPVS

Mitté modo.

TRACHALIO

At pol ego te ádiuuabo, núnc ut das operám bonam:
Bonís quod bene fit, haúd perit. 939[b]

GRIPVS

Turbída tempestas héri fuit:
Nil hábeo, adulescens, píscium,
Ne tú mihi esse póstules. 941[b]
Non uídes referre me úuidum

938. *Nonius p. 221, 28:* rudens generis est masculini . . . . feminino Plautus in Rudente 'dum hanc rudentem complico' *liber glossarum s. v.* rudentem Plautus genere feminino dixit 'dum ego tibi hanc quam trahis rudentem complico' in fabula Rudente (*cf. Loewius Prodr. p. 256*) *gloss. Philipps ab Ellisio ed. in Diurn. phil. Americ. VII s. v.:* rudentes sunt nauium funes a stridore uentorum dicti, quod nomen feminine protulit Plautus 'hanc quam trahis rudentem complico' 940. *Fortasse huc pertinet* (*cf. v. 130. 151*) here *ex Rudente excerptum in glossario Plautino* (*Gramm. lat. III p. 59, 2 H.*), *quod cf. Ritschelius Opusc. II p. 254 sqq.* 942. *Nonius p. 158, 27:* pecus non solum quadrupes animal, uerum omnia animalia pecudes dicuntur. Plautus Rudente 'non . . . pecu' *Charisius inst. I p. 141, 11 K.:* pecu Plautus in Bacchidibus

Act. IV Sc. 3 TRA CHA LIO SERV GRIPP' PIS CA TOR *D itemque FZ. duorum v. sp. B, unius C* *Per hanc scaenam usque ad v. 986 personas* (T *et* G) *recte habet D, nisi ubi contrarium testor* 938. eus *c. sp. in. C.* Teus (T *rubr.*) *D* dum ego (ergo *Ambr.*) tibi hanc *liber gl.* tibi *om. gl. Phil.*, tibi quam trahis *Nonius* complico *vel* cõplico *omnes* (*) 939. adiuuabo nunc ut das operam bonam 𝔖. adiuuabo nam *BFZ.* adiuua bonã *CD* (l *supra* ad *D*) *Verba* bonis quod *cum hoc v., verba* Bene . . . . perit *cum v. 940 coni. B, quae separavi, ut v.* 940—944 *dim. separavit Reizius, ubi octon. sunt in B* donis *et* aut *D* (*) 940. *Cf. testim.* (*) 941. Nihil *libri* adolescens *BDFZ* neu tu *F* 942. Non *CDFZ cum Non. Char. Prisc.* (*item 'libri vet.' Lambini*). Nã *B* referre me *BC cum Non. Char. Prisc.* (*nisi quod altero loco* proferre *habent libri Prisc. praecedente* protulit*: corr. Dr*). me referre *DFZ*

Reté sine squamosó pecu? 942b

TRACHALIO

Non édepol piscis éxpeto
Quam tuí sermonis sum índigens. 943b

GRIPVS

Énicas iám odio, quísquis es.

TRACHALIO

Nón sinam
Égo abire hinc té: mane. 944b

GRIPVS

Caue sís malo: quid tú, malum, nam mé retro retrahis?

TRACHALIO

Aúdi.

GRIPVS

Non aúdio.

TRACHALIO

At pol qui aúdies, modo póst.

GRIPVS

Quin loquere quíd uis.

TRACHALIO

Homo, est óperae pretium, quód tibi ego uólo narrare.

GRIPVS

Elóquere,
Quid id ést?

TRACHALIO

Vide, num quíspiam conséquitur prope nos.

. . . . idem in Rudente 'non . . . . pecu' *Priscianus inst. VI p. 270, 15 H.:* uetustissimi etiam 'hoc pecu' unde 'haec pecua' plurale dicebant . . . . Plautus in Mercatore . . . . idem in Rudente 'non . . . . pecu' *idem inst. VII p. 332, 14:* rete pro reti Plautus in Rudente . . . . quod etiam masculino genere protulit idem in eadem 'non . . . . pecu'

retem *Prisc. alt. loco* (*priore* recte *R.* rectum *GL.* restem *K.* rete *rk*) sines quã mos opte *CD*[1]: opṭe cu *D*[2] (*) 943. sum *B. om. CDFZ* indigen S *C* (*) 944. Enecas *B* odio 𝕾. me odio *libri* quis quis *D* (*) 945. malo ⌗ quid *B* me retro retrahis 𝕾 *duce B, in quo inter* me *et* retrahis (*quae vocabula deinde coni. B*[1]) mihi *ut vid. er., pro quo tamen primitus alia vox, fort.* retro, *scripta fuit.* me retrahis *ceteri* audi///, *er.* s, *C* (*) 946. audio, u *vel* au *ex* o, *D* modo post 𝕾*: cf. ad v. 947.* post *libri* (*) 947. Homo 𝕾. Eho modo *BCD: cf. ad v. 946.* Tr. eo modo *Z.* eo modo Tr. *F* opere p̄tium *libri* ego ego *D* uolo narrare *Pylades.* narrare uolo *libri* Eloquere (Eloq̄re *F*) *in v. 948 in. libri* (*) 948. quididẽ *D* uide num quispiam *Camerarius.* uide (d *ex* s *D*) nuspiam *CDFZ.*

GRIPVS

Némost.
Écquid est, quód mea réferat?

TRACHALIO

Scílicet:
Séd boni cónsili seí quid in té mihist. 950

GRIPVS

Quíd negotíst? modo díc.

TRACHALIO

Dicam, tacé,
Sí fidem modó dás te non foré 952
Ínfidum mihí.

GRIPVS

Dó fidem tibí:
Fidús ero, quisquis es.

TRACHALIO

Aúdi. 955
Furtum égo uidi qui fáciebat:
Norám dominum id quoi fíebat. 956b
Post ád furem egomet déuenio
Feroque eí condicionem hóc pacto: 957b
'Ego istúc factum scio quoí factumst:
Nunc míhi si uis dare dímidium, 958b
Indícium domino nón faciam.'
Is míhi nil etiam réspondit. 959b

uiden uspiam *B* Nemost *add. Spengelius 'Ref.' p. 413. om. libri* (*)
949. Ec quid est *CD*. Ecquid ea *F* (*) 950. sed, d *ex* t, *D* boni *B*. bonis *CDFZ* consili sei quid 𝔖. consiliis ecquid *B*. consiliis ec quid *C*. consiliis eo quid *DFZ* mihi est *libri* (*)
951. G *om. D* negotii est *CDZ*. negocii est *BF* (*) 952—955. te non fore Infidum mihi 𝔖. mihi te non fore infidum *libri* (*Mox* Do . . . . audi *unus v. est in B*) tibi : fidus *dist. F* quis quis es *B* es audi *sine sp. CD: sed* T *suprascr. D* audin *Z* (*)
956—961. *dim. anap. discripsit Reizius atque ipse B v.* 958 *et* 959 *idem v.* 956 *et* 957 *comprehendens ac dein post* dari mihi, dicas, amplius, censeo *versiculos finiens* (*) 956. noueram *libri: corr. Guietus, Reizius* cui *libri* (˜ *supra* u *cr. in B ut vid.*) fiebat, f *ex* g *vel* q *ut vid., C* 957. Post ad *B*. Portat *CD*. Porro ad *FZ* conditionem *libri* 958. ego, e *ex* i, *et* furtum, r *ex* c, *D* istuc hoc *F* cui *libri* factũst *F*. factum est *BCDZ* 959. Indicium //// domino, do *vel* de *cr., B* nihil *libri*

Quid? inde aéquomst dari mihi dímidium?
Volo tú dicas. 960b

GRIPVS

Immo hércle etiam amplius: nám nisi dat
Dominó dicundum cénsebo. 961b

TRACHALIO

Tuo cōnsilio faciám: nunc aduorte ánimum: namque hoc ómne
Attínet ad te.

GRIPVS

Quid fáctumst? 962b

TRACHALIO

Vídulum istum quóiust noui ego hóminem iam pridém,

GRIPVS

Quid est?

TRACHALIO

Ét quo pacto périit.

GRIPVS

At ego quó pacto inuentúst scio: 964
Ét qui inuenit hóminem noui, et dóminus qui nunc ést scio.

TRACHALIO

Níhilo pol plurís tua hoc quam quánti illud refért mea.

GRIPVS

Égo illum noui quóius nunc est, tú illum quoius antehác fuit:
Húnc homo feret á me nemo, né tu te sperés pote.

960. *Post* Quid *distinxit Lambinus* aequom est *B.* ęquum est *CDFZ* Volo tu dicas 𝕾. uolo ut dicas *libri* (*) 961. G *om. D in v. in.* I modo hercle (*om.* etiam) *Z* nisi dat *BC.* si dat *D.* si non dat *FZ* dicunclum *C.* dicendum *F* censebo 𝕾. censeo *libri* (*) 962. T *om. D in v. in.* Nunc *BD*³*FZ.* num *CD*¹ nam hoc *F* *In B versiculi post* faciam *et* ad te *finiunt, deinde* Quid — est *et* Noui — Quid est *comprehendit* (*) G *om. D in v. in.* factumst *D.* factum est *BCFZ* 963. G *praem. D* (*corr. FZ*) Vidulũ (*sic*) *ex* Vidũlũ *B* cuius est *FZ.* cuius nest *B.* cuiusmest *CD* iampridem *BD* T quidẽ *D: corr. FZ* (*) 964. G *et* T *D: corr. FZ* periit *Z.* perit *BCDF* inuentust *Acidalius p. 444 ex 'libris vetust.'* inuentũst *BF.* inuentum st *CDZ* 966. TR. 𝕾. *om. libri: sed cf. ad v. 967* Nihil o *C.* Nihil *F* illut *B* (*) Nihilo — hoc, Quam — mea, Ego — est, Tu — fuit, Hunc — potius, Non — ueniat, Dominus — frustrases *versiculis compr. B* 967. G *D: om. editiones cum FZ* cuius *bis libri* ante hac *BCDZ* 968. a me nemo ne tute (tu te *FZ*) speres *BFZ.* amene monet (ame nemonet *D*) ut esperes *CD* pote 𝕾 *praeeunte* potis *Benoisto.* potius *libri* (*)

TRACHALIO

Nón ferat, si dóminus ueniat?

GRIPVS

Dóminus huic, ne frústra sis,
Nísi ego nemo nátust, hunc qui cépi in uenatú meo.

TRACHALIO

Ítane uero?

GRIPVS

Ecquem ésse dices ín mari piscém meum?
Quós quom capio, síquidem cepi, meí sunt: habeo pró meis:
Néc manu adserúntur neque illinc pártem quisquam póstulat:
Ín foro palam ómnis uendo pró meis uenálibus.
Máre quidem commúne certost ómnibus.

TRACHALIO

Adséntio:
Quí minus hunc commúnem quaeso míhi esse oportet uídulum?
Ín mari inuentúst communi.

GRIPVS

Abin, ínpudenter ínpudens?
Nám si istuc ius sít quod memoras, píscatores périerint.
Quíppe quom extemplo ín macellum písces prolatí sient,

---

979 *sqq. Priscianus inst. VII p. 332, 1 H.:* ablatiuus tertiae declinationis in aliis per e correptam in aliis per i in aliis et per e et per i profertur. per i in neutris quae in e correptam desinunt

969. Tr. Non ferat *Z.* G Non ferat *D.* Non ferat Tr. *F* TG dominus *D* ne *Reizius.* nemo ne *BCD*[3]*FZ.* nemone *D*[1] frustra sies *Camerarius* (sis *Gruterus*). frustrases *B.* frustrasses *CD.* frustrassis *FZ* (*) 970. nisi, si *s. v., D* ego nemo, go n *in ras., C* coepi *B.* cępi *C* (*) 971. G it ane, *om.* G *ante* Ec quem *in v. in., D: corr. FZ* Ec quem *CD* 972. cum *libri* coepi *B* ꝑ meis, ꝑ *ex* o *ut vid. et ras. supra* me, *B* 973. asseruntur *BF* 974. omnes *vel* oms̄ *libri* uende *Z* 975. At sentio *B* (*in proprio v.*). at sentio *CD.* assentio *FZ* (*) 976. queso *DF* *Post hunc v. in B 12 v. vacant scriptura, cum dein (f. 178*[r]*) alia manus scripserit*

977. mari, i *ex* e *ut vid., cum 1—2 l. sp.* (*idem sp. post* inuentust *et* inpudenter) *B* inuentust *B ex ras. C.* inuentũst *B ante ras. F.* inuentumst *DZ* communi. ſabin Ꞩ. commune est G (⌗ *BC*) ne (Ne *B.* nae *Z*) *libri* impudenter *FZ* impudens *DFZ* (*) 978. ius sit *B ex corr. D*[2]*Z.* iussit *B ante corr. D*[1]*C.* uis sit *F* Piscatores *D*[2]*s. v.* perierunt *DZ* 979. cum *BCDFZ.* quam *Prisciani DHL,* quum *K,* quod *RBh,* quem *G* pisces *BCDFZ cum Prisciani RHGd* prolati si essent *Priscianus*

Némo emat: suam quísque partem píscium poscánt sibi:
Dícant in marí communi cáptos.

TRACHALIO

Quid ais, ínpudens?
Aúsis etiam cónparare uídulum cum píscibus?
Éadem tandem rés uidetur?

GRIPVS

Ín manu non ést mea:
Vbi demisi réte atque hamum, quídquid haesit éxtraho.
Meúm quod rete atque hámi nancti súnt, meum potíssumumst.

TRACHALIO

Ímmo hercle haud est, síquidem quod uas éxcepisti.

GRIPVS

Phílosophe.

TRACHALIO

Séd tu enumquam píscatorem uídisti, uenéfice,
Vídulum piscém cepisse aut prótulisse ullum ín forum?
Nón enim tu hic quidem óccupabis ómnis quaestus quós uoles:
Ét uitorem et píscatorem te ésse, inpure, póstulas.

---

per nominatiuum et sunt appellatiua ut hoc mare, hoc monile: ab hoc mari, ab hoc monili. uetustissimi tamen solebant huiuscemodi nominum ablatiuum etiam in e proferre . . . Plautus in Rudente 'quippe . . . . captos' 984. *Priscianus inst. VII p. 332, 17 H.* (*cf. ad v. 899 sqq. 942*)*:* idem in eadem 'ubi . . . . . extraho'

---

980. eat CD^1*: corr.* D^2 poscant *Priscianus.* poscat *BCDFZ* 981. Dicant *CD cum Prisciano.* Dicãt *F.* Dicat *BZ* mare *Priscianus* GT *D* Quid *B* impudens *DFZ* 982. Ausis *Seyffertus Philol. XXIX p. 407.* Ausus *libri* comparare *libri* (*) 983. In *B* est non *F* 984. dimisi *Prisciani BLKd* rete *B.* retem *CDFZ cum Prisciano et 'libris vet.' Lambini* amum *B ante corr.* D^1 (*corr.* D^3) *cum Prisciani RDG ante corr.* quit quit *B.* quicquid *CD cum Prisciano* haesit *Z cum Prisciano.* aesit *B.* hesit *CD.* exit *F* extrabo *B* 985. quot *B* ami D^1*: corr.* D^3 na(n)cti *B.* meum nancti *CD.* meũ nacti *F.* mei nacti *Z* potissimũst *FZ.* potissimust *BCD* 986. T *D* (*dein spatia, ubi nil testor*) haut est, e *ex* ẽ, *B* excępisti *C* Gr. *om. F* Philosophe *B.* philosophę *DZ* (*) 987. Tr. *om. F, sp. CD* tu en umquam *Gruterus cum Scioppio Susp. l. IV 1 p. 179.* tue (tuę *CD*) numquam *BCD.* tu nunquam *FZ* (*) 988. ullum, u *ex* o, *D.* illum *Z* pro Tulisse *CZ* 989. occupabis *ex* occupabilis *B* questus *BCD* 990. uictorem *F* impure *CFZ* (*)

Vél te mihi monstráre oportet píscis qui sit uídulus,
Vél quod in marí non natumst néque habet squamas né feras.

GRIPVS

Quíd, tu antehac numquam aúdiuisti esse uídulum piscém?

TRACHALIO

Scelus,
Núllus est.

GRIPVS

Immóst profecto: ego quí sum piscatór scio.
Vérum rare cápitur: nullus mínus saepe ad terrám uenit.

TRACHALIO

Níl agis: dare uérba speras míhi te posse, fúrcifer.
Quó colorest?

GRIPVS

Hóc colore cápiuntur pauxílluli:
Súnt alii puníceo corio, mágni item atque atrí.

TRACHALIO

Scio:
Tu hércle, opinor, ín tuom piscem té conuortes, nísi caues:
Fíet tibi puníceum corium, póstea atrum dénuo.

GRIPVS

Quód scelus hodie hóc inueni.

TRACHALIO

Vérba facimus, ít dies.
Víde sis, quoius árbitratu fácere nos uis.

---

995. *Charisius inst. II p. 217, 9 K.:* rare Cicero pro raro, ut idem Maximus notat. Catonem quoque ita locutum. sed et Plautus in Rudente 'uerum rare capitur'

---

991. quid, qu *ex* uic *i. e.* uidulus *incohato ut vid., D* 992. natum est *libri* 993. Quid *Camerarius.* Qui *libri* antehac numquam audiuisti esse 𝕾. numquam (Nunquã *C*) audiuisti esse ante hac *libri* Scelus *B* (*) 994. G *D* Immo *B* est *libri* *sp. ante* scio *D* 995. Verum *Pylades cum Charisio.* uero *libri* rare *Z cum Charisio.* raro *BCDF* sepe *CDF* at *B* 996. Nihil *B* speras *ex* si eras *ut vid. B* 997. colore est *libri* Hoc *B.* hoc, o *e corr., D* 998. corio *B.* colore *CDFZ* magni ⌗ item *CD.* magnitem *B* adq’ *C* Scio *B* 999. in tuum piscem te 𝕾. in uidulum te piscem *libri* conuertes *libri* (*) 1000. *sp.* ante denuo (*et post* denuo *in fine v.*) *CD* 1001. Quot *B* Verba *B* 1002. ——————— LI *A* cuius *libri,* cu *ex corr., fort. ex* di, *D* facere nos *Brixius Annal. phil. CXXXI p. 203.* nos facere *libri* (*atque* cere uis ⌗ uiduli *C in ras.*) Viduli *B* (*)

GRIPVS

Víduli

Árbitratu ita fít.

TRACHALIO

Enimuero stúltus es.

GRIPVS

Salué, Thales.

TRACHALIO

Tú istunc hodie nón feres, nisi dás sequestrum aut árbitrum,
Quóius haec res árbitratu fíat.

GRIPVS

Quaeso, sánus es?

TRACHALIO

Cérritus sum.

GRIPVS

At ego élleborosus: húnc non amittám tamen.

TRACHALIO

Vérbum etiam adde unúm: iam in cerebro cólaphos apstrudám tuo.
Iam égo te hic itidem quási peniculus nóuos exurgerí solet,
Ni húnc amittis, éxurgebo quídquid umorís tibist.

GRIPVS

Tánge: adfligam ad térram te itidem ut píscem soleo pólypum.

1003. ——————ES *A* ita fit ⌗ 𝕾. ⌗ ita (Ita *B*) *libri* enim uero *D* ēs *D*, ˜ *fort.* D^2 thales, ales *in ras.* *C* (*) 1004. ——————RUM ‖ ——————RUM *A versu ut vid. post* sequestrum *partito* Tu istunc D^3Z. Tu is tunc BD^1. Tuis tunc *C*. Tu is nunc *F* ferres D^1*: corr.* D^3 seq̄strum aut arbitratum *F* 1005. QU——— *As.* Cuius *BCDFZ* Queso *B.* queso *DF* sanus es *BCDFZ.* ———SES9 (*sic,* 9 *post* S) *A* (*) 1006. ——————MTAMEN *A* Cerritus sum. ſat ego elleborosus 𝕾. Elleborosus (*ex* Elleboro sis *ut vid.* *B.* helleborosus *F.* eleborosus *Z*) sum at (ad *BC.* Gr. at *FZ*) ego cerritus (ceritus *Z*) *libri* tamem *B* (*) 1007. *Nihil apparuit in A* etiam adde *B.* adde etiam *CDFZ* cerebro, *alt.* e *ex* b, *B* apstrudam *B.* abstrudam *CDFZ* 1008. Gr. *praem. FZ: del. Pistoris* ——————ISOLET *A* Iam ego *Brixius l. s. s. p. 205.* Ego iam *libri* peniculus *Guietus, Reizius.* penicillus *libri* exurgeri *Camerarius cum A ut vid.* exurgere *CFZ.* ex urgere *B.* exsurgere D^1*:* r *del.* D^3 (*) 1009. Tra *praem. F* ——————ST *A* nihunc *D* ex urgebo *B.* exugebo D^3F quic quid *BCD.* quicquid *FZ* umoris BCD^1. humoris D^3FZ tibi sit *F* 1010. *Hunc v. om. A* Gr. *F, Pistoris. om. Z* ad fligam *B.* affligam *CDFZ* at terram te *B.* te adterram *CDFZ* itidem /////ad ut *B, 2 litt., fort.* ad, *er. et* ad *lineola del.* polipum *libri* (*)

Vís pugnare?

TRACHALIO

Quíd opust? quin tu pótius praedam díuide.

GRIPVS

Híne tu nisi malúm frunisci níl potes, ne póstules.
Ábeo ego hinc.

TRACHALIO

At ego hínc offlectam náuem, ne quo abeás: mane.

GRIPVS

Sí tu proreta ísti naui's, égo gubernatór ero.
Mítte tu restém, sceleste.

TRACHALIO

Míttam: omitte uídulum.

GRIPVS

Númquam hercle hinc hodié ramenta fíes fortunátior.

TRACHALIO

Nón probare pérnegando míhi potes, nisi párs datur
Aút ad arbitrúm reditur aút sequestro pónitur.

GRIPVS

Quémne ego excepi ín mari —

TRACHALIO

At ego ínspectaui e lítore.

1014. *Glossam* proreta: magister nauis *huc traxit Loewius Prodr. p. 275*

1011. Tr. *praem. FZ* ————IDE *A* T quid *D* Quid *B* opus ē *F* quintu *B* predam *CF* 1012 *sq.* KIN—— ————ASMANE||A*E————STULES *A transmutatis ut vid. verbis* ne postules *et* ne quo abeas mane *in utriusque versus exitu* 1012. fruuisti *Z.* frunisci *etiam Lambini 'libri vet.'* nihil *libri* nepotules *B.* nisi postulas *CDF et praem.* Tr. *Z: corr. Camerarius* (*) 1013. Habeo *B.* habeo *C.* ab eo *D* Tr. *F.* G *DZ* (*et* T *ante* ne, *sed s. v. sine sp. D: om. Camerarius cum F*) At *B* nequo habeas *BCD* 1014. Gr. *Camerarius. om. DFZ: cf. ad v. 1015* SITUPR———— *A* pro reta *BF* naui es *libri* (*) 1015. *Nihil apparuit in A* G *praem. DFZ, sed s. v. sine sp. D: del. Camerarius* tu restem 𝕾*: cf. v. 1036.* rudentem *libri* T *D post* mittam *sp. in B ob maculam ut vid. cr.* (*) 1016. N———— —— *A* G *D* hic *F* 1017. N———— *A* T *D* per negando *C* (*) 1018. A———— *A* adbitrium D^1*:* ar *s. v.* D^2. ad arbitrium *F* reditura ut *BCD.* reditura in *F.* reditura aut *Z: corr. Pylades* 1019. QUE————LITORE *A* G *D* Quem ne *BCD* excępi *C post* mari *et* horia *recte distinxit Bothius praeeunte Lambino* At *B* elitore *B cum As.* elittore *CDFZ* (*)

GRIPVS

Méa opera, labóre et rete et hória?

TRACHALIO

Numquí minus,

* * * * * * * * * *

Sí ueniat nunc dóminus quoiust, égo qui inspectauí procul
Te húnc habere, fúr sum quam tu?

GRIPVS

Níhilo.

TRACHALIO

Mane, mastígia:
Quo árgumento sócius non sum et fúr sum? facdum ex té sciam.

GRIPVS

Néscio, neque ego ístas uostras léges urbanás scio,
Nísi quia hunc meum ésse dico.

TRACHALIO

Ét ego item esse aió meum.

GRIPVS

Máne: rem repperí, quo pacto néc fur nec sociús sies.

1020. *Nonius p. 533, 21:* horia dicitur nauicula piscatoria. Plautus in Rudente . . . . idem in eadem 'mea . . . . horia' *Priscianus inst. VII p. 332, 12 H.:* rete pro reti Plautus in Rudente 'mea . . . . horrea'

1020. MEAOPER————QUIMINUS *A* laborare *Nonius. om. Priscianus* pete D^1*: corr.* D^3 horia D^1. horea D^2. horrea *Prisciani RHL*, horreia *GK*, horre///a *D* Num qui mini *B*. numquiminus *D, sed in ex* m D^3. num qui minus *FZ* (*) 1021. **U———— *A (v. 2): in quo alius v. praecessisse videtur: nam in primo pag. v. nihil legi potest, cum tamen ultimus pag. anteced. v. plenum v. 1020 continuerit: quare cum lacunam post v. 1021 iam Seyffertus Stud. Pl. p. 16 statuerit, antea potius statuenda erit ad hoc exemplum:*

Sic si te sino hinc abire neque furtum indico ilico

domini *B* cuius est *libri* (*) 1022. TEK———— *A* fur sum *F*. fur tum *D*. furtum *BCZ* Gr. *et* Tr. *om. FZ (corr. Camerarius)* Nihilo *et* Mane *B* (*) 1023. QU———— *A* sotius *BCD* sumet *B* fursum *D, ubi ? pro puncto Lambinus posuit* fac dum *libri* (*) 1024. NESCIO———— *A* G *D* uestras *BFZ:* urãs *CD* urbanas *om. C* nescio *D, sed* ne *del. punctis* D^1 *vel* D^2*, lineola* D^3 1025. NISIQUIA———— *A* T *D* Et *B* alo *B* (*) 1026. *Hunc v. om. A* G *D* rem repperi 𝔖 (*cf. Pers. v. 81, al.*). iam reperi rem CD^3. iam reperirem D^1Z. iam repperirẽ *C*. iam repperi rem *F* pacto, a *ex* o, *D* sotius *BCD* (*)

TRACHALIO

Quó pacto?

GRIPVS

Sine me hínc abire: tú abi tacitus tuám uiam,
Néque tu me quoiquam índicassis néque ego tibi quidquám dabo:
Tú taceto, ego mússitabo: hoc óptumum atque aequíssumumst.

TRACHALIO

Écquid condiciónis audes férre?

GRIPVS

Iam dudúm fero:
Vt abeas, rudéntem amittas, míhi molestus né sies.

TRACHALIO

Máne, dum refero cóndicionem.

GRIPVS

Te, ópsecro hercle, aufér modo.

TRACHALIO

Écquem in his locís nouisti?

GRIPVS

Opórtet uicinós meos.

TRACHALIO

Vbi tu hic habitas?

GRIPVS

Pórro illic longe úsque in campis últumis.

TRACHALIO

Vín qui in hac uilla hábitat eius árbitratu fíeri?

1027. Q———— *A* T *et* G *D* Quo *ex* Q (*i. e.* Qui) *B* me////////// hinc abire, *er.* abire, *B* 1028. NEQ———— *A* Nec *BCDFZ* cuiquam *libri* (cui quã *C*) qui(c)quam *B*. quicquam *CDF* 1029. TUTACE———— *A* musitabo hoc optimum atque aequissimum (equissimum *B*) est *libri* 1030. ECQ———— *A* T *et* G *D* Eo quid *DZ*. Eho quid *F* conditionis *CDFZ* (*non B*) Iam dudum *B* 1031. UTABEA———— *A* habeas *CD* ammittas *C* nesi es *D* 1032. M———— *A* conditionem *CDFZ* Te opsecro //// hercle aufert *B* (*er.* er *ut vid.*). te obsecro hercle aufer *CDFZ* (*) 1033. E———— *A* Ec quem *BCD* heis *B* Oportet *B* uicinos, o *ex* c, *D* 1034. U————S *A* Porro *B* ultimis *libri* (*) 1035. U————RI *A* fieri *BCD*[1]*: corr.* *D*[3]*FZ*

GRIPVS

Paúlisper remítte restem, dúm concedo et cónsulo.

TRACHALIO

Fíat.

GRIPVS

Euge, sálua res est, praéda haec perpetuást mea:
Ád meum erum arbitrúm uocat me hic íntra praesepís meas.
Númquam hercle hodie abiúdicabit áb suo trióbulum.
Né iste hauscít quam cóndicionem tétulerit: cibo árbitrum.

TRACHALIO

Quíd igitur?

GRIPVS

Quamquam ístunc esse iúre meum certó scio,
Fíat istuc pótius quam nunc púgnem tecum.

TRACHALIO

Núnc places.

GRIPVS

Quámquam ad ignotum árbitrum me adpéllis, si adhibebít fidem,
Étsi ignotust, notus: si non, nótus ignotíssumust.

1038. *Nonius p. 218, 6:* praesepia neutri sunt generis . . . . femi- nino Plautus in Curculione . . . . idem 'ad meum . . . . meas'

1036. *A*L——————————LO *A* Paulisper remittere stem *B.* Paulisper remitterest hem *CD: corr. Z.* rudentem paulisper remitte *F* (*) 1037. FIAT——————————A *A* Euge *B* p̄da *D.* preda *BCF* perpetua est *libri* 1038. ADMEU—————(M)EAS *A* At *BCD* meum D^{2} *in ras., ubi* arbit *ut vid. praeceperat* D^{1} aerum *B.* herum *FZ* praesepis *D.* presepis *BCZ.* presepiis *F.* praesepias *Nonius* meas *B, Nonius.* meis *CDFZ* (*)
1039. NUMQUAM——————————LŨ *A* adiudicabit *F* triobolum *B* (*ex* triobolo *ut vid.*) *FZ.* tribulum *D.* tribolum *C*
1040. Nae *Z* haud scit *libri* condicionem *B.* conditionem *DFZ.* conditione *C* te tulerit *BCD: corr. Z.* retulerit *F* cibo 𝕾 *duce Goetzio.* ibo ad *libri* (*) 1041. Quam quam *B* istunc esse iure 𝕾. istuc esse ius (nis *C*) *libri* certe *D* (*) 1042. Nunc *B*
1043. Quam quam *B* me appellis *FZ.* mea pellis *CD.* mea pillis *B* alhibebit *B ante corr.* 1044. Etsi ignotust *Acidalius p. 441.* Et sist ignotus *B.* et si est ignotus *CDFZ* ignotissimus est *libri: corr. Acidalius* (*)

DAEMONES. PALAESTRA. AMPELISCA. (LORARII.) GRIPVS. TRACHALIO

DAEMONES

Sério edepol, quámquam uolui, uós quae uoltis, múlieres,
Mále metuo proptér uos, ne uxor méa me extrudat aédibus:
Quaé me pelicés adduxe dícet ante oculós suos.
Vós confugite in áram potius quám ego.

PALAESTRA. AMPELISCA

Miserae périimus.

DAEMONES

Égo uos saluas sístam, ne timéte. — sed quid uós foras
Prósequimini? quóniam ego adsum, fáciet nemo iniúriam.
Íte inquam domum ámbo nunciam éx praesidio praésides.

GRIPVS

Ó ere, salue.

DAEMONES

Sálue, Gripe. quíd fit?

TRACHALIO

Tuost hic?

GRIPVS

Haúd pudet.

TRACHALIO

Níl ago tecum.

GRIPVS

Abi hínc sis ergo.

Act. IV Sc. 4 DEMONES SENEX MVLIERES PAŁ ÃPE *D*, *itemque sed add.* Trachalio. Grippus *Z.* Gripp'. Tracalio. Demones. Palestra. Amphelisca mulieres *F.* *unius v. sp. BC.* LORARII *add.* *Fleckeisenus duce Pistori conl. v. 1049 sqq.* 1045 D *praem. D* erio *c. sp. in. B* (*ubi* S *add. m. rec., sed non Cam.*) *CD* (*ubi* P *add. rubr.*). Cupio *FZ* quam quam *BD* uolui uos 𝔖. uobis *libri* uultis *F* (*) 1046. Male metuo 𝔖. Metuo *libri* edibus *B* (*) 1047. adduxisse *libri: corr. Camerarius* occulos *D* *ante* suos *3 litt.* (mea *ut vid.*) *er. B* 1048. *Post* ego *11 litt. sp. CD habet, in quo* M *D* Miserę *B.* misere *CDFZ* perimus *libri: corr. Camerarius* (*) 1049. D *D* Ergo *CD* (r *del.* D^3) sedquid *B* 1050. qũo *C* assum *FZ* 1051. amabo *Z* nunc iam *libri* (nunc: iam *F*) exp̄sidio presides *CD* (*) 1052. GR *om. F* O here *Camerarius.* O pre BCD^1 (ses *add.* D^3) *FZ* (presalue) DAE. *om. F* Salue *B* grippe *CDFZ* Tuost hic 𝔖. tuus (Tuus *B*) ne hic seruus est *libri* (*ex v. 1054: cf. v. 1057*) GR. *Saracenus.* Dem. *FZ* Haud *B* (*) 1053. Nil *D.* Nihil *BCFZ* GR. *Saracenus.* Dem. *FZ* abi hinc sis ergo *Brixius Annal. phil. CXXIII p. 51 sq.* (*conl. Cas. IV 2, 14*). ergo (e *ex* a *D.* Ergo *B*)

TRACHALIO

Quaéso respondé, senex:

Túos hic seruost?

DAEMONES

Méus est.

TRACHALIO

Em istuc óptume, quandó tuost.

Íterum te salúto.

DAEMONES

Et ego te. tún es, qui haud multó prius

Ábiisti hinc erum árcessitum?

TRACHALIO

Ego ís sum.

DAEMONES

Quid nunc uís tibi?

TRACHALIO

Némpe hic tuos est?

DAEMONES

Méus est.

TRACHALIO

Istuc óptume, quandó tuost.

DAEMONES

Quíd negotist?

TRACHALIO

Vír scelestus íllic est.

DAEMONES

Quid fecít tibi

Vír scelestus?

GRIPVS

Hómini ego isti tálos suffringí uolo.

---

abi hinc sis *libri* Queso *BCD* 1054. Tuus hic seruus est *libri* (*corr. Pareus*) D *D* Meus *B* hem *CDFZ*. *om. B: corr. Ribbeckius de partic. p. 30* Istuc *B*. istum *C* optime *et* tuus est (*c. sp. CD*) *libri* (*) 1055. te saluto *B*. saluto te *CDFZ* Et *B* tune (tu ne *B*) es *libri* 1056. Abisti *libri: corr. Gruterus* accersitum *BDFZ* (*non C*) Ego is sum *BFZ*. ego istum *CD* Quid *B* 1057. hic, ic *e corr., D* tuus *libri* Meus *et* Istuc *B* optime *libri* tuust *BD*. tuus st *C*. tuus est *FZ* 1058. Quit *B* negotii est *B*. negocist *Z*. negociist *F* Vir *B* Quit *B* (*) 1059. GR. *Brixius Ann. phil. CXXXI p. 203 sq.* Tr. *FZ* Homini *B* subfringi *BCDZ*. substringi *F*

DAEMONES

Quíd est qua de re núnc inter uos lítigatis?

TRACHALIO

Éloquar.

GRIPVS

Ímmo ego eloquár.

TRACHALIO

Ego opinor rém facesso.

GRIPVS

Sí quidem
Sís pudicus, hínc facessas.

DAEMONES

Grípe, animum aduorte ác tace.

GRIPVS

Vtin istic prius dícat?

DAEMONES

Audi. lóquere tu.

GRIPVS

Alienón prius
Quám tuo dabis órationem?

TRACHALIO

Vt nequitur cónprimi.

1061 *sq. Nonius p. 307, 4:* facessere significat recedere . . . Plautus Rudente 'siquidem . . . facessas'*: cf. Servius ad Aen. IV 295*

1060. quadere *B.* qua dere *CD* nunc nunc *C* inter uos litigatis 𝔖. litigatis inter uos *libri* Eloquar *B* (*) 1061. Ego pinor *B* Siquidem *in v. 1062 in. BC* (*) 1062. sipudicus *B* facessas, ss *ex* sc *ut vid. D*[2]. discedas *F cum nonnullis 'libris vet.' Lambini: cf. testim.* Gripe, i *ex* p *ut vid. corr., B.* grippe *CDFZ*
1063—1067 *sic B:*
Vt in istic prius dica Audi loquere tu alienon prius quam tuo
Dabis orationem Vt nequitur compremi
Ita ut occepi dicere illum quem dudum
Lenonem extrusisti hic eius uidulum ecillum
Non habeo Negas quod oculis uideo At ne uideas uelim,
sic autem C (*itemque, sed* ut inistic prius dicã *et* alienon *et* nequit̃ *et alt.* s *in* extrusisti *e corr. D*)
Actace utm istic prius dica audi loquere tu alie non
Priusquã tuo dabis orationẽ ut nequiter comprimi
Ita ut occepi dicere illum quem dudum
Lenonem extrusisti hic eius uidulum ec illum
Non habeo negas quod oculis uideo at ne uideas uelim,
ubi ut istic *FZ.* GR. utin' istic *Camerarius,* DAE. *idem* (*om. FZ*), *idem* TR. ut (Tra. ita *FZ*), comprimitur *FZ,* ecillum *Z.* illum *F:* c

Íta ut occepi dícere, illum quém dudum e fanó foras
Lénonem extrusti, híc eius uidulum éccillum subléctum habet.

GRIPVS

Nón habeo.

TRACHALIO

Negás quod oculis uídeo?

GRIPVS

At ne uideás uelim.
Hábeo — non habeó: quid tu me cúras quid rerúm geram?

TRACHALIO

Quó modo habeas, íd mea refert, iúrene anne iniúria.

GRIPVS

Ní istum cepi, núlla causast quín me condonés cruci.
Si ín mari reti ádprehendi, quí tuom potiust quám meum?

TRACHALIO

Vérba dat: hoc modó res gestast, út ego dico.

GRIPVS

Quíd tu ais?

TRACHALIO

Quód primariús uir dicat: cónprime hunc sis, sí tuost.

GRIPVS

Quíd, tu idem mihí uis fieri, quód erus consueuít tibi?
Si ílle te conprímere solitust, híc noster nos nón solet.

DAEMONES

Vérbo illo modo ílle uicit. quíd nunc tu uis, díc mihi.

TRACHALIO

Équidem ego neque pártem posco míhi istinc de istoc uídulo

fano (*sic iam Lambinus*) foras *et* sublectum habet (habet *cum Reizio*) *suppl. et* extrusti *corr.* 𝕾 (*) 1068. non habeos D^1: s *del.* D^3 qđ tu D^1 (qd D^3). quod tu *Z* 1069. Quomodo *CD* id mea 𝕾. it *B.* id *CDFZ* iure ne *B.* iure *CDFZ* (*) 1070. G nⁱistũ *D* cępi *C.* coepi *D* causa est *libri* 1071. mare *F* reti apprehendi *Z.* retia prehendi *B.* retia p̄hendi *CD.* rete app̄hendi *F* tuum potius est *libri: corr. Pylades* (*) 1072. T *D* gesta est *BFZ.* gestaẽ *CD* dico quid *s. sp. BCD* *post* tu *3 litt.*, mea *ut vid.*, *er. in B* (*) 1073. TR. *Saracenus.* Dem. *FZ* comprime *vel* cõprime *libri* hunc (h *ex* N D^2) sis *BCD.* Gr. Num sis *Z.* Gr. Nunc scis *F* tuus est *libri: corr. Pareus* (*) 1074. GR. *Saracenus.* TR. *FZ* (*) 1075. comprimere solitus hic *libri: corr. Fleckeisenus* (*) 1076. tuuis *D* (*) 1077. ego neque *BC.* neque ego *DFZ*

Néque meum esse hodie úmquam dixi: séd isti inest cistéllula
Húius mulierís, quam dudum díxi fuisse líberam.

DAEMONES

Némpe tu hanc dicís quam esse aibas dúdum popularém meam?

TRACHALIO

Ádmodum: et ea quae ólim parua géstauit crepúndia
Ísti in ista cístula insunt, quaé isti inest in uídulo.
Hóc neque istic úsust et illi míserae suppetiás feret,
Si íd dederit, qui súos parentis quaérat.

DAEMONES

Faciam ut dét: tace.

GRIPVS

Níl hercle ego sum istí daturus.

TRACHALIO

Níl peto nisi cístulam
Et crepundia.

GRIPVS

Hém, quid si ea sunt aúrea?

TRACHALIO

Quid istúc tua?
Aúrum auro expendétur, argentum árgento exaequábitur.

GRIPVS

Fác sis aurum ut uídeam: post ego fáciam ut uideas cístulam.

DAEMONES

Cáue malo ac tace tú: tu perge ut óccepisti dícere.

1078. esse hodie *BC.* hodie ẽ (ẽẽ D^2) *D.* hodie esse *Z.* hodie ipse *F* dixisset CD^1: *corr.* D^3 istinẽ (i *supra*) *D* (^{i} D^2). istincest *F.* istic inest *Z* 1080. alebas *BCD.* aiebas *FZ: corr. Reizius* (*) 1081. gestabat *F* 1082. Istic *et* istic *libri: corr. Bothius* in est *B* (*) 1083. isti usus est *libri: corr. Fleckeisenus* misere *BF* (*) 1084. it *B* quis uos BCD^1Z: *corr.* D^3F parentes *CDFZ* querat (quę rat *B*) faciam *s. sp. BCD* (*) 1085. Nihil *libri* ercle *D* Nihil *B.* nihil *CDFZ* 1086. Hem quid 𝕾. Quid *B.* quid *CDFZ* istuc *B, Lambinus.* istic *CFZ.* isic, ic *ex* tc *D* (*) 1087. auro, a *e corr. D* ex pendetur *B* argento, g *ex* r *ut vid., D* exequabitur *B.* exęquabimus *CF.* exęquabimur *DZ* 1088. Fac sis *Gruterus cum Rittershusio apud Scioppium Susp. lect. II 9 p. 83 sq.* Facis *BCD.* facias *FZ* uideas, s *ex* m *ut vid.* D^2 (*) 1089. *Verba* tu perge . . . . . dicere *infra ultimum pag. v. scripta habent CD eaque post* cistulam *transponebat* D^3 tũ perge *F.* perge *Z*

TRACHALIO

Vnum te obsecro, út ted huius cómmiserescat múlieris,
Sí quidem hic lenónis eiust uídulus, quem súspicor.
Híc nisi de opínione cértum nil dicó tibi.

GRIPVS

Víden, scelestus út palpatur?

TRACHALIO

Síne me ut occepí loqui.
Sí scelesti illíus est hic quóius dico uídulus,
Haéc poterunt nouísse: osténdere his iube.

GRIPVS

Ain? osténdere?

DAEMONES

Haúd iniquom dícit, Gripe, ut óstendatur uídulus.

GRIPVS

Ímmo hercle insigníte inique.

DAEMONES

Quídum?

GRIPVS

Quia, si osténdero,
Cóntinuo hunc nouísse dicent scílicet.

TRACHALIO

Scelerúm caput,
Vt tute's, item ómnis censes ésse? periurí caput.

GRIPVS

Ómnia ego istaec fácile patior, dúm hic hinc a me séntiat.

TRACHALIO

Átqui nunc abs té stat: uerum hinc cíbit testimónium.

1090. ted *Camerarius.* te *libri* (*ex* tu *C*) commiserescat *libri, cum ras. supra* t *B* (*) 1091. Siquidem *BCF* eius est *libri: corr. Fleckeisenus* (*) 1092. nihil *libri* tibi *B. om. CDFZ* (*) 1093. G *D* scelestus ut palpatur (*cf. Merc. v. 167*) 𝕾. scelestus usaucupatur *B.* scelestus is aucupatur (isaucupatur *praecedente spatiolo D*) *ceteri* T *D* Sine *B* occoepi *Z.* occepisti *F* (*) 1094. cuius *libri* 1095. Nec *F* his *Pylades, praeeunte* iis *Pio.* hic *libri* G *D* Ain *B.* an *F* (*) 1096. D *C.* DEM *D* iniquum *libri* gripe *DB ex ras.* grippe *B ante ras. CFZ* 1097. GR *CD* DEM quidum? GR. quia si *CD.* ⌗ Quidum ⌗ Quasi *B* 1098. conti^n^uo *D* T *D* Scelerum *B* 1099. tute es *BCF.* tu te es *D.* tu es *Z* (*) 1100. GR. *CD* ego istaec *Bothius.* istaec (istec *DF*) ego *libri* hic huic *FZ: corr. Pylades* (*) 1101. TR. *Camerarius.* D *DZ. om. F* At qui *B.* atqui *C.* atque *DFZ: corr. Pylades* cibit *Aci-*

DAEMONES

Grípe, aduorte animúm. tu paucis éxpedi, quid póstulas.

TRACHALIO

Díxi equidem: sed sí parum intelléxti, dicam dénuo.
Hásce ambas, ut dúdum dixi, ita ésse oportet líberas:
Haéc Athenis párua fuit uírgo surpta.

GRIPVS

Díc mihi,
Quíd id ad uidulum ístum, seruae sínt istaec an líberae?

TRACHALIO

Ómnia iterum uís memorari, scélus, ut defiát dies.

DAEMONES

Ápstine maledíctis et mihi quód rogaui dílue.

TRACHALIO

Cístellam isti inésse oportet caúdeam in isto uídulo,
Vbi sunt signa quí parentis nóscere haec possít suos,
Quíbuscum parua Athénis periit, sícuti dixí prius.

1105. *Huc Hermannus apud Ritschelium Parerg. p. 379 retulit testimonium apud Rufinum de metr. Ter. p. 561, 3 K.:* Sisenna in Rudente sic 'fuit extendit primam syllabam metri gratia' (et postea sic 'habiliore metro usus est ut solet in mulierum oratione')*: sed cf. app. crit. ad v. 217* 1109. *Placidus p. 25, 9 D.:* caudeam: iunceam, quod iuncea cauda emergat. dicunt et scirpum et tibim*: adde Pauli Festum p. 46, 11 M.:* caude[c]ae cistellae: ex iunco, ad similitudinem equinae caudae factae. *Cf. Loewius Prodr. p. 287. gl. nom. p. 96, Deuerlingius 'Bl. f. bayer. Gymn.' VIII p. 327*

---

dalius p. 446. ibi *BCDF.* tibi *Z* (*) 1102. Dem. grippe *F.* grippe *Z.* gripe, g *distincta a rubr. praecedente spatiolo D* aduorte, o *ex* e, *B* G *ante* quid *DZ, sed D s. v. s. sp.,* Tra *F: del. Camerarius* 1103. Tr. *Z.* DT *D. om. F* siparum *B* intellexi *F* 1105. Hec *DF* surrupta *BCDZ.* subrupta *F: corr. Hermannus* (*cf. testim.*) GR *CD* Dic *B* (*) 1106. id ad *Bothius.* ita ad *B.* ista ad *CDFZ* istum seruae sint istaec 𝔖. pertinet (*sic BF.* pertinent *CZ.* pertinēnt, *alt.* n *ex* r *et fort.* t *ex* i, *D*) seruae sint istae *libri* libere *CDF* (*) 1107. T *D* 1108. DE(M) *CD* Apstine *B.* abstine *CDFZ* male dictis *D* 1109. istic *BCFZ: corr. Bothius.* isic, *alt.* i *ex* t, *D* opportet *Z: post quam vocem spat. est in B* gaudeam *libri: cf. testim.* (*corr. Valla*) in isto *DFZ.* isto *B. om. C* 1110. *Post* signa *sp. in fine v. C* parentes *libri* 1111. Quibus cum *B.* quib; cum *D* (; D^2 *ut vid.*) parua periit athenis *libri: trai. Acidalius p. 447* sicuti *B.* sicut *CFZ.* sic̄ *D* (*)

GRIPVS

Iúppiter te díque perdant. quíd ais, uir uenéfice?
Quíd, istae mutae súnt, quae pro se fábulari nón queant?

TRACHALIO

Eó tacent quia tácitast melior múlier semper quám loquens.

GRIPVS

Túm pol tu pro pórtione néc uir nec muliér mihi's.

TRACHALIO

Quídum?

GRIPVS

Quia enim néque loquens es néque tacens umquám bonus.
Quaéso, enumquam hodié licebit míhi loqui?

DAEMONES

Si praéterhac
Vnum uerbum fáxis hodie, egó tibi comminuám caput.

TRACHALIO

Íta ut occepi dícere, senex, eám te quaeso cístulam
Vt iubeas hunc réddere illis: ób eam siquid póstulat
Síbi mercedis, dábitur: aliud quídquid ibist habeát sibi.

GRIPVS

Núnc demum istuc dícis, quoniam iús meum esse intéllegis:
Dúdum dimidiám petebas pártem.

TRACHALIO

Immo etiam núnc peto.

1112. G *D* Iupiter *BF* di que *B.* dii que *F* qs *F* uir *om. DFZ* 1113. quęant *B.* q̄ant *F* 1114. Tr. *FZ.* D *D* tacitast melior *Bentleius ad Ter. Phorm. II 3, 21.* tacita bonast (est *F*) *libri* (*ex v. 1116 om.* melior *ante* mulier) seper *B* (*) 1115. G *D* Tum pol tu *B.* tu pol tu *CD.* tu pol *FZ* pro portione *BFZ.* ꝑportione *CD* mihi es *libri* (*) 1116. Tr. *FZ.* D *D* G *D* Quia *B* tacens, c *ex* t, *B* umquam *D.* unquam *CFZ.* umq *B* 1117. T *DFZ: del. Camerarius* Queso *CDF* enumquam *B.* en unquam *CDFZ* D *D. sp. om. B* preter hac *BC* 1118. Vnum uerbum *Camerarius.* uerbum *libri, sed post spat. B* (*13—16 litt.*) *C* (*6 l.*) *D* (*4 l.*) cominuam *B.* cōminuam *CDZ.* diminuam *F* (*) 1119. T *D* Ita ut 𝕾. Vt id *libri* queso *CD.* queso senex (*non om. antea*) *B* (*) 1120. iubea *ut vid.* D^1, s *add.*D^2 reddere, *alt.* d *ex corr., fort. ex* id *B* ob eam *ex* ob istam *ut vid. B* si quid *CD* postulas *BCD: corr. FZ* 1121. quit quitibi est *B.* quicquid ibi est *CDFZ* 1122. GR *CD. om. Z* qm̄ *BC* uis *C* esse *om. B* intelligis *FZ* 1123. T *D* Immo *B*

GRIPVS

Vídi petere míluom etiam córuom: nihil aufért tamen.

DAEMONES

Nón ego te conprímere possum síne malo?

GRIPVS

Si istíc tacet,
Égo tacebo: si íste loquitur, síne me meam partém loqui.

DAEMONES

Cédo modo mihi uídulum istum, Grípe.

GRIPVS

Concedám tibi:
Át si istorum níl sit, ut mihi réddas.

DAEMONES

Reddetúr.

GRIPVS

Tene.

DAEMONES

Aúdi nunciám, Palaestra atque Ámpelisca, hoc quód loquor:
Éstne hic uidulús, ubi cistellam híc tuam inesse aibát?

PALAESTRA

Is est.

GRIPVS

Périi hercle ego misér: tu prius quam pláne aspexisti, ílico
Éum esse dixti.

PALAESTRA

Fáciam ego hanc rem ex prócliui planám tibi.

1124. G *D* miluum *libri* coruom 𝕾. cum *libri* aufert *B.* auferet *C.* auferret *DFZ* (*) 1125. D *D* comprimere *libri* G *D* Si istic *B.* sustic *C* (*) 1126. me meam partem (at mea pro re) *Gronovius.* me pro re mea parte *BZ.* mea pro re mea parte *CDF cum 'libris vet.' Lambini* 1127. D *D* uidulum istum *Pylades.* istum uidulum *libri* G *D* Concedam *BF.* Concredam *CDZ* (*) 1128. At *Lambinus.* Ac *B.* ac *CDFZ* nihil *libri* D redditur, *sed* i D^2 *ex* e, *D.* Rede(d)tur *B* Tene *B* (*) 1129. DAE. *Camerarius. om. FZ* nunc iam *libri* palestra *CDFZ, ubi in fine* S *supra scr.* D^2 *ut vid.* 1130. Est ne *B* hic tuam inesse aibat 𝕾 *praeeunte* tuam inesse hic aibat *Fleckeiseno.* tuam inesse aiebas (in esse alebas *B*) *libri* PA *D* Is *B* (*) 1131. G *D* Perei *B.* perii *CDFZ* miser, se *ex* b *ut vid., D* tu 𝕾. ut *libri* priusquam *DFZ* aspexisti 𝕾. aspexi *B.* aspexit *CDFZ* (*) 1132. dixti 𝕾. dixi *B.* dixit *CDFZ* PA. *Camerarius.* D *DFZ: cf. ad v. 1134* Faciam *B* ex procliui planam *Gulielmius Qu. in Mil. p. 410.* nam *post 16 litt. sp.* (*in quo* pla *m. Camer.*) *B.* Nã *in v. in. CD.* nam *FZ. in 'quibusdam libris' Lambini lacunula fuit, 'in aliis litterae*

Cístellam isti inésse oportet caúdeam in isto uídulo:
Íbi ego dicam quídquid inerit nóminatim: tú mihi
Núllum ostenderís. si falsa dícam, frustra díxero.
Vós tamen istaec quídquid inerit últro istic redhibébitis.
Sí erunt uera, tum ópsecro te ut méa mi reddantúr.

DAEMONES

Placet.
Iús merum oras méo quidem animo.

GRIPVS

At meo hércle malitiást mera.
Quíd si ista aut supérstitiosa aut háriolast atque ómnia
Quídquid inerit uéra dicet? ánne habebit háriola?

DAEMONES

Nón feret nisi uéra dicet: néquiquam hariolábitur.
Sólue uidulum érgo, ut quid sit uérum quam primúm sciam

TRACHALIO

Hóc habet.

GRIPVS

Solútust. perii: uídeo cistellam.

---

exesae' (*) 1133. istic (isti *Bothius*) inesse *Camerarius.* isticine esse *BCDZ.* istancine esse *F* Gaudeam *c. sp. B.* gaudeam *CDFZ: cf. ad v. 1109* 1134. Pal. *FZ: del. Camerarius* ubi *Z* quit quit *B.* quicquid *CDFZ* $\overset{i}{\text{tum}}$ *D* 1135. *Ante* dixero *3 litt. ras. et* di *ex corr. ut vid. B* (*) 1136. *Sp. ante* uos *CD* tamem *B ante corr.* istec *DF.* istaiec *B* quitquid *B.* quicquid *CD* inerit ultro istic redhibebitis 𝕾. istic inerit uobis habebitis *libri* (*) 1137. Si (*vel* Sei) *Muellerus Pros. p. 109.* Sed si *libri* opsecro *B.* obsecro *CDFZ* meã *CD.* meam *B* mihi *libri* DAE. *Camerarius.* G *DFZ* Placit *B* (*) 1138. T *D. sp. C. om. FZ* uis *C* meum *B* G *D.* Dem. *FZ* At *B* hercle malitiast mera (*vel* summast malitia) 𝕾 *conl. Ter. Haut. v. 796.* hercle *BC* (*cum spatiolo*) *DFZ, 'libri vet.' Lambini* (*) 1139. Gr. *FZ: del. Camerarius in annot.* super sticiosa, a *ex* e, *B* ariola *C* (*er.* h) *Z* atque *ex* aut *D* 1140. Quid (d *ex* t) quid *B.* quicquid *CF* inerit *Muellerus 'Nachtr.' p. 141 adn.* insit *libri* anne *Valla, Saracenus.* in me *libri* $\overset{h}{\text{a}}$riola *D.* ariola *C* (*er.* h) *Z* (*) 1141. *Hunc v. priori adiungit B, sed* Non *habet, ubi* non *s. sp. CD, sed* D *s. v. D* fert *B.* refert *F cum 'libris vet.' Lambini* nequicquam *F* hariolabitur *Pylades.* ariolatur *BCDZ.* hariolatur *F* 1142. T *praem. D, sp. C,* Pal *FZ: del. Camerarius* quid *Camerarius.* qui quid (d *ex* t) *B.* quic quid *CDFZ* sciam *B.* faciam *CDFZ* (*) 1143. TR. *Bothius: cf. ad v. 1142.* Dem. *F. om. Z* abet, a *ex* e, *D* GR. *Bothius: atque* G *suprascr. D. sp. om. BCD, pers. FZ* solutum est *libri: corr. Acidalius p. 447 sq.* ah perii *ex Veneta Pistoris et Acidalius* (ah *del. Guietus*). aperi *libri* *ante* uideo (Video

DAEMONES

Haécinest?

PALAESTRA

Ístaec est. o meí parentes, híc uos conclusós gero:
Húc opesque spésque uostrum cógnoscendum cóndidi.

GRIPVS

Túm tibi hercle deós iratos ésse oportet, quísquis es,
Quaé parentis tám in angustum tuós locum conpégeris.

DAEMONES

Grípe, accede huc: túa res agitur. tú, puella, istínc procul
Dícito quid ínsit et qua fácie: memorato ómnia.
Si hércle tantillúm peccassis, quód posterius póstules
Te ád uerum conuórti, nugas, múlier, magnas égeris.

PALAESTRA

Iús bonum oras.

GRIPVS

Édepol haud recte órat: nam tu iniúria's.

DAEMONES

Lóquere nunciám, puella. Grípe, animum aduorte ác tace.

PALAESTRA

Súnt crepundia.

DAEMONES

Écca uideo.

GRIPVS

Périi in primo proélio:
Máne: ne ostenderís.

DAEMONES

Qua facie súnt? responde ex órdine.

B) *sp. est in BCD*, Pal. *in F* Dem. *FZ. sp. om. BCD* haecine st *B*. hecine (n *ex* l *D*) est *CD* (*) 1144. Istae c esto *B*. istaec esto *CD* (c *ex* e D^2). Istec est. o *F* mi *libri* 1145. uestrum *BFZ*. urm̄ CD^2. urem D^1 credidi *F cum duobus ex 'libris vet.' Lambini* 1146. hercle *om. F* oportet, op *ex* pp, *D* 1147. *Post* quę *sp. D* compegeris *libri* 1148. D *D* tu puella tu puella *C* 1150. *Ante* si *sp. CD* tantulum *FZ* quot *libri* posterius *Camerarius*. posteris *BCDZ*. posceris *F* 1151. conuorte, uo *ex* ue, *C*. conuerti *F* 1152. P *D*. Gr. *FZ* GR. 𝕾. D *D*. Tr. *FZ* recte *et* iniuria's 𝕾. te *et* iniurius *libri* (*) 1153. nunc iam *libri* aduorte *BF*. aduortite *CDZ* 1154. Ecca *B* G *D* Peri *B*. peri *CDFZ: corr. Pylades* prelio *B*. p̄lio *CDF* 1155. Dem. *praem. FZ, inter* ostenderis qua (*sic libri s. sp.*) *interposuerunt Meursius Exerc. cr. I p. 224 et Acidalius Div. p. 448* (*)

PALAESTRA

Énsiculust auréolus primum lítteratus.

DAEMONES

Dícedum,

Ín eo ensiculo lítterarum quíd est?

PALAESTRA

Mei nomén patris.

Póst altrinsecúst securicula áncipes, itidem aúrea,
Lítterata: ibi mátris nomen ín securiculást.

DAEMONES

Mane:

Díc in ensiculó quid nomen ést paternum?

PALAESTRA

Daémones.

DAEMONES

Di ínmortales, úbi loci sunt spés meae?

GRIPVS

Immo edepól meae?

1156. *Charisius inst. II p. 155, 17 K = Excerpta Bobiensia* [*ex Char.*] *p. 535, 25 K. = Dositheus p. 396, 1 K.:* ensis ensicula et ensiculus: Plautus [ensiculum *add. Char.*, ensicula *Bob.*, in singula et *Dos.: del. Keilius duce Fabricio*] in Rudente*: cf. ad v. 1169*. 1158. *Charisius inst. I p. 120, 15 K.:* ancipes ueteres cum ratione dixerunt, ne genetiuus ancipitis duabus uideretur syllabis crescere: Plautus in Rudente 'post . . . . . ancipes' *Priscianus inst. III p. 105, 18 H.:* securis [securi] securicula: Plautus in Rudente 'post . . . . ancipes' (*unde pendet Osbernus p. 529*) *idem inst. VI p. 280, 20 H.:* antiqui tamen ancipes et praecipes et bicipes proferebant in nominatiuo, et sic secundum analogiam sequebatur genetiuus ancipes ancipitis, ut sospes sospitis. Plautus in Commorientibus . . . . idem in Rudente 'post . . . . aurea' altrinsecus *hinc excerpsit Gloss. Plaut.: cf. Ritschelius Opusc. phil. II p. 256*

1156. Insiculust *CZ.* En sicul' est *F: cf. testim.* Dice dum *B.* dice dum *CD* 1157. litteratum *B.* lr̃atum *F.* litterarum *CDZ* quidẽ *C* Ꝑ *D* Mei *B* (*) 1158. altrinsecus (l *ex* n D^2. alterinsecus *Char.* abstrinsecus *Prisciani GL priore loco*) est *omnes: corr. Ritschelius l. s. s.* ancipes, a *ex* r *et* n *e corr., D.* anceps *Osbernus* itidem *Priscianus.* item *BCDFZ* (*) 1159. nomen insecuricula st, n i *ex* nest *ut vid. corr., B* securiculast, st *ex* sit *ut vid. C.* securiculast D^1 (*corr.* D^2) *Z* 1160. dici nensiculo *CD* ensiculo *ex* cubiculo *ut vid. corr. B* quit *B.* quod *FZ* P *D* doemones *B.* demones *DF* (*) 1161. D *D* dii *DF* immortales *libri* edepol, d *ex* l *D*

TRACHALIO

Pérgite, opsecró, continuo.

GRIPVS

Plácide, aut i in malám crucem.

DAEMONES

Lóquere matris nómen hic quid ín securiculá siet.

PALAESTRA

Daédalis.

DAEMONES

Di mé seruatum cúpiunt.

GRIPVS

At me pérditum.

DAEMONES

Fíliam meam esse hánc oportet, Grípe.

GRIPVS

Sit per mé quidem.
Quí te di omnes pérdant, qui me hodie óculis uidistí tuis,
Méque adeo sceléstum, qui non círcumspexi céntiens,
Príus me nequis ínspectaret, quám rete extraxi éx aqua.

PALAESTRA

Póstid ensicula árgenteola et duaé conexae mániculae
Ét suculast.

GRIPVS

Quin tu í directa cúm sucula et cum pórculis.

1169. *Cf. testimonia ad v. 1156, quibus addatur Priscianus inst. III p. 115, 18 H.:* Probus etiam ponit . . . . . ensis ensiculus ensicula 1170. *Priscianus inst. III p. 108, 1 H.:* sus quoque commune abiecta s et assumpta cula facit diminutiuum sucula: Plautus in Rudente 'sucula quin . . . . porculis'*: unde pendet Osbernus p. 525*

1162. TR. *Weisius.* Dem. *FZ* perge tu *F* opsecro *B.* obsecro *CDFZ* GR. placide *Acidalius p. 448.* placide *s. sp. BCDF.* placide. Gr. *Z* aut i *Guietus, Bentleius.* aut ite *BCDZ.* at tu *F* (*) 1163. D *D. om. F* quid in securicula *Reizius, Bentleius.* in securicula quit *B.* insecuricula quid *CFZ.* insecurila quid *D* (*) 1164. P *s. v. s. sp. D* Dedalis *libri* D *et* G *D* Di *et* At *B* 1165. D *et* G *D* *post* meam *er.* h *D* Sit *B* (*) 1166. Quin *Z* (*) 1167. circum spexi *B* 1168. ne quis *D* recte *F* 1169. P *D* Postid ensicula *𝔖: cf. testim.* postin sicula *CD.* Post in sicilicula *B.* post in situla *'libri vet.' Lambini.* post ẽ situla *F.* post est sicula *Z* argenteola, ente *ex corr., B* conexę (conexe *BD*) maniculae et *libri, ubi* et *in v. 1170 traxit Pylades* (*) 1170. *Cf. ad v. 1169* Sucula est *Bothius.* Sucula *libri cum Prisciano, nisi quod om. RGL* Quin *B.* Perge *Osbernus* tu i direcта (dic recta *C*) *BCDFZ.* tu

PALAESTRA

Ét bulla aureást, pater quam dédit mi natalí die.

DAEMONES

Éast profecto: cóntineri quín conplectar nón queo.
Fília mea, sálue: ego is sum quí te produxí pater:
Égo sum Daemonés et mater túa eccam hic intust Daédalis.

PALAESTRA

Sálue, mi pater ínsperate.

DAEMONES

Sálue: ut te amplectór lubens.

TRACHALIO

Vólup est quom istuc éx pietate uóstra uobis cóntigit.

DAEMONES

Cápedum hunc si potés, fer intro uídulum, age, Trachálio.

TRACHALIO

Écce Gripi scélera: quom istaec rés male euenít tibi,
Grípe, gratulór.

DAEMONES

Age eamus, méa gnata, ad matrém tuam,
Quae éx te poterit árgumentis hánc rem magis exquírere:
Quaé te magis tractáuit magisque sígna pernouít tua.

TRACHALIO

Eámus intro omnés simul, quando óperam promiscám damus.

---

dierecta *Priscianus* (tu e dic recta *K*). uia (dic *Amplon.*) recta *Osbernus* et porculis *C* (*) 1171. P *D* E tabula *B* aurea est *libri* mihi *libri* (*) 1172. D *D* Ea est *libri* c̄plectar *CD.* complectar *BFZ* Nequeo *C* 1173. mea salue *B.* salue mea *CDFZ* (*) 1174. doemones *B.* demones *CDF* eccam *Fleckeisenus.* ecca *BCDZ. om. F* intus *libri: corr. Langenus 'Beitr.' p. 5* dedalis *CDF* 1175. P *et* D *D* Salue ut te *B.* salue inte *C* libens *BCDZ* 1176. TR. *F, Saracenus. om. Z* Volupest *CDFZ* (*disi. Fleckeisenus*). Volupe est *B* cum *libri* uestra *BFZ.* urã *CD* 1177. Cape dum *BC.* capedum *DFZ* potes ////// (*fort.* ĩtro *cr.*) *B* introui dũ *C.* intro uidum *D* (*) 1178. T *D* grippiscelera *D* Cum istęc *C.* Cũ istec *DFZ.* cum ista *B* (*) 1179. DEM *CD* Age *B* 1181. magis que *B* (*) 1182. simul 𝕾. *om. libri* operam *ante 4 litt. ras. et* e *ex* i *B* (damu[s] *fort. cr.*) promiscam *B.* promiscuam *CDFZ* *post* damus *3 litt. ras. B* (*)

PALAESTRA

Séquere me, Ampelísca.

AMPELISCA

Quom te dí amant, uoluptatíst mihi.

GRIPVS

Súmne ego homo sceléstus, qui illunc hódie excepi uídulum?
Aút quom excepi quí non alicubi ín solo abstrusí loco?
Crédebam edepol túrbulentam praédam euenturám mihi,
Quía illa mihi tam túrbulenta témpestate euénerat.
Crédo edepol ego illíc inesse argénti et auri lárgiter.
Quíd meliust quam ut hínc intro abeam et mé suspendam cláncuIum,
Sáltem tantispér dum abscedat haéc a me aegrimónia?

DAEMONES.

Pro di ínmortales, quís mest fortunátior,
Qui ex ínprouiso fíliam inuení meam?
(Satin sí quoii homini deí esse bene factúm uolunt,
Aliquo íllud pacto optíngit optatúm piis?
Ego hódie neque speráui neque istuc crédidi:
Is ínprouiso fíliam inuení tamen:)
Ego eám de genere súmmo adulescentí dabo

1183. PAL *et* AMP *CD* se quere *D* Cum *B.* cum *CDFZ* dii *F* uoluptati est *libri* 1184. GR *CD* Sum ne *DF* ego homo *Fleckeisenus.* ego *libri* illuc *BCDF.* illac *Z: corr. Camerarius* (*) 1185. cum *libri, post quam vocem* non *del.* D^2 1186. predam *CDF* 1187. tam *B. om. CDFZ* potestate *F* (*)
1188. in esse *B* argenti et auri *B.* auri & argenti *CDFZ* (*)
1189. Quit *B.* qui *F* melius est *libri: corr. Pylades* hic *F*
1190. tantis per dum *B.* tantis (*priore* t *ex* p) perdum *C.* tantisper ut *F* abscédat, e *ex* ẽ, *C*
Act. IV Sc. 5 DEMONES SENEX *D itemque FZ. unius v. sp. C. om. B* 1191. DEM *CD* RODII *c. sp. in. B.* ro di *c. sp. in. C* dii *F* immortales *et* me est *libri* (*) 1192. improuiso *FZ.* prouiso *C* *V.* 1193—1196 *damnavit Langenus Stud. Plaut. p. 369 sq.*
1193. sicui *libri: corr. Reizius* dei esse *FZ.* delesse *BCD* benefactum *CDFZ* uolunt *Valla.* uolant *Z.* uolo *BCDF* (*ex v. 1199*) (*)
1194. istuc *F* obtingit *F.* obtigit *Z* 1195. neque istuc 𝔖 *praeeunte* neque illud *Bothio.* neque *libri* (*) 1196. improuiso *FZ* inuenit *F* tamem *B* (*) 1197. Ego eam 𝔖*: cf. ad v. 1199.* Et eam *libri* degenere *BC* adolescenti *CDFZ* (*)

Ingénuo, Atheniénsi et cognató meo.
Eum ádeo arcessi huc ád me quam primúm uolo
Iussíque exire huc séruom eius, propere ut ád forum
Irét: nondum egressum ésse eum, id mirór tamen.
Accédam opinor ád foris. quid cónspicor?
Vxór conplexa cóllo retinet fíliam.
Nimis paéne inepta et ódiosa eius amátiost.

DAEMONES. TRACHALIO

DAEMONES

Áliquando osculándo meliust, úxor, pausam fíeri:
Átque adorna ut rém diuinam fáciam, quom intro aduénero,
Láribus familiáribus, quom auxérunt nostram fámiliam.
Súnt domi agni et pórci sacres. séd quid istum remorámini,
Múlieres, Trachálionem? atque óptume eccum exít foras.

TRACHALIO

Ýbi ubi erit, iam inuéstigabo et mécum ad te adducám simul

1204. *Nonius p. 70, 30:* amatio Plautus Rudente 'nimis . . . . . amatio est' 1208. *Festus p. 318, 7:* sacrem [porcum dici ait Verri]us ubi iam [a partu habetur purus a qu]a re appel[latum esse sacrum dici]t. ita id adi[cit quod non opus est:] omisit uoca[buli formam. Plautus . . . . . in Rudent]e 'sunt domi [agni et porci sacres]'*: quae suppl. Vrsinus conl. Varrone de r. r. II 1, 20. 4, 16: cf. Leidolphus p. 237*

1198. *Post* ingenuo *ras. in B* (*fuit* & lib *ut vid.*) 1199. Eum *Braunius Observ. gramm. et crit.* (*ed. Berol. a. 1881*) *p. 38.* Ego eum (*ex* enim *D*) *libri: cf. ad v. 1197* accersi huc *D ex corr. FZ.* huc accersi *D ante corr.* (*) 1200. seruom eius propere 𝔖. seruum eius *libri* (*) 1201. non dum *D* eum admiror *F* *ante* tamen *dist. FZ: corr. Acidalius p. 449* 1202. at *B* fores *libri* quit *B* 1203. Vx or *B* conplexa *B.* cōplexa *CD* 1204. paene *B et 'libri vet.' Lambini.* pene *F cum Nonio. om. CDZ* amatio st *B.* amatio est *CDFZ, Nonius* (*)

Act. IV Sc. 6 DEMONES TRACHA LIO SERV' *D itemque Z.* Demones Tracalio *F. unius v. sp. C. om. B* 1205. DEM *CD: itemque postea* TR *et* DEM *servant* LI QUANDO *c. sp. in. B.* liquando *c. sp. in. C* melius est *libri: corr. Pareus* (*) 1206 *sq.* cum *bis libri* (*) 1209. Mulier estrachalionem *B* optime *libri* 1210. Vbi ubi erit *D* iam *Guietus, Reizius.* tamen iam *B.* tamen *CDFZ* (*)

Plésidippum.

DAEMONES

Elóquere, ut haec res óptigit de fília.
Eúm roga ut relínquat alias rés et huc ueniát.

TRACHALIO

Licet.

DAEMONES

Dícito datúrum meam illi fíliam uxorém.

TRACHALIO

Licet.

DAEMONES

Ét patrem eius mé nouisse et mi ésse cognatúm.

TRACHALIO

Licet.

DAEMONES

Séd propera.

TRACHALIO

Licét.

DAEMONES

Iam hic fac sit, céna ut curetúr.

TRACHALIO

Licet.

DAEMONES

Ómnian licét?

TRACHALIO

Licet: sed scín quid est quod té uolo?
Quód promisisti, út memineris, hódie ut liber sím.

DAEMONES

Licet.

TRACHALIO

Fác ut exores Plésidippum ut mé manu emittát.

DAEMONES

Licet.

1211. Pleusidippum *CDFZ* Eloquere *B.* elequere *D ante corr.* res obtigit *CDFZ.* optigit *B* 1212. roga *Weisius, Bentleius.* rogat *B.* rogato *CDFZ* relinquit *B* Licet *B: itemque postea exceptis v.* 1218 *et* 1219 (*) 1213. daturam *DFZ* (*corr. Pylades*) 1214. mihi *libri* (*)
1215. ‡ Iam *B.* iam *D* sit *Acidalius p. 449.* sis *libri* cęna *C*
1216. Omnian licet *Camerarius.* Omnia in licet *CD.* Omnia inlicet *B.* Omnia i licet *Z.* Omnia licet *F* licet Tra. *F* (*) 1218. pleusidippum *CDFZ* me manu emittat *Fleckeisenus praeeunte Camerario.* me emittat *CDFZ.* emittat *cum pers. sp. maiore* (*sed non maiore quam v. 1213. 1219, al.*)*: ubi* manu *add. m. Camer.* (*)

TRACHALIO

Ét tua filiá facito oret: fácile exorabít.

DAEMONES

Licet.

TRACHALIO

Átque ut mi Ampelísca nubat, úbi ego sim libér.

DAEMONES

Licet.

TRACHALIO

Átque ut gratum míhi benficium fáctis experiár.

DAEMONES

Licet.

TRACHALIO

Ómnian licét?

DAEMONES

Licet: tibi rúrsum refero grátiam.
Séd propera ire in úrbem actutum et récipe te huc rursúm.

TRACHALIO

Licet.
Iam híc ero: tu intéribi adorna céterum quod opúst.

DAEMONES

Licet.

Hércules istum ínfelicet cúm sua licéntia,
Íta meas repléuit auris: quídquid memorabám, 'licet'.

1219. DEM, D *ex* b, *D* (*) 1220. mihi *libri* *verbum* Licet *una cum proximo v. in ultimo pag. v.* (*post v. 1245*) *in marg. suppl. D add.* d̄h̄ 1221. *Hunc v. hic om. F: cf. ad v. 1220 et 1245* benenefícium *B.* beneficium *CDZ: corr. Ritschelius Opusc. II p. 719* (*cf. 774*) facitis *B* (*) 1222. Omnia licet *libri: corr. Camerarius conl. v. 1216* licet. dem. *F* 1223. prepera *B* ac tutumet recipete *B* recipe//// *D er.* re. recipe *F* (*) 1224. dem. *praem. F* inter ibi *B.* interī *F* caeterum *Z* opus est *libri: corr. Pylades* Tr. licet *F* 1225. TR *praem. CDZ, codd. Meursii Ex. cr. I p. 227,* dem. *F: del. Camerarius* Hecules *B* infelicitet *Z* 1226. repleuit, i *ex* e *vel* it *ex* ei *D.* compleuit *F* aures *DFZ* quit quit *B.* quicquid *C et,* quid *s. v., D* (*)

GRIPVS. DAEMONES

GRIPVS

Quam móx licet te cónpellare, Daémones?

DAEMONES

Quid ést negoti, Grípe?

GRIPVS

De illo uídulo,
Si sápias, sapias: hábeas quod di dánt boni.

DAEMONES

Aequóm uidetur tíbi, ut ego alienúm quod est
Meum ésse dicam?

GRIPVS

Quódne ego inueni ín mari?

DAEMONES

Tanto ímmo melior! óptigit qui pérdidit:
Tuom ésse nihilo mágis oportet uídulum.

GRIPVS

Istó tu pauper és, quom nimis sancté piu's.

DAEMONES

O Grípe, Gripe, in aétate hominum plúrumae
Fiúnt transennae, ubí decipiuntúr dolis:
Atque édepol in eas plérumque esca inpónitur:
Quam síquis auidus póscit escam auáriter,
Decípitur in transénna auaritiá sua.
Ille quí consulte, dócte atque astuté cauet,

Act. IV Sc. 7 GR<u>I</u>PP' PISCATOR DEMONES SEN' *D itemque FZ. unius v. sp. C. om. B* 1227. VAMMOX *c. sp. in. B* (Q *m. Camer.*). uam mox *c. sp. in. C* compellare, el *ex* al *ut vid., B.* cõpellare *CDFZ* doemones *B.* demones *CDFZ* 1228. Qid *D* negoti *B.* negotii *CD.* negocii *FZ* De *B* 1229. DEM *praem. CDFZ: del. Pylades et v. 1230 add.* sapias *semel F* didant boni *B.* di danunt dant boni *C.* di boni danunt dant *D.* di (dii *F*) boni danunt *FZ* (*) 1230. *Cf. ad v. 1229* Aequom *B.* Aequũ *CDFZ* 1231. Quod ne *BCD* 1232. D D^2. GR D^1 immo melior 𝔖. melius illi *libri* obtigit *FZ* (*) 1233. Tuum *libri* 1234. pauperes *B* quom *B.* cum *CDFZ* pius *libri: corr. Pareus* (*) 1235. plurimę *libri* 1236. transe^t^nnae *D*, ^t^ D^2 *ut vid. eademque* N̄ *adscr. in marg.* (*) 1237. ędepol in eis *F* inponitur *B.* imponitur *CDFZ* 1238. si quis *CD* ponit D^1. poscit D^2 (*) 1239. intra senna *B.* intrasenna *CD* auaricia *CF* 1240. consulto, t *ex* c *ut vid., B*

Diútine uti béne licet partúm bene.
Mihi istaéc uidetur praéda praedatum írier,
Vt cúm maiore dóte abaetat quam áduenat.
Egone út quod ad me adlátum esse alienúm sciam
Celém? minume istuc fáciet noster Daémones.
Sempér cauere hoc sápientis aequíssumumst,
Ne cónscii sint ípsi malficiís suis.
Ego nísi quom lusi, níl moror ullúm lucrum.

GRIPVS

Spectáui ego pridem cómicos ad istúnc modum
Sapiénter dicta dícere atque is plaúdier,
Quom illós sapientis móres monstrabánt popló.
Sed quom índe suam quisque íbant diuorsí domum,
Nullús erat illo pácto, ut illi iússerant.

DAEMONES

Abi íntro, nam moléstu's: linguae témpera.
Ego tíbi daturus níl sum, ne tu frústra sis.

GRIPVS

At égo deos quaeso, ut quídquid in illo uídulost,
Si aurúm si argentumst, ómne id ut fiát cinis.

1241. ubi bene licet parum *F* (*) 1242. istae cui detur *B* istec *DF* prȩda praeda tu mirier *B*. p̄da Predatum irier *D* 1243. docte *B* abaetat quam aduenat 𝔖 *conl. Truc. v. 96.* abeat (*cum 2 litt. sp. C*) quam aduenerit *libri* (*) 1244. Gr. *praem. F* ame *DFZ* (*corr. Saracenus*) allatum *BCD*. ablatum *FZ* (*corr. Saracenus*) 1345. ///celem *C* minime *libri* nr̄ *CDF* doemones *B*. demones *CDFZ* (*) *Sequitur in F* hoc licet. Atq; ut gratum Mihi beneficium factis expiar*: cf. ad v. 1220 sq.* 1246. Dem. *praem. F* sapientis aequissimum st *B*. sapientissimũ est *CDFZ* (*) 1247. neconscii *C* sint *ex* sinti (*vix ex* sunt) *D* maleficiis *libri* (*) 1248. nisi quom *Bothius.* mihi cum *libri* nihil *libri, sed* h *ex* l *B* lucrum, l *ex* r *B* (*) 1249. GR. *om. F* ego quidem *F* ad istunc modum *libri, sed* nc *in ras. 3 litt.* (*fuit* ad istius ad modum *ut vid.*) *B* (*) 1250. Sapienter, nt *ex* rp *ut vid. corr. B* iis *libri* 1251. Cum *BCDZ.* Tamen *F* monstrabat *libri: corr. Pylades* potio *BCD.* populo *FZ: corr. Camerarius* (*) 1252. cum *libri* diuersi *B* 1253. Gr. ut illi *F* 1254. nam *Guietus.* ne *libri* molestus *libri: corr. Reizius* linguae, u *ex* ai *B* (*) 1255. nihil *libri,* ni *ex* m *post* su *er. B* (*) 1256. queso *D* quit quit *B*. quicquid *CD* 1257. argentum est *BCDZ* it *BC*

DAEMONES

Illúc est quod nos néquam seruis útimur:
Nam illic séruos si cum iníquo congressús foret,
Et ípsum sese et íllum furti adstríngeret.
Dum praédam habere sé censeret, ínterim
Praeda ípsus esset: praéda praedam dúceret.
Nunc hínc intro ibo et sácruficabo: póstibi
Iubébo nobis cénam continuó coqui.

PLESIDIPPVS. TRACHALIO

PLESIDIPPVS

Íterum mihi istaec ómnia itera, mi ánime, mi Trachálio,
Mí liberte — mí patrone pótius, immo mí pater:
Répperit patrém Palaestra suom átque matrem?

TRACHALIO

Répperit.

PLESIDIPPVS

Ét popularis ést?

TRACHALIO

Opinor.

PLESIDIPPVS

Ét nupturast?

TRACHALIO

Súspicor.

PLESIDIPPVS

Cénsen hodie déspondebit eám mihi, quaeso?

1258. nequaquam *B* 1259. seruos si cum iniquo *S*. cum seruo siquo (si quo *CD*) *libri* (*) 1260. se se *BC* forti *libri: corr. Pylades* at stringeret *B*. astringeret *F* 1261. haber& *D*. haberet *F* 1262. preda (ę D^2) predam *D*. preda p̄dam *F* 1263. sacrificabo *libri* post ibi *libri: corr. Scioppius Susp. lect. I 15 p. 45* 1264. Videbo *Z* cęnam *C itemque ex* conam *D*

Act. IV Sc. 8 PLEUSEDYPP' ADOLESCEN^S TRACHALIO SERV' *D itemque* (*sed* Pleusidippus) *FZ. unius v. sp. C. om. B* 1265. PLEV *praem. C,* PLE *D itemque postea* TR (*C saepius* TRA) *et* PLE(V) *servant* TERVM *c. sp. in. B,* terum *C* ////istaec, *fort.* ib *er., B.* istec *DF* animę *D* (*) 1266. potius, immo *Reizius.* immo potius *libri* (*) 1267. Re^p^perit *B*. reperit *D* palaestra *B*. palestra *CD* suum *libri* adq˒ *C* Repperit *B* (*constanter post pers. sp. maiusc. servans postea*) 1268. nupturast *Guietus.* nuptura est mihi *B*. mi nuptura est *CFZ.* mihi nuptura ẽ *D* (*) 1269. queso *D*

TRACHALIO

Cénseo.

PLESIDIPPVS

Quíd, patri etiam grátulabor quom íllam inuenit?

TRACHALIO

Cénseo.

PLESIDIPPVS

Quíd, matri eius —

TRACHALIO

Cénseo.

PLESIDIPPVS

Quid érgo censes?

TRACHALIO

Quód rogas,
Cénseo.

PLESIDIPPVS

Dic érgo, quanti cénses?

TRACHALIO

Egone? cénseo.

PLESIDIPPVS

Ádsum equidem, ne cénsionem sémper facias.

TRACHALIO

Cénseo.

PLESIDIPPVS

Quíd si curram?

TRACHALIO

Cénseo.

PLESIDIPPVS

An sic pótius placide?

TRACHALIO

Cénseo.

1273. *Placidus p. 27, 9 D.:* censio: multa qua citatos si non re sponderant [*sic Buechelerus Mus. Rhen. XXXV p. 403.* ponderum *cod.* prodierant *Deuerlingius praeeunte* prodirent *Mommseno 'Staatsr.' II*[1] *p. 366 adn.*] censor afficiebat*: huc rettulit Loewius cum Buechelero: cf. Festus Pauli p. 54, 5*

1270. *Hunc v. om. F* cum *libri* 1271. *Post* eius *interruptam orationem signavit* 𝔖 Quit ergo *et* Quot *B* (*) 1272. censebo D^1: *corr.* D^2 TR *om. D in v. in.* 1273. Adsum equidem *Turnebus Adv. XXVI 2.* At (at *C.* ad *D*) sume quidem *BCD.* adsume (assume *F*) quidem *FZ* (*) 1274. Quit si curam *B* *Verba* Quid . . . . . potius pla(cide) *in ras. habet D deletis* etiãne eã aduenieus salutem Tř censeo

PLESIDIPPVS

Étiamne adueniéns salutem eam?

TRACHALIO

Cénseo.

PLESIDIPPVS

Anne etiám patrem?

TRACHALIO

Cénseo.

PLESIDIPPVS

Post éius matrem?

TRACHALIO

Cénseo.

PLESIDIPPVS

Quid póstea?
Étiamne adueniéns conplectar eíus patrem?

TRACHALIO

Non cénseo.

PLESIDIPPVS

Quíd matrem?

TRACHALIO

Non cénseo.

PLESIDIPPVS

Quid eámpse illam?

TRACHALIO

Non cénseo.

PLESIDIPPVS

Périi dilectúm dimisit: núnc non censet quóm uolo.

TRACHALIO

Sánus non es: séquere.

PLESIDIPPVS

Duc me, mí patrone, quó lubet.

1275. adueniens salutem eam 𝔖. eam adueniens salutem *libri, sed* eã *s. v. post* Etiam ne· *B* anne etiam 𝔖 *conl. Cist. II 1, 42.* etiam *libri* (*) 1276. Quit *B* 1277. Etiam ne *B* complectar *vel* cõplectar *libri* (a *ex corr. D*) 1278. Quit *bis B* eam psc illã *D.* eam ipsam palestram *F* (*) 1279. Peri *CDZ* delectum *F* cum *libri*. 1280. non esse quere *C* libet *BCDZ*

ACTVS V

LABRAX

Quis·mést mortalis míserior qui uíuat alter hódie,
Quem ad récuperatorís modo damnáuit Plesidíppus?
Abiúdicata a mé modost Palaéstra: perditús sum.
Nam lénones ex gaúdio credo ésse procreátos,
Ita omnés mortales, sí quid est malí lenoni, gaúdent.
Nunc álteram illam quaé meast uisam húc in Veneris fánum,
Saltem út eam abducam, dé bonis quod réstat reliquiárum.

GRIPVS. LABRAX

GRIPVS

Numquam édepol hodie ad uésperum Gripum ínspicietis uíuom,
Nisi uídulus mihi rédditur.

LABRAX

Perií: quom mentiónem

Act. V Sc. 1 LABRAX LENO *D itemque FZ. unius v. sp. C. om. B* 1281. LABRAX *praem. D,* LABR̃ *C* VIS *c. sp. in. B,* uis *C*D^1 (Q *add. rubr.*) me est *libri* mortalis *Reizius, Bentleius.* mortalium *BCFZ.* mor talium *D* (*) 1282. quem Ad recuperatores (recuperator es *C*) *CDFZ.* Quae matre cuperato ris *B* dampnauit *C* pleusidippus *CDFZ* (*) 1283. Ab iudicata *BD* modo est *libri* palestra *CDFZ* 1284. gaudio, i *ex* e, *D* procreatores *B* (*) 1285. si quid *C* male *F* 1286. mea (e *ex* æ *B*) est *libri* 1287. quot *BC* reliquarum *B.* relliquiarum *Z*

Act. V Sc. 2 GRIPP' PISC̃ LABRAX L̃ *D.* Grippus Piscator. Labrax leno *FZ. unius v. sp. er.* GRI· unquã edepol hodie ad uesperu *C. om. B* 1288. GRIP. *praem. C,* GR *D, itemque postea* LA *et* GR *servant* VNC quam *c. sp. in. B,* unquã *C,* umquam D^1 (N *rubr.*) uiuom *B.* uiuum *CDFZ* (*) 1289. redditur *B.* reddatur *CDFZ* Peri *B.* peri *CD* cum *libri*

Fieri aúdio usquam uíduli, quasi pálo pectus túndit.

GRIPVS

Istíc scelestus líber est: ego qui ín mari prehéndi
Rete átque excepi uídulum, ei dareí negatis quídquam.

LABRAX

Pro di ínmortales, suó mihi hic sermóne arrexit aúris.

GRIPVS

Cubitum hércle longis lítteris signábo iam usquequáque:
Siquís perdiderit uídulum cum auro átque argento múlto,
Ad Grípum ut ueniat. nón feretis ístum, ut postulátis.

LABRAX

Meum hércle illic homo uídulum scit quí habet, ut ego opínor.
Adeúndus mihi illic ést homo: di quaéso subueníte.

GRIPVS

Quid me íntro reuocas? hóc uolo hic ante óstium extergére:
Nam hoc quídem pol e robígine, non ést e ferro fáctum,
Ita quánto magis extérgeo, rutilum átque tenuiús fit.
(Nam hoc quídem uenenatúmst uerum, ita in mánibus consenéscit.)

LABRAX

Aduléscens, salue.

GRIPVS

Dí te ament cum inráso capite.

LABRAX

Quíd fit?

1290. tundit (*cf. Ter. Andr. v. 124 sq.*) 𝔖. tundat *libri* (*) 1291. p̄hendi *DF* 1292. recte *C et D ante ras.* ei darei negatis *D.* ei dare i negatis *C.* ei dare inegatis *B.* ei dare (daret *Z*) negatis *FZ* quic quam *B.* quicquam (ic *ex* ã *D*) *ceteri* (*) 1293. dii immortales *libri, alt.* m. *s. v. D* suo mihi hic *B*, *Pylades.* suo hic *CDFZ* 1294. iam *B. om. CDFZ* usque quaque *BDF* 1295. si quis *C* 1296. Ad grippum *FZ.* A gripum *B.* agrippum *CD* is ut *F* 1298. dii *F* queso *B* 1299. Quit *B* hostium *FZ* 1300. erobigine *B.* erubigine *CF et,* g *ex* n *et* S *supra* er, *D.* est rubigine *Z* (*cf. Placidus p. 79, 5 D.*) non est e ferro factum *Bothius.* non e ferro (efero *CD.* effero *B*) factum est (factũē *ex* facti D^2) *libri* (*) 1301. quanto magis *Pius.* quanti magis *BCD e corr. FZ.* magis quanti *D ante corr.* extergero *F* tennus D^1: *corr.* D^2 (*) 1302. *Hunc v. damnavit Guietus* Nam hoc quidem uenenatum est *Bothius.* Nam quidem (idem *e corr. B*) hoc uenenatust (*sic CD.* uenatu st *BZ.* uenustust *F*) *libri* uerum, m *ex* it *ut vid. corr. D* (*) 1303. Adolescens *F* GR *om. C* (*non D*) *in v. in.* Di *B* (*)

GRIPVS

Verum éxtergetur.

LABRAX

Ýt uales?

GRIPVS

Quid tú, num medicus quaéso's?

LABRAX

Immo édepol una líttera plus súm quam medicus.

GRIPVS

Túm tu

Mendícus es?

LABRAX

Tetigísti acu.

GRIPVS

Vidétur digna fórma.

Sed quíd tibist?

LABRAX

Hac próxuma nocte ín mari pecu álui:
Confráctast nauis, pérdidi quidquíd erat miser ibi ómne.

GRIPVS

Quid pérdidisti?

LABRAX

Vídulum cum auro átque argento múlto.

GRIPVS

Ecquíd meministi, in uídulo qui périit quid ibi infúerit?

LABRAX

Quid réfert, qui periít?

1304. Ferrum *FZ* LA. ut *FZ.* Aut *om. pers. in v. in. CD.* aut *s. sp. B* Quit *B* num, nu *ex* mi *ut vid., B.* non *F* modicus D^1*: corr.* D^2 queso *CD* es *libri, sed lineolam sub* e *add.* D^2 *ut vid.* 1305. LA. *C.* GR. *D* edepol, ede *s. v. D* GR. *D. om. C* Tum tu *B.* Nũqd Tu *F* (*) 1306. Medicus *B.* Mendicus *D er.* b *supra* n*: atque in marg. ad h. v. aliquid er. velut* OLIRIO (b *supra*) Tetigisti *et* Videtur *B* 1307. quit *B* tibi est *libri* Hac *B* proxima *libri* pecu alui 𝔖 *(cf. v. 513).* & alii *libri* (*) 1308. Contra facta est BCD^1. Contra fracta est D^2FZ*: corr. Pylades* perdidi, *alt.* d *e corr., D* quit quit *B.* quic quid *D.* quicquid *CF* ibi *s. v. D* 1309. Vidulum *B* 1310. Ec quid *B.* Eo quid *CDFZ: corr. Pylades* *post* uidulo D^2 *add.* ? quid *FZ* periit *F.* perit *BD ex corr. Z.* per id *CD ante corr.* quit *B.* quid, *puncto er. sub* d, *D.* et quid *Z* ibi infuerit *Reizius, Bentleius.* infuerit ibi *FZ.* infuere tibi (t *exp.* D^3) *BCD* (*)

GRIPVS

Tamen, si hoc —

LABRAX

Áliud fabulémur.

GRIPVS

Quid si égo sciam qui inuénerit? uolo éx te scire sígna.

LABRAX

Nummi óctingenti aurí mihi in marsúppio infuérunt,
Praetérea centum mília Philippi ín pasceolo sórsus.

GRIPVS

Magna hércle praedast: lárgiter mercédis indipíscar:
Diui hómines respiciúnt: bene ergo ego hínc praedatus íbo.
Proféctо huius istest uídulus. perge ália tu expedíre.

LABRAX

Taléntum argenti cómmodum magnum ínerat in crumína,
Praetérea sinus, cántharus, epíchysis, gaulus, cýathus.

GRIPVS

Papaé, diuitias tú quidem habuísti luculéntas.

LABRAX

Miserum ístuc uerbum et péssumumst 'habuísse' et nihil habére.

1314. *Nonius p. 151, 10:* pasceolus ex aluta sacculus. Plautus Rudente 'praeterea . . . . . seorsum'*: cf. Reblinius de Nonii locis Pl. p. 90 sq.*

1311. Quit *B* perit *libri: corr. Pylades* GR. tamen, si hoc — LA. aliud 𝕾. GR (*sic CDZ.* ⌗ *B. om. F*) tamen (Tamen *B*) si non hoc aliud (aliut *B*) *libri* (*) 1312. GR. *F. s. sp. om. CDZ* Quit *B* ex te *s. v.* D^2 1313. Numi *F* auri mihi in 𝕾. auri in *CDFZ.* aurii *B* marsuppio, pi *ex* io *ut vid. corr., B.* marsupio *DF* fuerunt D^1, in *s. v.* D^2 (*) 1314. Preterea *BCF* milia Philippi 𝕾. mna philippia *BCD.* denaria philippea (philippia *Z*) *FZ cum Nonio* pasceolos orsus *CD.* pasceolo (pasteolo *F*) seorsus *FZ.* pasceolo seorsum *Nonius* pascelo '*vet. cod.*' *Meursii Exerc. crit. I p. 228* (*)
1315. predast *CF* *post* largiter *priores, ante largiter Angelius distinxit* mercedes *ex* mercedis D^3 adipiscar *F* 1316. Diui *Leo Mus. Rhen. XXXVIII p. 3.* Di *libri* ergo ego *Weisius.* ergo *B.* ego *CDFZ* predatus *CF* (*) 1317. istest 𝕾 (*cf. v. 1296*). est *libri* perge *in ras. C* (*) 1318. inerat *FZ.* in erit *B.* inerit *C et,* in *ex* m, *D* 1319. preterea *CF* sinus epichisis cantharus caulus *libri, nisi quod* sinusepi chisis *B*, epichis D^1*: corr.* D^2, gaulus *Z: traiecit Bothius* cyatus *D* (*) 1320. Parae *B* (e *ex* t *ut vid.*) CD^1*: corr.* D^3FZ (*) 1321. quidem istuc *B* pessimum est *libri*

GRIPVS
Quid dáre uelis, qui istaéc tibi inuestíget indicétque?
Elóquere propere céleriter.

LABRAX
Nummós trecentos.

GRIPVS
Trícas.

LABRAX
Quadrigéntos.

GRIPVS
Tramas pútidas.

LABRAX
Quingéntos.

GRIPVS
Cassam glándem.

LABRAX
Sescéntos.

GRIPVS
Curculiúnculos minútos fabuláre.

LABRAX
Dabo séptingentos.

GRIPVS
Ós calet tibi: núnc id frigefáctas.

LABRAX
Millé dabo nummum.

GRIPVS
Sómnias.

LABRAX
Nihil áddo.

1325. *Priscianus inst. III p. 108, 12 H.*: curculio curculiunculus: Plautus in Rudente 'curculiunculos minutos fabulare': *unde pendet Osbernus p. 252*

1322. istęc, i *ex ras., C* indicet q' *B* 1323. LA. *om. C* Nummos *B.* nummo D^1, s *add.* D^2 tricas *F.* Trichas *B.* trichas *CDZ* (*cf. Nonius s. v.*) 1324. Quadringentos *libri: corr. Reizius* Tramas putidas, t *e corr., B* Quingentos ⌗ Cassam *B* (*) 1325. Sexcentos *libri* Curculiunculos *B.* Gurguliunculos *F.* corculiunculos *Prisciani RDHLK* fabulare credas *Osbernus* 1326. Dabos *B* Os *B* nunc id *Camerarius: et sic 'nonnulli libri' Lambini.* nungit *BCD.* num git *Z.* linguam *F et 'libri vet.' Lambini* frigefactas *Valla et 'libri vet.' Lambini.* frigede ////// factas, *4—5 litt. er., B.* frigide factas *CDFZ, 'nonnulli libri' Lambini* (*) 1327. nummum, nu *ex* mi *ut vid., B.* nummos *CFZ.* nūmos *D* Somnias ⌗ nihil addo, o

GRIPVS

Abeo igitur.

LABRAX

Aúdi.

GRIPVS

Si hercle ábiero hinc, hic nón ero.

LABRAX

Vin céntum et mille?

GRIPVS

Dórmis.

LABRAX

Elóquere quantum póstules.

GRIPVS

Quo níhil inuitus áddas:
Taléntum magnum: nón potest trióbulum hinc abésse.
Proin tú uel aias uél neges.

LABRAX

Quid istíc? necessumst, uídeo:
Dabitúr talentum.

GRIPVS

Accédedum huc: Venus haéc uolo adrogét te.

LABRAX

Quod tíbi lubet, id mi ímpera.

GRIPVS

Tange áram hanc Veneris.

LABRAX

Tángo.

GRIPVS

Per Vénerem hanc iurandúmst tibi.

LABRAX

Quid iúrem?

---

e corr., *B* GR. abeo igitur. LA. S. GR. abi igitur LA. (*sp. B*) *libri* (*) 1328. Si///hercle *B*, i *ex* l *ut vid. et* h *vel* b *ut vid. er.* Vin *et* Dormis *B* 1329. Quõ *B* 1330. tri bolum *B*. tribolum *C et cum ras. supra* r (˘ *ut vid. cr.*) *D*. triobolum *FZ* ab esse *B* 1331. Pro intu *C*. Pro in tu *B* uel *om. Z* aias *D ex corr. FZ*. alas *BCD ante corr.* Quid *B* istic? *Reizius praeeunte* istuc? *Lambino* '*ex libris vet.*' necessum est *libri* (*) 1332. Accede dum *BCD* at roget *BCD*. arroget *FZ* (*) 1333. Quod, o *ex* u, *B* libet *libri* it *B* mihi *libri* imperat *BCD: corr. FZ* Tange haram *et* Tango *B* 1334. iurandum est *libri* Quid

GRIPVS

Quod iubébo.

LABRAX

Praei uérbis quiduis. * * * * * * * * * *
* * * * id quód domist numquam úlli supplicábo.

GRIPVS

Tene áram hanc.

LABRAX

Teneo.

GRIPVS

Déiera te argéntum mihi datúrum
Eodém die, tui uíduli ubi sís potitus.

LABRAX

Fíat.
Venus Cýrenensis, téstem te testór mihi:
Si uídulum illum, quém ego in naui pérdidi
Cum auro átque argento, sáluom inuestigáuero
Isque ín potestatém meam peruénerit,
Tum ego huíc —

GRIPVS

Tum ego huic Gripo ínquito et me tángito.

LABRAX

Tum ego huíc Gripo, em, —

GRIPVS

Dic: ó Venus.

et Quod *B* iubebo *B.* iubeo *CDFZ* 1335. Praei *Z.* Prae *B.* P̄ *D.* Pre *C.* Pro *F* quidem his *F* *Lacunam significavit* 𝕾 *ad hoc exemplum:* GR. ne mihi dare uerba posse speres. LA. Quin dic quid uis. id *c. q. s.* it *B* domi est *libri* nunquam *DFZ.* numquam *C.* numqui *B* ulli *FZ.* uili *BCD* (*) 1336. Tene haram *B.* teneram *CD*[1]*:* a *suprascr.* *D*[2]. tenaram *Z* Teneo *B* deiura te (Deiura te *B.* deiurate *C*) *libri: corr. Reizius, Bentleius* mihi argentum *libri: traiecit Bothius* (*) 1337. tui uiduli *Seyffertus Stud. Pl. p. 24.* uiduli *libri* Fiat *B* (*) 1338. G *praem. DZ: del.* 𝕾 cirenensis *BCDF* testem *B.* ⌗ testorem *CD. om. FZ* testor te *F* (*) 1339. illum, il *ex* is *ut vid., D* 1340. GR. *praem. CD* Quã *BC.* quam *D.* Cum *FZ* ///// auro, au *ut vid. er., B* saluom *B.* saluum *CDFZ* 1341. (*) 1342. Tum ego huic — GR. tum ego huic 𝕾. Tum ego huic *libri, praem.* GR. *CD* gripo *B.* gripo dico *CDZ* (*post* dico *D*[3] GR. *s. v. s. sp.*). GR. grippo dico *F* metangito *C* (*) 1343. Tum ego, m ego *in ras.* (*fort. fuit* Tui nego) *B* em — GR. dic o Venus. LA. O Venus tu 𝕾. dico

LABRAX

O Venus, tu aúdias:
Taléntum argenti mágnum continuó dabo.

GRIPVS

Siquí fraudassis, díc ut in quaestú tuo
Venus éradicet cáput atque aetatém tuam.
(Tecum hóc habeto támen ubi iuráueris.)

LABRAX

Illaéc aduorsum síquid peccassó Venus,
Venerór te ut omnes míseri lenonés sient.

GRIPVS

Tamen fíet, etsi tú fidem seruáueris.
Tu hic ópperire: iam égo faxo exibít senex:
Eum tú continuo uídulum repóscito.

LABRAX

Si máxume illum míhi reddiderit uídulum,
Non égo illic hodie débeo trióbulum.
Meus árbitratust, língua quod iurét mea.
Sed cónticiscam: eccum éxit et ducít senem.

---

uenus ut tu *libri* tuaudias *C.* tu/////audias *B*, sa *ut vid. er.* (*) 1345. Siqui 𝔖. Si *libri* fraudas sis BD^1: *coni.* D^3 ut *Acidalius.* ut te *libri* quaestu, a *e corr. B* quęstutuo *C* (*) 1347. *Hunc v. ut parallelum v. 1350 secl. Vssingius* (*) 1348. Illaec aduorsum *Muellerus* '*Nachtr.*' *p. 143.* Illa (*alt.* l *ex* a *B*) negat (egat *B*) uorsum *libri* (*) 1349. sint *libri: corr. Pylades* 1350. et si *BCD* seruaris *F* (*) 1351. t^i (*i.* tibi) *F* oporire D^1. operire D^2FZ 1353. LA *D.* *om. C* maxime *libri* illum mihi *Pylades.* mihi illum *libri, sed* m^1 *s. v.* D^2 redierit *F* 1354. illic *Fleckeisenus.* illi *libri* triobulum *B.* triobolum *CDFZ* (*) 1355. Meus *ex* Mecu *incohato ut vid. D* arbitratus tungua BCD^1. arbitratus lingua D^3FZ: *corr. Lambinus praeeunte* est *Camerario* (*) 1356. contigiscam BCD^1. conticescam D^3FZ

GRIPVS. DAEMONES. LABRAX

GRIPVS

Séquere hac.

DAEMONES

Vbi istic lénost?

GRIPVS

Heus tu: ém tibi, hic habet uídulum.

DAEMONES

Hábeo et fateor ésse apud me: et, sí tuos est, habeás tibi:
Ómnia ut quidquíd fuit, ita sálua sistentúr tĭbi.
Téne, si tuost.

LABRAX

O di ínmortales: méus est. salue uídule.

DAEMONES

Tuósne est?

LABRAX

Rogitas? sí quidem hercle Jóuis fuit, meus ést tamen.

DAEMONES

Omnia insunt sálua: una istinc cístella exceptást modo
Cúm crepundiís, quicum hodie fíliam inuení meam.

LABRAX

Quám?

DAEMONES

Tua quae fuít Palaestra, ea fília inuentást mea.

Act. V Sc. 3 GRIPP' PIS DEMONES S̃ LABRAX LENO *D itemque, sed* piscator *et* senex, *FZ. unius v. sp. C. om. B* 1357. GR *praem. CD itemque postea* DE (*C saepius* DEM) *et* LA *et* GR *servant, sed hoc v.* DAE. *et* GR. *add. Fleckeisenus ep. cr. p. XXVIII: om. libri s. sp.* EQUERE *c. sp. in. et* S *in marg. B,* equere *C* leno, en *ex* ic, *D* est *Camerarius.* et *vel* & *libri* em *B.* hem *CDFZ* uidulum, ui *ex* ni *ut vid., B* (*) 1358. Dem. *om. F* aput *B* tuus *libri* 1359. quit quit *B.* quicqd *CZ.* quic qd *D.* quidẽ *F* fuit 𝔖. infuere *libri* (*) 1360. tuus est *libri: corr. Pylades* LA *D ex corr.* GR *C et D ante corr.* Odi *B.* o dii *F* immortales *libri* (*) 1361. Tuusne (Tuus ne *B*) est *libri* LA. *F.* GR *CDZ* Rogitas *B* siquidem *BC* iouis, o *ex* u, *B* est *BC. om. DFZ* (*) 1362. insunt, in *s. v. D* excepta (ce *ex* ci *D*) est *libri* 1363. quibus cum *BFZ.* quib' cum *CD: corr.* 𝔖 *duce Kienitzio de* QVI *loc. mod. p. 532 adn.* filiam, a *ex* o, *B* (*) 1364. Tua *B* palestra *CDFZ* inuentast *C ex ras. DZ.* inuenta est *BC ante ras. F*

LABRAX

Aín? bene hercle fáctumst: quom istaec rés tibi ex senténtia
Púlcre euenit, gaúdeo.

DAEMONES

Istuc fácile — non credó tibi.

LABRAX

Immo hercle, ut sciás gaudere mé, mihi trióbulum
Ób eam ne duís: condono té.

DAEMONES

Benigne edepól facis.

LABRAX

Ímmo tu quidem hércle uero.

GRIPVS

Heus tú, quasi iam habeas uídulum.

LABRAX

Hábeo.

GRIPVS

Propera —

LABRAX

Quíd properabo?

GRIPVS

— réddere argentúm mihi.

LABRAX

Néque edepol tibi dó neque quidquam débeo.

GRIPVS

Quae haec fáctiost?
Nón debes?

LABRAX

Non hércle uero.

GRIPVS

Nón tu iuratús mihi's?

1365. Ain? bene hercle 𝔖. Bene hercle *B*. Bene mehercle *CDFZ* (me hercle *C*) factum est cum *libri* istec *DF* exententia *BC* (*) 1366. Pulchre *libri* Istuc *B* 1367. me *BFZ*. mei *CD* triobulum *B*. triobolum *CDFZ* (*) 1368. eamne *C* dius *CD* codono *F* Benigne *B* 1369. Heus *B* tu quasi iam 𝔖. tu iam (tuiã *D*) *libri* (*) 1370. Propera, Quit, Reddere *B* 1371. doneque CD^1: *corr.* D^2 quicquam *libri* Quae. *B* factio es BCD^1. factio est D^3FZ 1372. Non *ter* *B* mihi es *libri* (*)

LABRAX

Iúratus sum et núnc iurabo, síquid uoluptatíst mihi:
Iús iurandum reí seruandae, nón perdundae cónditumst.

GRIPVS

Cédo sis mihi taléntum magnum argénti, perituríssume.

DAEMONES

Grípe, quod tu istúm talentum póscis?

GRIPVS

Iuratúst mihi
Dáre.

LABRAX

Lubet iuráre: tun meo póntifex peiúrio's?

DAEMONES

Quá pro re argentúm promisit híc tibi?

GRIPVS

Si uídulum
Húnc redegissem ín potestatem éius, iuratúst dare
Míhi talentum mágnum argenti.

LABRAX

Cédo quicum habeam iúdicem,
Ní dolo malo ínstipulatus sís niue etiamdúm siem
Mínus quinque et uigínti natus ánnos.

GRIPVS

Habe cum hoc.

1381 *sq. Priscianus inst. VIII p. 388, 10 H.:* similiter protulerunt tam in actiua quam in passiua significatione . . . . . stipulor . . . . . Plautus in Cistellaria . . . . actiue dixit . . . . idem in Rudente passiue dicit 'ni dolo . . . . annos natus'

1373. uoluptati est *libri* 1374. Iusiurandum *CFZ* rei seruandę *B.* rei reseruandę *CZ et* (e *pro* ę) *DF* pdendę *C.* perdende *BFZ.* p dende *D* conditum est *libri* (*) 1375. periturissime *BCDZ.* periurissime *F, editiones post Z omnes* 1376. Iuratust *B.* iuratus est *F* (*) 1377. libet *libri* (Libet *B.* licet *F ante corr.*) tum meo *BCD.* tune o *Z.* tune *F* pelurio es *B.* peiurio es *CD.* periuro es *FZ* 1378. D *s. v. s. sp.* D^2. *om. C* quã *D* (˜ *del.* D^3) Si *B* 1379. Hunc *BC.* istũ *DFZ* ei' *in fine v. cr. ante* Eius *D* iuratus *libri: corr. Lambinus in annot.* redigissem *Z* mihi dare *F* 1380. Cedo *B* qui cum *CD* iudicem *s. v. add.* D^2 1381. In *FZ* (*corr. Pylades*) neue *F.* siue *Priscianus* etiam dum *DF* (*) 1382. Minus quinque 𝕾. Quinque *libri cum Prisciano* annos natus *Priscianus* Habe *B* hoc *ex* hac *vel* hab

LABRAX

Alio opust.

DAEMONES

Iám ab isto aufer te aút miser sim, si ístunc condemnáuero. - -
Prómisistin huíc argentum?

LABRAX

Fáteor.

DAEMONES

Quod seruó meo
Prómisisti, méum esse oportet, né tu, leno, póstules
Te híc fide lenónia uti: nón potes.

GRIPVS

Iam té ratu's
Nánctum hominem quem défraudares? dándum huc argentúmst probum:
Íd ego continuo huíc dabo, hodie mé ut hic emittát manu.

DAEMONES

Quándo ergo ego benígnus erga té fui atque operá mea
Haéc tibi sunt seruáta —

GRIPVS

Immo hercle méa, ne tu dicás tua.

DAEMONES

Sí sapies, tacébis. — tum te míhi benigne itidem áddecet

1314. mnae philippicae *Pylades cum codd. vetustis Anselmi.* mnae Philippiae *Bentleius.* Philippeae minae *Reizius probante Muellero Pros. p. 248.* nummi Philippei *Guietus.* auri minae Philippi *Langenus 'Beitr.' p. 87.* (milia) Philippum *Goetzius, fortasse recte. Ceterum cf. Christius Ann. phil. XCVII p. 345, Geppertus Stud. Pl. I p. 57.*

1316. Dii omnes homines *Pylades.* Dii me hominesque *Camerarius.* Di me omnes *Weisius.* Diui homines *etiam Abraham St. Pl. p. 204 adn. Hiatum def. Fleckeisenus Ann. phil. LXI p. 52 totum v. secludens.* — bene, bene, bene ego *Bothius. Aut* bene ergo ego *aut* bene ergo hodie *Muellerus Pros. p. 741.* boni bene ego *Franckenus.*

1317. est huius *Pylades.* huiusce est *Bentleius.* huius est is *Muellerus 'Nachtr.' p. 47 adn. improbans* Profectod *quod commendarit Brandtius de gen. p. 67 post Bothium.*

1319. epiclisis *Pylades 'ex Varrone'. Cf. Turnebus Advers. XXII 30.* — cantharus gaulus cyathusque *Camerarius.* cantharulus gaulus cyathus *Bentleius.*

1320. habuisti quidem tu *Guietus.* tu quidem hercle habuisti *Muellerus 'Nachtr.' p. 137 adn.*

1324. *Ad* Quadrigentos *cf. Bacch. v. 974. 1183.* — putridas *Valla, Lambinus: cf. Ritschelius Opusc. II p. 620 sq.*

1326. num git frigefactas *Valla.* nunc git frigefactas *Alciatus.* num cid (Git *Gulielmius p. 441.* Gid *Pareus*) frigidefactas *Salmasius.* nunc id frigefactas *ex Poen. v. 760 firm. Acidalius p. 452 Brantiusque.*

1327. addo: abi. GR. igitur audi: Si hercle *c. q. s. Camerarius. V.* 1329 *idem* Eloquere hercle.

1331 *sq. Adde testimonium Donati in Ter. Eun. II 2, 21:* negat et ait contraria sunt: ut Plautus in Rudente 'uel tu ais uel tu negas'. — istuc est necessum *Pylades.* istic necessum esse *Camerarius* (*unde* quia istuc '*amicus quidam Lambini*', quin istuc *quidam apud Pareum*): istuc? *etiam Acidalius p. 452. V.* 1332 ut roget *Vssingius. De* lubēt *v.* 1333 *cf. Ritschelius Proleg. p. CLXXXIV, Muellerus Pros. p. 64. V.* 1334 iurem tibi? ‖ Quod iubeo *Pylades.*

1335. uerbis *del. Guietus,* id *Reizius Bentleiusque: cf. Muellerus Pros. p. 306. Contra verba* id quod . . . . Teneo *interpolatori tribuit Langenus Stud. Pl. p. 371. Cf. Klopschius l. s. s. p. 9.*

1336. argentum mihi *Bothius: cf. Mohrius de iamb. sept. p. 24.* mi argenti *Bentleius* (*ac dein* Talentum eodem illo die).

1337. Eodem ipso die *Pylades.* Eodem illo die *Camerarius: quo servato* ubi uiduli sies *Bothius: cf. ad v. 1336.* — illius uiduli *Muellerus* '*Nachtr.*' *p. 83.* tu uiduli *Vssingius.* per me uiduli 𝕾. — Eodem die uiduli ubi potitus sis. ‖ Fuat *Guietus. Cf. ad v. 1341 et praef.*

1338 *sqq. Cf. Spengelius de scaen. inscr. p. 295. V.* 1338 dea te *et v.* 1339 ego quem *Pylades. Post v.* 1342 *v.* 1344 *repetendum esse cum* '*certo certius*' *visum sit Meursio, Acidalius p. 453, qui olim v.* 1338 —1341 *Gripum dicere et continuo repetere Labracem coniecerat, cum I. M. Wackero singulos potius versus singulatim repetendos praef.* GR. LA. *signari voluit adstipulantibus omnibus. At v.* 1338—1341. 1344 *non aliter versibus* 1336 *sq. respondent quam v.* 1348 *sq. versibus* 1345 *sqq., ut in gravissimis tantum quae intercedunt verbis singula praeeat Gripus.*

1341. GR. Sique in potestatem is meam peruenerit. LA. Isque potestatem in meam peruenerit *Bothius.* — in postatem tuto meam *Kochius Ann. phil. CIII p. 828.* in potestatem rursum meam (*vix* in meam potestatem) *Brugmanus de iamb. sen. p. 47.* in potestatem meam per hunc 𝕾: *cf. ad v. 1337 et praef.*

1342. huiic, Gripo dico, inque et me *Bothius.* huice Gripo, inquito et me *Fleckeisenus.* huic Gripo inquito et me digito *Muellerus* '*Nachtr.*' *p. 110.*

1343. huic, huic Gripo dico, *Reizius.* huiic Gripo dico *Bothius.* huice Gripo dico *Fleckeisenus* (*ubi* dico *non quadrat, cum simul tangat Gripum*). — ut tu me audias *Pylades.* ut tu exaudias *Camerarius.*

1345. Quodsi fraudassis dic *Pylades, ubi* Et si *Acidalius,* Sed si *Bothius,* At si *Geppertus.* Si defraudassis *Ritschelius Parerg. p. 54.* — dicito uti te *Camerarius. V.* 1346 caputque atque *Guietus.*

1347. Tecum hoc habeto tamen, ubi *Pylades, Acidalius* (habeto, tamen ubi *priores*). Tecum tam tute habeto hoc *Fleckeisenus refragante Braunio Observ. gramm. p. 50.* Tecum hoc habeto tamen ut ut *Muellerus* '*Nachtr.*' *p. 143.* — *Cf. Klopschius l. s. s. p. 10.*

1348. Et illum ego aduorsum *Camerarius, ubi* Et illa ego *vel* ille ego *Reuterus,* Et eum ego *Guietus,* Illunc (*postea* Illad ego) *Bothius,* Illut ego *Fleckeisenus,* Hanc legem 𝕾.

1350. Tam fiet etsi *Bothius* (*probante Braunio l. s. p. 48*). Fiet tamen etsi *idem postea. De* mihi illum *v.* 1353 *cf. Muellerus Pros. p. 340, Brugmanus de iamb. sen. p. 24.*

1354. ego hodie illi *Pylades.* illi ego hodie *Camerarius.* ego illic

hodie *Fleckeisenus.* ego illi hocedie *Ritschelius N. Exc. Pl. I p. 93. V.* 1355 quid *Lambinus,* dingua *Pareus refutante Grutero.*

1357. istic leno, ecce (*vel* en)! *Reuterus.* leno istic est *Guietus.* — heus, heus tu: em tibi *vel* heus tu: em tibi hominem *Muellerus Pros. p. 567* (*cf. 134*). — en tibi *Fleckeisenus, quod vel contra Brixium* (*adde Ribbeckium de partic. p. 33*) *def. Geppertus 'Zschr. f. Gymn.' XIX p. 126. Ante* heus tu *Fleckeisenus ep. cr. p. XXVIII haec fere supplebat:* GR. hic ante ostium reliqueram. Sed eccillum, prope astat.

1359. ut quaeque *Camerarius.* ut quidque *Reizius, unde* infuit *Fleckeisenus: cf. ep. cr. p. XXII, Ann. phil. LXI p. 22, Muellerus Pros. p. 432, Pennigsdorfius de* QVISQVE *et* QVISQVIS *pron. ed. Hal. a. 1878 p. 18. At v. Lorenzius ad Most. v. 831 et praef.*

1360. tuus est. ⟦ Di *del.* o *Reizius, Bentleius.* — meust *Pylades.*

1361. Tuun est *Reizius.* — fuuerit *idem.* — meust *om.* tamen *Pylades.*

1363. Quibuscum, *om.* hodie, *Guietus.* quibus hodie, *om.* cum, *Fleckeisenus defendente Brixio Ann. phil. CI p. 773: idque etiam Kienitzius 'servari' posse putat l. s. s. Ceterum cf. Demelius l. s. s. p. 211.*

1365. medhercle *Guietus probante Rischelio N. Exc. Pl. I p. 99, redarguente Muellero 'Nachtr.' p. 53, Bergkio 'Beitr.' p. 90 de* quidem hercle (factum et) *cogitante.* hercle factumst *cum B etiam Muellerus Pros. p. 317* (*cf. 452*) — *atque* me *in CD ad* mei *v. 1367 in eisdem traditum spectare videtur* — *ac dein* tua ex *vel* ex tua sententia. — est factum: cum istaec tibi res *Camerarius. Cf. praef.*

1366. non facile *Reizius.* facile — non *Bothius.*

1367. Immo tu hercle *Lambiniana om. v. 1369* tu *post* Immo. — tu mihi *Fleckeisenus: cf. Spengelius T. M. P. p. 59, Darnmannus l. s. s. p. 24, Luchsius in Studem. Stud. I p. 32 mox de* Ne duis ob eam *cogitans.*

1369 uerod *Bothius* (*olim* heus *duplicans*). — iam habes *Pylades cum aliis.* iamne habes *Camerarius.* quom iam habeas *Muellerus Pros. p. 587,* iam ut habeas *Brixius Ann. phil. CXXXI p. 205 interruptam post* uidulum *orationem significantes per* propera *absolvendam. Cf. praef.*

1372 *sqq.* num tu iuratus *Pylades.* — iurabo nunc *Bothius.* — serrandae rei *Pylades. Nolui* re seruandae. *At aperte ad* perdundae *spectat* periturissime *v.* 1375 (*cf.* occisissimus *al.*) *quod spreverunt omnes. V.* 1376 quid *Pius,* istunc *Bothius.* iuratus est, *om.* mihi, *Pylades. V.* 1377 *de* peiurio *cf. ad v. 17, de re vide Pithoei Advers. subsec. I 18 p. 766, Raevardi Var. lect. II 3, Gutheri de vet. iure pontif. II 3, Romeijni spec. iurid. p. 98, Selli de except. usu qui legis act. temp. fuerit ed. Bonnae a. 1867 p. 33 sqq., al. V.* 1378 *sq.* Si istum uidulum Redegissem in potestatem eius iuratus *Pylades,* si istum uidulum In potestatem eius redegissem iuratus est *Reizius.*

1381. stipulatus *Bergkius Opusc. I p. 176 inprobante Buggio Philol. XXXI p. 258 sq., probante Lorenzio Pseudoli p. 33 adn.* (*cf. ad v. 1069*). — niue etiam dum haud *Acidalius p. 454* (ni etiamdum haut *Bentleius ad Ter. Eun. III 5, 22*). niue etiam hauddum *Reizius.* siue etiam dum *cum Prisciano Muellerus Pros. p. 662. 739, Sigismundus de* HAVD *partic. p. 228: at cf. Franckenus p. 50, Brugmannus de partic.* NI *p. 12 sq. Cf. praef.*

1382. habeas cum hoc *Guietus.* habe cum istoc *Bothius dubitanter.*

— DAE. aliost opus *Saracenus.* Aliod est opus *Bothius, Ritschelius.* Immo aliost opus *Fleckeisenus. Cf. praef.*

1383. ab isto auferre haud sciam si *Pylades.* ab isto auferre haud sinam nisi *Camerarius: ubi* te ab isto *Lambinus,* hoc te ab isto *Guietus,* te ni *Rostius Opusc. I p. 82* (*itemque, sed* nisi, *Brugmannus l. s. p. 5*), abis? Te auferre *Bothius obloquente Kampmanno de* AB *praepos. p. 8 adn. 3.* ab isto istuc auferre ausim, si *Vssingius quod ne ipse quidem intellexerit* (*cf. Seyffertus l. s. s. p. 395*). — istuc *Pius.* istum *Camerarius.*

1384 *sq.* Promisti *bis Acidalius p. 454, Bentleius. Recte ad* (Promisist)in *revocavit* inteor *corruptelam Brixius l. s. s. p. 206, ubi* Intueor *male def. Bothius* (*de* Id tueor *cogitans*). *V.* 1285 Promissum est (*et* ne ut leno) *Angelius.*

1386. Tu . . . uti non potes *Pius.* — potis *Fleckeisenus* (*ubi* seruanda est fides *add. Pylades*). — ratus *om.* es *Olsenus l. s. s. p. 17.*

1388. Id adeo ego dabo huic continuo *Brixius Ann. phil. CXXXI p. 206 sq. coni. Langeno 'Beitr.' p. 141* (*qui de* dabo med ut iam *del.* adeo *cogitaverat*) *recte improbata distinctione* dabo adeo, me ut *Holtzii, Klotzii, Braunii l. s. s. p. 34 non minus quam aliorum* dabo, adeo me ut. — med ut is emittat *Guietus.*

1389. ego erga te benignus fui *Bentleius.* ergo benignus erga te fui *Reizius probante Mahlero de pron. p. 22 sq.* ergo erga te benignus ego fui *Guietus probante Scherero de part.* QVANDO *p. 42, inprobante Mahlero. Cf. praef.* — fuui atque haec opera mea Sunt tibi seruata *Bothius* (*praeeunte* haec tibi opera sunt mea Seruata *Pylade, mox* tu *delente*). *V.* 1391 iam *pro* tum *Bothius.*

1392. nempe pro tuo *Pylades, Acidalius p. 454.* num pro tuo *Guietus.*

1394 *sqq. Lacunam ante hunc v. statuit Seyffertus Stud. Pl. p. 16: at vix est quod apte interponas, cum ad v.* 1395 *satis apte referas verba: nam non minus bene ex Daemonis quam ex ipsius lenonis habitu spem de labascente Labrace* (*an:* Labrax labascit?) *concipere potuit servus. V.* 1396 magna cum pecunia *Bothius.*

1399. tibi minitor? *Valla.* tibi mutuas (*vel* mutuam das) *Saracenus.* tibi agis *Pius* (*unde* tibi tuam *Pylades,* tu tibi tuam *Guietus*). tibi nunc * *Camerarius, ubi* commodas *add. Lambinus* (*cf. Ritschelius Opusc. II p. 123*). tibi . . . DAE. mutti modo. GR. *Bothius.* tibin ut (*vel* tibi ego) muttiam *Muellerus Philol. IX p. 741.* tibi muni uiam *Kochius Em. Pl. p. XVI.* tibi munus paras *Vssingius. Cf. praef. V.* 1400 alia credita *Valla.* aliam credam *Saracenus.* — praedam praendero *Pylades.*

1401. unum istuc. ⟦ uel *Reizius.* istuc unum. ⟦ uel tu *Lambinus* (*cf. Muellerus Pros. p. 318*). istuc. ⟦ uel *Guietus.* isto unum. ⟦ uel *Spengelius T. M. P. p. 90* (*cf. p. 72*).

1403 *sq. Verba* Tibi . . . . leno *Daemoni tribuit Bothius.* — quidem operam hic *Fleckeisenus: cf. Luchsius comment. prosod. I p. 12.* — taceto *Camerarius, unde* tu *del. Reizius.* tace. ⟦ Eho *Gruterus. V.* 1404 neque futurum fieri *Pius.* neque susurrum fieri mihi *Pylades. Cf. praef.*

1405. quanti tu illam *Fleckeisenus: cf. Spengelius T. M. P. p. 59, Darnmannus p. 24.* quanti illanc *Muellerus Pros. p. 287* (*et* tu *pro* tuam). *Ceterum cf. Christius Ann. phil. XCVII p. 347.*

1409. Liberta *Pius. De huc cf. Peinius de dat. ed. Argentor. a. 1878 p. 49 sq.*

1410. dimidio ego altero *Pylades.* dimidiod ego *Ritschelius N. E. P. I p. 78: cf. Muellerus Pros. p. 567.*

1413. habeo, Gripe, ego. ‖ hercle: at *Guietus.* Gripe, ego habeo hercle. ‖ Ast *Bothius* (*postea* habeod hercle. ‖ at). Gripe, ego habeo argentum. ‖ At *Seyffertus St. Pl. p. 15 adn. Cf. Muellerus Pros. p. 669, Brixius l. s. s. p. 207.*

1414. est *om. Reizius,* tu *Guietus, Bothius* (*olim* tist *suadens, ut hodie Leo*), *Brixius l. s. s. p. 207.* — iusiurandi *Saracenus. Cf. praeter Racvardum l. s. s. Polletiumque For. Rom. IV 13 Fleckeisenus Ex. Pl. p. 18. Ceterum v.* 1415 occidi *casu in Pareana intercidit, unde deceptus* si me suspendero *corr. Bentleius. Post v.* 1416 DAE. Quid murmurillas tecum ac te discutias *add. Valla ex Nonio l. s. s., qui haec verba* (*sed* et te discrucias) *Plauti post locum ex Rudente, non ex Rudente affert, cui etiam alii male adscripserunt.*

1423. Iam (*vel* Nunc) plausum date *Bothius antea* hodie hic *traiciens.* Vos plausum date *Muellerus Philol. IX p. 743 deletis v.* 1421 *sq. De v.* 1423 *delendo add. Hahnius Quaest. scaen. Pl. ed. Gryphisw. a. 1867 p. 47. Cf. praef.*

T. MACCI PLAVTI

COMOEDIAE

RECENSVIT

INSTRVMENTO CRITICO ET PROLEGOMENIS

AVXIT

FRIDERICVS RITSCHELIVS

SOCIIS OPERAE ADSVMPTIS

GVSTAVO LOEWE GEORGIO GOETZ FRIDERICO SCHOELL

TOMI III FASCICVLVS IV

PSEVDOLVM CONTINENS

LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

MDCCCLXXXVII

T. MACCI PLAVTI

PSEVDOLVS

RECENSVIT

FRIDERICVS RITSCHELIVS

EDITIO ALTERA A GEORGIO GOETZ RECOGNITA

COMOEDIARVM PLAVTINARVM

TOMI III FASCICVLVS IV

LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

MDCCCLXXXVII

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEVBNERI

PRAEFATIO

E quadraginta una quae olim fuere Pseudoli membranis Ambrosianis hodie deperditae sunt octo, superstites tres et triginta hae:

119. 120	= didasc. arg. II. 1—16		LXXV
341. 342	= 17— 35.	36— 54	
345. 346	= 55— 72.	73— 91	
135. 136	= 92—110.	111—130	
137. 138	= 131—142.	143—157	
351. 352	= 158—170.	171—181	
355. 356	= 182—195.	196—205	
121. 122	= 206—222.	223—234	
A. a			LXXVI
141. 142	= 263—277.	278—299	
115. 116	= 299—316.	317—334	
133. 134	= 335—353.	354—370	
139. 140	= 371—387.	388—402	
125. 126	= 403—419.	420—438	
131. 132	= 439—457.	458—476	
B. b*)			
C. c			LXXVII
165. 166	= 552—570.	571—583	
117. 118	= 584—595.	596—610	
163. 164	= 611—626.	627—644	
173. 174	= 645—662.	663—679	
123. 124	= 680—695.	696—711	
171. 172	= 712—727.	728—743	
D. d			

*) 'Qui inter v. 476 et 552 vulgo leguntur LXXVII senarii, eorum unus necesse est a paginis B. b. C. c afuerit. Qui potest aut v. 485

E. e			LXXVIII
147. 148	= 816—834.	835—853	
99. 100	= 854—872.	873—892	
145. 146	= 893—907.	907—919	
159. 160	= 919—934.	935—944	
109. 110	= 945—958.	959—975	
157. 158	= 976—993.	994—1012	
F. f*)			

395. 396	= 1049—1065.	1066—1084	LXXVIIII
G. g**)			
393. 394	= 1120—1132.	1133—1150	
405. 406	= 1151—1166.	1167—1184	
419. 420	= 1184—1200.	1201—1220	
399. 400	= 1221—1239.	1240—1256	
H. h			
397. 398	= 1282—1295.	1296—1312	

---

fuisse, aut quem delevimus post v. 543, aut illorum unus qui susceptis glossematis e singulis in binos creverunt v. 502 sq. et 523' Ritschelius.

*) 'Rursum paginas F. f non complent, qui inter v. 1012 et 1049 in ceteris libris habentur senarii XXXIII cum unius scaenae inscriptione. Vnde grave pondus eis rationibus accedit quibus, ut in tribus locis lacunam signarem singulorum versuum, 1023, 1036 et 1047 sq., motus sum . . . . . Quod autem in paginis F. f ita calculos subduxi, ut unius tantum scaenarum interstitii rationem haberem, tametsi inter v. 1012 et 1049 duarum vulgo scaenarum initia fiunt, non inconsulto feci. Etenim quam ego describendarum scaenarum sequi rationem soleo, breviter eam significatam Musei nostri philol. t. IV p. 608 sqq. ⟨= Op. vol. II p. 366 sqq.⟩: ut, ubi nova persona non prodeat, sed e pluribus una sola restet, non fiat nova scaena, sed eadem continuetur: eam rationem luculentis in hac ipsa fabula documentis firmat Ambrosiani codicis auctoritas. Qui quemadmodum sine uno intervallo superioribus continuat versus 230, 667, 1063, 1239, a quibus novas scaenas ordiri editores consueverunt, ita eundem prorsus credibile est continuasse v. 1016. 1017' Ritschelius. Ipse cum Spengelio Palatinos libros sequi malui.

**) 'Paginam . . . g cum prima pars cantici illius occuparit, quo actus IV. scaena septima continetur vulgo, non mediocrem commendationem metrorum discriptio nostra hinc accipit quod, quos nos XVII versus posuimus 1103—1119, hi adiecta personarum inscriptione iustum XIX versuum numerum examussim aequant' Ritschelius: ipse tamen huic rei minus tribuendum puto.

389. 390 = 1313 — 1326. 1326 — inscr. Rud. (?)
I. i
K. k
L. l
M. m
N. n
O. o
403. 404 = Rud.
} LXXX

Ex quibus paginis commode vel non ita difficulter expedire posse sibi visus est Loewius hasce: 99. 100. 120. 121. 122. 124. 125. 126. 133. 134. 136. 139. 140. 142. 146. 147. 148. 158. 164. 165. 166. 171. 172. 173. 174. Qamquam ne in his quidem locos difficiliores omnino deesse consentaneum est. Maiorem molestiam praebuerunt paginae hae: 110. 115. 116. 117. 119. 131. 132. 137. 145. 157. 159. 160. 163. 341. 342. 356. 389. 393. 394. 395. 398. Perdifficiles vero diverso modo reliquae sunt: 109. 118. 123. 135. 138. 141. 345. 346. 351. 352. 355. 390. 396. 397. 399. 400. 405. 406. 419. 420. Ex qua paginarum condicione lectionis maiorem vel minorem fidem pendere facile intellegitur. In apographo conficiendo Loewius praeter Ritschelianas lectiones non modo Studemundianas, sed etiam Geppertianas diligenter adhibuit: itaque has omnino omisi, illas plerumque non commemoravi, nisi ubi aliquid discrepantiae notandum fuit. Discrepantias autem lectionum a Studemundo post Loewii curas editarum, quoad eius fieri potuit, exhibui omnes, sed ut Loewii lectiones iuxta cum illis ponerem. Ceterum me in adnotatione fere eandem quam in reliquis fabulis a me et Loewio curatis rationem secutum esse, de qua in praefationibus Mercatoris et Epidici dictum est, propterea moneo, quod Schoellii mei ratio (cf. Truc. praef. p. XIII) paullulum discrepat. Quaecumque igitur puncto notatae sunt litterae, tenendum est in palimpsesto aut prorsus evanuisse aut intercidisse una cum membranae particula aut nova scriptura obductas esse. Inscriptiones paginarum sunt PSEU *et* DOLUS; DOLUS tantum apparuit in paginis 165, 171, 341; nihil apparuit in pagina 118, inscriptio deest in pag. 390, ut quae et ad Pseudolum et ad Rudentem pertineat, et in p. 119, in qua Pseudoli didascalia exarata

est (cf. Studemundus in Comment. in hon. Theod. Mommseni edit. p. 790). Quaternionis numerus in ima pagina 398 apparuit LXXXVIIII, in pagina 404 LXXX, in pagina 122 autem LXXV: *post* V numquid aliud exstiterit — Ritschelius enim LXXXVII sibi legere visus est — Loewius decernere non ausus est. Partem earum lectionum quas novas protraxit Loewius idem in Anal. Pl. p. 149—174 ipse communicavit. Novas curas quas huic quoque fabulae adhibere voluit mors disturbavit.

Codicem Veterem cum Ritschelii exemplari iterum contulit Hugo Hinck, cuius lectiones plerumque Lorenzii testimonio confirmantur: in paucissimis quibusdam iisque levissimis rebus, ubi differt Lorenzii testimonium, ex ipsa re facile cognosci potuit, utri fides habenda esset. Codicum Decurtati et Ursiniani novam collationem Schoellii mei beneficio debeo. Quae ex codice Lipsiensi et editione principe exhibui, ex Ritschelii editione, eius collatione ipsa hic illic inspecta, transcribere non dubitavi.

De vetere Pseudoli didascalia, quae una cum quindecim versuum argumento scripta est in pagina 119, explicatius dixit Ritschelius Parergon p. 283 sqq. Loewio apparuerunt haec:

M· IUNIO M· FIL PR URB

AC M

Certa sunt omnia praeter P et puncta post M utroque loco: num post AC et M aliud quid scriptum fuerit, dici nequit.

'Prologum fabulae' — de quo quae hic profero ex Ritschelii praefatione repetita sunt — 'prope totum iam ante Ambrosiani codicis aetatem intercidisse ex eo perspicitur certissime, quod pagina 120, in cuius superiore parte nihil nunc litterarum relictum est, Pseudoli versu 16 terminatur. Quodsi inscriptioni scaenae primae duos versus tribueris, uniusque praeterea intervallo a prologo ipsam fabulam distinctam fuisse putaveris*), facile intelleges ab eisdem duobus versibus prologi extremis incepisse paginam, qui in ceteris

*) Loewio teste primus paginae versus vacuus est: secuntur duo versus prologi et inscriptio, post quam unius versus interstitium est.

libris soli supersunt. Quibus qui vulgo praemittuntur XXIII versus longe ineptissimi, ei primum aut in Pii editione Mediolanensi prodierunt, ut suspicabar in commentatione 'de crisi Plautina' p. 200 [= Opusc. vol. II p. 56], aut in eo exemplo quod numero 5 signatum ibidem descripsi p. 189 sqq. [= Opusc. vol. II p. 44: hoc, non illud, verum esse Ritschelius p. 48 ipse docuit]: in quo etsi illi, quod tum nesciebam, leguntur sane, tamen de tempore quicquam definiri nequit. Nec mirum novicii supplementi etiam codices quosdam novicios participes esse: nam non in Longolii tantum 'codice Romano' illud repertum est, ut l. s. s. p. 167 [= Opusc. vol. II p. 17] dixi: qui 'codex' dubitari potest scriptusne liber an impressus interpretandus sit: sed exstat etiam in Florentino U. Eodemque spectat quod in Florentino Q duae paginae ita sunt vacuae relictae, ut in fine demum alterius duo versus illi vere Plautini scripti sint, his autem adscripta in margine Ciceronis ad famil. IX 16 narratio de Servii Clodii iudicio Plautino'.

Personarum nomina in codice Vetere in mediis sermonibus per hanc fabulam fere constanter singulis tantum litteris notantur, ut P sit pro Pseudolo, non PS., B pro Ballione, non BA. vel BAL., C pro Calidoro, S pro Simone, C pro Calliphone, H pro Harpace, CH pro Charino, C pro coquo, S pro Simia vel potius Sycophanta, et colore partim rubro partim caeruleo, non atro. 'Vnde cum postmodum demum eas esse adiectas intellegatur, minus etiam mirandi sunt tot errores in distinguendis fabularum Plautinarum personis admissi. Cuiusmodi erroris vix aliud exstat tam luculentum exemplum, quam quod in Ballionis persona cernitur in ultimam scaenam perperam invecta, a qua dubitari nequit quin illa tam sit aliena quam est patienter adhuc tolerata' [Ritschelii sunt verba]. Hoc tamen in praefatione monuisse satis erit. Ac ne reliquorum quidem codicum compendia in adnotatione ubique imitatus sum.

Ipsi autem fabulae qui nomen dedit servus utrum Pseudolus recte appelletur an Pseudulus, multum disceptatum est. De qua re cum Ritschelius proleg. p. CCCXVIII paucis ita disputasset, ut recentiorem esse contenderet *Pseudolus*

formam, quae ne rationi quidem ullo modo esset conveniens, eandem sententiam in ipsius huius fabulae praefatione contra Osannum tutatus est: *Pseudulus* formam bis esse servatam in argumento quindecim versuum: eandem prodire ex D codicis aliquot inscriptionibus, denique accedere Nonii, Servii, Charisii, Probi, Prisciani testimonia. Cum his conferantur, quae idem Opusc. phil. vol. III p. 7 (cf. 332 sq.) monuit. Contra Ritschelium Fleckeisenus Annal. vol. XCIII (a. 1866) p. 9 sqq. *Pseudolus* formam rationi nullo modo convenire negavit: testimoniis veterum eandem formam firmare studuit Seyffertus Philol. vol. XXV (a. 1867) p. 448 adn. 3, postquam iam thesi altera dissertionis a. 1864 de bacch. vers. editae hanc rem breviter attigit. A quibus disputationibus profectus cur ipse dissentiam a Ritschelio, nunc exponam. Ex testimoniis primum eximenda sunt duo, quae ex codice Ambrosiano peti solebant, cum Argumenti v. 10 aperte *Pseudolus* extet, versu autem 15, ubi legitur *seudulo, sedulo* obversatum esse librario probabile sit. Porro quod D^1 vel D^2 saepius *Pseudulus* quam *Pseudolus* habent (*u* habet I 4, II 2 D^1, II 3, II 4, IV 1, IV 2, IV 3, IV 4 D^2: *o* inscr. et subscr. D^1, I 2 rubr., V 1 D^2), ei rei propterea non multum tribuendum est, quod neque C neque B vestigium ullum huius formae exhibet, ut vix ex archetypo derivari possit. Itaque ex Plauti codicibus prodit forma *Pseudolus*, quam etiam argumenti prioris auctor firmat. Accedunt testimonia Festi, ubi nusquam *Pseudulus* extat, Plinii, fortasse etiam Donati, siquidem editionibus fides habenda est. Apud Servium Danielis praevalet *o* (ad Aen. X 727; IV 301; I 378: fluctuant libri IX 641; IX 484: *u* est X 231): ipsius Servii loco (in Aen. I 140) utraque scriptura exhibetur. Diomedes *o* et *u* habet p. 381 et p. 379, *u* p. 339. Probus qui dicitur *o* habet p. 26, 29, *u* p. 8, 16 = Mar. Plot. p. 473, 14. Prisciani libri *u* exhibent I p. 139, 12; p. 505, 2: reliquis locis utraque forma in libris est, sed ut praevaleat *u*, nisi quod *pseudolus* plerique libri habent p. 388, 9 idque in Plauti verbis ipsis. Porro *u* est apud Gellium, Porphyrionem, Charisium, Cledonium, in glossario Plautino. In Nonii

archetypo *o* praevaluit, ut ex his optimorum librorum (Harleiani et Leidensis) lectionibus, quas Luciano Muellero debeo, apparet: *o* est in utroque p. 20, 12; p. 11, 20; p. 84, 19; p. 97, 17; 84, 17 (et dolo): fluctuant libri p. 466, 25 (o *H*, u *L*); 503, 26 (o *H*, u *L*); 422, 30 (o *H*, u *L*); 184, 29 (o LH^2, u H^1); 394, 32 (o *H*, u *L*); 500, 17 (o *H*, u *L*); 423, 29 (o *H*, u *L*); 331, 29 (o *ex corr. H*, u *ex corr. L*); 170, 25 (o H^1, u LH^2); 334, 29 (o *H*, u *L*); 335, 29 (o *H*, u *L*). Quattuor locis (p. 501, 10; 227, 20; 536, 24; 164, 30) uterque codex *u* habet. Denique apud Cic. Cat. m. XIV 50 et *o* et *u* in libris est. Haec testimonia qui accuratius consideraverit, *Pseudulus* formae auctoritatem perparvam esse non poterit sibi non persuadere. Quae cum ita sint, non dubitavi, *Pseudolus* formam revocare, quippe quam ne ratione quidem prorsus destitutam esse Fleckeiseno assentiar, praesertim cum hanc formam dolosi servi indoles Romanis auribus commendasse videatur. Cf. Lorenzius Philol. vol. XXXV (a. 1876) p. 153 (cur tamen huic rei non nimium tribuendum esset exposui Anal. Pl. p. 115) et Iordanus 'Krit. Beitr.' p. 56.*)

Versuum distinctionem quam A praebet diligentissime me enotasse consentaneum est: idem de B dicendum, nisi quod in eis scaenis iambicis sive trochaicis, de quarum vera discriptione ne levissima quidem esse dubitatio posset, apparatum onerare nolui. Ne tamen quid deesset, hoc loco reliquam diversitatem ponendam esse duxi omnem. Sunt igitur initia haec (maiusculis litteris, verae discriptionis

*) De reliquis nominibus non multa habeo quae addam: nam quod de Calidori nomine et Fleckeisenus dubitavit *Calydorus* vel *Caludorus* forma commendata et Ussingius *Polydorus* coniciens, hoc certe nemo probabit, illud merito spreverunt Ritschelius et Lorenzius. Ceterum cum Ritschelio Opusc. vol. III p. 336 nomen a *Καλόδωρος* ducendum putaverim, non a *καλεῖν* et *δῶρον*, ut visum est Spengelio ('Ueber die lat. Komoedie' p. 9). Idem Spengelius ibidem p. 15 Pseud. v. 210 formam *Xystilis* vindicare conatus est, quae esset a fricando ducta, ut *Xystilis* idem significaret, quod *frictrix*. Quae sententia etsi primo obtutu admodum arridet, tamen probari vix possit. Etenim si verum est quod testatur Loewius, XYTILIS exstare in A, illud cum *Xittilis* scriptura codicum BCD vix melius coniungi poterit, quam ut Xutilis = *Ξουθιλίς* inde efficiamus. Nam in onomatologicis quaestionibus vel magis quam in aliis a librorum scriptura proficiscendum esse negari nequit.

testibus, plerumque servatis): a v. 12. *Eloquere — piter — uapulo — Supremum — certum — Cape — Mos — terę — pol — clementer — An — Immo — Immo — Tuam — At te — Quasi — Tace* — a v. 275: *Heia — Pol — Etidet* — a. v. 343: *Quomodo — Valde — Militi — Tuam — Eho — Quin tu* — a v. 470: *Age — Iam tibi* — a v. 711: *C Attuli — Charinus — Quin tu* — a v. 1000: *Imaginem — Video — Ita — Eadem — Quid — Tunes — Qui epistulam — Salutem* — a v. 1155: *Phonictume — At maturitate — Video — Mane — Quid agimus — An nescis — Edepol — Commentumst — Dedit — Pseudolus — Habes nergentum — Heus — Commune — Quam mox — Exploratorem — Adeo — Sequere — Suarum — Nam ego — Anet iam — Quotumo — Strenui — Vbi — Quid ais — Etiam ne — Sani.* Codicum CD discriptionem cum neque Ritschelius neque Schoellius ubique adnotaverit, ut quam nemo desideraturus sit, omitto.

De graeco exemplari nil constat: de cuius tempore quae protulit Usenerus Symb. phil. Bonn. p. 593 incertiora mihi videntur. Multo tamen minus intellego cur ad mediam quae dicitur comoediam fabulam revocaverit Bergkius Opusc. vol. II p. 744 et 'Beitr.' p. 141 (cf. Schoellius Anal. Pl. p. 15). Quantopere ipse Plautus hanc fabulam dilexerit, testatur Cicero Cat. m. XIV 50: 'quam gaudebat', inquit, 'bello suo Punico Naevius, quam Truculento Plautus, quam Pseudolo'.

Compositionem fabulae impeditiorem esse ex Lorenzii et Langeni disputationibus notum est. Nam etsi facile removeri possunt additamenta quaedam vel ex interpolatione vel ex diasceue repetenda, tamen non paucae difficultates restant, quas hac via expedire aut non potui aut non ausus sum. Saepius enim fit, ut aliquid turbatum esse sentiamus, via tamen emendationis incertior sit, quam cui nos fidenter committamus. Talia non semel intacta reliqui, nisi quod in adnotatione suspicionem sive meam sive aliorum paucis significavi.

De lacunis quibusdam Ritschelius sic disputavit: 'Praeter Ambrosiani indicia cum alias quasdam lacunas signavi tum v. 1187 et 1208 aliquid desideravi ad integritatem sententiae

concinnitatemque sermonum. Atque in ea fabulae parte reapse aliquid excidisse aliunde cognoscitur. Nam cum in glossario illo Plautino, cuius identidem mentio iniecta est, excerptae e Pseudolo glossae hoc se ordine excipiant: *manipulatim, alicunde, bombax, temperi, cupienter, nitidiuscule, altrinsecus, extrauersus, simitu, quotumo, rursus, saeuiter, blanditer, afflicter:* etsi reliquae voces suis quaeque locis exstant, tamen inter *quotumo* quod ad v. 1173 spectat, et *saeuiter blanditer* quae leguntur v. 1290, *rursus* illud hodie nusquam comparet.*) Huc simile quiddam accedit etiam magis singulare. In duobus enim codicibus illius glossarii, altero Scaligerano, Darmstadino altero, post *afflicter* quod e. v. 1295 petitum est sequitur *fanus.* Quod etsi quid esse dicam nescio, tamen fidem facit plura in male habitis canticis illis, in quae desinit fabula, intercidisse quam nunc assequi coniectura liceat.'

Denique habeo cur moneam, in orthographicis quaestionibus ne in hac quidem fabula me maiori constantiae operam dedisse quam in Bacchidibus: quo desiderio qui tenetur ei in editione minore quam praeparamus diligenter consuletur. Nunc plerumque satis habui, a certis quibusdam rebus si discesseris, singulis locis rariores librorum scripturas exhibere, sed ut ne usitatiores quidem expellerem, ubi consensu codicum fulcirentur.

Restat, ut addam quae dum plagulae corriguntur, et Fridericus Schoell et Oscarus Seyffert, qui ne huic quidem fabulae salutarem suam operam denegabant, mihi suppeditaverunt vel quae de meo adicere visum est.

82. 'abducturust m. cras — cras. PS. Eheu' Seyffertus. — 151. 'Nempe — ita animati estis — uincitis' coll. Poen. v. 323 idem. — 169. 'quidquid erit' Schoellius. — 201. Ambrosiani recensionem ad *staurus* spectare monuit Seyffertus. — 205. Num recte Ambrosianum secutus sim, nunc ipse dubito: reliquos libros qui sequi malet, locum sic poterit conformare: Sed nímium stultus, nímis fui || Indóctus: illinc aúdeant || Id fácere, quibus ut séruiant || Suos ámor cogit? || Vah, táce' e. q. s.

*) Cf. Opusc. phil. vol. II p. 259, ubi de traiecta per errorem voce idem cogitat (v. 871).

— 233. 'Bene iam diu ego huic et hic mihi uolumus' Schoellius. — 255. *Proh* vel *Pro* scripsi, quoniam aliquid scribendum erat: melius *Oro* Schoellius. — 273. Adde testimonium Gramm. lat. V p. 648, 16 (Macrob. Exc. Bob.): egetur idem (h. e. Plautus) in Pseudolo: 'egetur ⟨atque⟩ amatur ampliter'. — 332. 333. duo] cf. Studemundus Woelfflini Arch. vol. III p. 552, qui recte *duó* (Amph. 1138 etiam in BD *duos* esse hoc loco moneo). — 347. 'A me amicam' Schoellius. — 349. 'Qui hoc occidam odium' Schoellius. — 366. Impure. PS. Stercus (vel 'Stabulum'). CA. Caenum' Schoellius. — 396. Inter *dapsilis* et *ubi sunt ea* unius versus exitum et alterius initium intercidisse Schoellius putat. — 422. 'illi feles filiust' Schoellius. — 449. 'Iram tam in promptu' Schoellius. — 453. Adde testimonium Consentii p. 380, 28: Plautus: 'itur ad te'. — 467. 'Parum esse apud te mihi fide' (vel 'fidei') 'ipse intellego' Schoellius. — 493. 'Ephebum ut seruos' Schoellius. — 497. 498 sq. 'peccata mea sunt', 'quapropter te expertem habuerim. Quia enim mihi ‖ Pistrinum in mundo scibam, ni id faxem, fore. ‖ S. Non a me scibas pistrinum in mundo fore?' Sauppius Quaest. crit. a. 1886 ed. p. 16 sq. — 501. Scibam] 'Ita' Schoellius *Cur non* servato. — 508. 'Domi tu uiues' Schoellius. — 544. 'Quasi in libro conscribuntur' Niemeyerus l. ad v. 543b scripto. 'Quasi in libro quom conscribuntur litterae' Schoellius. — 556. 'magno multum' Schoellius. — 641. 'Magis erit saluom' Schoellius. — 681. 'Bene ubi quoi di sirunt' Schoellius. — 762. 'liquido, lepide atque' Schoellius. — 805. 'qui optumus, scitissumust' Schoellius. — 877. 'si non, ne centum quidem' Schoellius. — 931. 'O hominem lepide lepidum' Schoellius. — 1036. Signa lacunae reliqui propter argumentum, quo nixus est Ritschelius in praef.: cf. p. VI adn. Sed nolo reticere, ipsum locum etiam salvum videri posse ei, qui artis histrioniae rationem habebit. Simili ratione etiam versus 152 sqq. puto explicari posse. Omnino mihi pessuasi, artem histrioniam multo saepius in auxilium vocandam esse quam plerumque fit. — 1098. 'Cacula illam in Sicyonem ex urbe abduxit modo' Schoellius *illic* v. 1096 de Pseudolo interpretatus et ante v. 1096 lacunam esse coniciens. — 1113. 'Ego út mihi Ímperatumst, étsi abest, ‖ Ilíc adesse

erum árbitror.' Seyffertus. — 1129. 'mi improbati usui sunt' Schoellius. — 1193. 'qui ted hanc fabulam' Schoellius. — 1255. 1256. 'Quid opúst me multas ágere || Ambáges? hoc est hómini || Quam ob rém amet <etiam> uítam' Seyffertus. — 1320. 'Eheu' Schoellius.

Ienae m. Octobri a. MDCCCLXXXVII.

G. G.

T·MACCI·PLAVTI

PSEVDOLVS

M · IVNIO · M · FIL · PR · VRB ·

ACTA · MEGALESIIS

ARGVMENTVM I

Praeséntis numerat quíndecim milés minas:
Simúl consignat sýmbolum, ut Phoenícium
Eí det leno qui eúm cum relicuo ádferat.
Veniéntem caculam ínteruortit sýmbolo
Dicéns Syrum se Bállionis Pseúdolus,
Opémque erili ita áttulit: nam Símiae
Lenó mulierem, quem ís supposuit, trádidit.
Venit Hárpax uerus: rés palam cognóscitur,
Senéxque argentum quód erat pactus réddidit.

Praepostero ordine duo, qui soli superstites sunt, Plautini prologi versus in BCDFZ collocantur ante novem versuum argumentum. Illis praemittunt INCIPIT PSEVDOLVS (PSEDOLVS *D*) PROLOGVS *BCD*, Pseudolus *Z*, PROLOGVS *F*: *his* PROLOGVS *DZ*, PPOLOGVS *C*, PSEVDOLVS *B*, PLAVTI POETE CL^mI PSEVDOLVS INCIPIT *F*. Argumentum *inscripserunt Saracenus et Beroaldus, ordinem mutavit Camerarius. Cum Mercatoris exitu duos prologi versus nullo intervallo conglutinat cum aliis recentis aetatis codex bibliothecae Angelicae T. 6. 11 formae max., scriptas a Nicolao Romano comoedias XX complectens: prorsus omittit Florentinus XXXVI 37. De novicio supplemento prologi dictum est in praefatione*

Argum. I 1. Presentis *B* milles *B* 2. symbulum *Z*. simbolum *BCDF* phoenicium *FZ*. phęnicum *B*. phenicum D^1: *unde* phenic(i)um D^2. pheo nicum *C* 3. Ei BD^1Z. Ei (sibi) CD^2. Sibi *F* reliquo *libri* afferat *CDFZ* 4. caculam D^1: *unde* caculam (·i· Harpacē binomius fuit) D^2. har pacē. binominus fuit caculā *C* interuertit *B ante corr.* simbolo *DF* *Cf. Arg. II v. 14* 5. Ballionis] tabellionem *F* 6. erili ita attulit: nam *Bothius, Opitzius Stud. Lips. vol. VI (a. 1883) p. 255. 274.* erili *(praecedente duarum litt. rasura in B:* r *ex* b *D)* ita tulit nam *libri.* suo erili ita tulit. nam *Ritschelius.* erili is ita tulit. nam *Pylades.* erili ita tetulit. nam *Camerarius.* erili sic tulit: nam *Braune Observ. gramm. et crit. p. 17* Simiae *cum FZ et editoribus prioribus Studemundus 'Festgruss' p. 56.* sinimię *B*. si nimię *CD*. Simmiae *cum Bothio Ritschelius* 6. 7. nam trádidit ‖ Lenó mulierem quam is supposuit Simmiae *mavult Opitzius l. s. s. p. 246* 7. mulierēṣ *C* que missupposuit *B* 8. har pax *B*. harpax (ꝑ nom̄) *D* (ꝑ nom̄ *add.* D^2) rem *F* 9. Senex quę *B*

ARGVMENTVM II

Calidórus meretricem ádulescens Phoenícium
Ecflíctim deperíbat nummorum índigus.
Eándem miles, quí uiginti múlierem
Minís mercatus ábiit, soluit quíndecim,
Scortúm reliquit ád lenonem, ac sýmbolum,
Vt, qui áttulisset sígnum simile cétero
Cum prétio, secum auéheret emptam múlierem.
Mox míssus ut prehéndat scortum a mílite
Venít calator mílitaris. húnc dolis
Adgréditur adulescéntis seruos Pseúdolus
Tamquám lenonis átriensis, sýmbolum
Aufért minasque quínque acceptas mútuas

Arg. II in solo A manu alia scriptum (cf. Studemundus de act. Stichi temp. p. 24) plenius quam Loewius legit A. Maius: cuius supplementa adieci, errores apertos omisi 1. ÇALIDORUS *A: post eam vocem nil legere potuit Maius, post circiter 4 litterarum spatium* M *dispexit Loewius:* meretricem adulescens Phoenicium *supplet Ritschelius,* scortum iuuenis Phoenicium *Maius: res incerta, cum post* Calidorus *nec* meretrice *nec* scortu *loco conveniat* 2. ECFLICTIM *probabilius esse quam* EFFLICTIM *censet Loewius* DEPERIBAṬ *et* ỊNDIGUS *A* 3. MULỊEREM *(incerta septima littera) A* 4. MỊNIS *A* *De* abit *videtur cogitare Loewius Anal. p. 153* soluit *Ritschelius.* ABSOḶUIT *A* quindecim. Scortum *Maius* 5. RẸLIQUỊD *A* ḶENONEM *A* 6. SỊGNUMSIMỊLE *A* 7. ÇỤMPRAETIO *A* MULIEREM *legit Maius: cuius vocis umbram tantum dispexit Loewius* 8. MISSUS *Maius: eiusdem vocis umbram vidit Loewius* ut prehendat *Bugge Philol. vol. XXXI (a. 1872) p. 251.* ADPRAEHENDIT *A.* ad prendendum *Ritschelius et, nisi quod* praehendendum, *Maius.* ad repetendum *Opitzius l. s. s. p. 226* SCORTUAMILITE *Maius legit:* S . . . . AMILITE *Loewius* 9. *Post* MILITARIS *nil legit Loewius,* HUNC *Maius: unde* hunc dolis *Bugge Philol. vol. XXXI (a. 1872) p. 251, itidem Bergkius Op. vol. I p. 675.* eum dolis *Ritschelius.* hunc artibus *Maius* 10. ADULISCENTIS *A* SERUUS *A* Adgreditur seruos adulescentis *Opitzius l. s. s. p. 205 adn.* 11. ṬAMQUAM *et praeter umbras quasdam vocis* LENONIS *nihil legit Loewius: reliqua suppeditat Maius* 12. Aufert *Maius.* ẠDFERT *A* Minasque *Ritschelius.* MINAS *A* ACCEPTASMUTUAS *A teste Maio: post*

Dat súbditiuo cáculae cum sýmbolo.
Lenónem fallit sýcophanta cácula:
Scortó Calidorus pótitur, uino Pseúdolus.

ACC *nil certi legere potuit Loewius* 13. subditiuo caculae *Ritschelius.* SUBDITICIOCACULAE *A.* caculae subditicio *post Ritschelium praef. p. VII Bergkius 'Beitr.' p. 114 adn., ut alios taceam: at cf. Loewius Anal. p. 150, Opitzius l. s. s. p. 223* CUMSYMBOLO *Maius, Ritschelius: post* C *praeter incertas reliquias litterarum* UM *nihil legit Loewius* 14. sycophanta cacula *Ritschelius.* SECOPHANTACIECACULA *A testibus Maio et Ritschelio:* SECOPHANTA . . . ACULA *A teste Loewio: unde* sycophantans cacula *idem Anal. p. 150.* sycophanta eo cacula *Opitzius l. s. s. p. 224: ubi* soecophanta *Ribbeckius proposuit.* căcula sycophantice *Seyffertus de vers. bacch. thes. 6, Bergkius 'Beitr.' p. 114 adn.: cf. v. 13 et Ritschelii praef. p. VII* 15. CALYDORUS *A* uino Pseudulus *Sauppius Quaest. Pl. p. 3.* UIUOSEUDULO *A teste Maio:* SEUDULO *etiam Loewio apparuit, qui Anal. p. 151* uinum Pseudulo *proponit.* ludo Pseudolus *Schoellius coll. Stich. arg. v. 7.* auro Pseudolus *Bergkius 'Beitr.' p. 114 adn.* saluo Pseudulo *Ritschelius.* astu *(vel* fraude*)* Pseuduli *Maius*

PERSONAE

PSEVDOLVS SERVOS
CALIDORVS ADVLESCENS
BALLIO LENO
LORARII
MERETRICES
SIMO SENEX
CALLIPHO SENEX
HARPAX CACVLA
CHARINVS ADVLESCENS
PVER
COCVS
SIMIA SYCOPHANTA

PROLOGVS

* * * * * * *

* * * * * *

* * * * * * *

* * * * * *

Expórgi meliust lúmbos atque exsúrgier:
Plautína longa fábula in scaenám uenit.

Prologi (in A nullo intervallo ab ipsa fabula distincti: de reliquis libris cf. ad Arg. I) v. 1. EXPORGI *A, Scutarius.* Exporci *BCDFZ* MELIUST *A, Pius.* melius *BCDZ.* metuis *F* EXSURGIER *ex A Geppertus Stud. Pl. II p. 62, Loewius Anal. p. 149 sq., uti iam Beroaldus.* exsurger *BD.* exurger *CFZ.* exsurgere *cum Pareo Ritschelius Cf. Baier de Pl. fab. rec. Ambr. et Pal. p. 144* 2. lo^{n}ga *C* SCAENAM *A.* scenam *reliqui* UENIT*(incerta* T*) A* *Ex prologo petitum esse fragmentum quod servavit Rufinus p. 561, 2 (ed. Keil.):* Sisenna in commentario Poenuli . . . in Pseudulo sic: 'Malai διαίρεσις metri causa' *coniecit Ritschelius Parerg. p. 375* *Perditorum sententiam hanc fuisse conicit Acidalius:* 'Abiicite iam malas curas, ut otiosi nobis operam hodie detis. Si qui autem negotiosi sunt, eos exsurgere atque abire melius est: nam longa fabula in scenam agenda venit': *quem contra Ussingius putat prologum esurientes abire iussisse coll. Poen. 5 sq.: adde Henricum Schenkl Stud. Pl. p. 56, qui negat hos versiculos prologi esse ultimos*

ACTVS I.

PSEVDOLVS. CALIDORVS

PSEVDOLVS

Si ex té tacente fíeri possem cértior,
Ere, quaé miseriae té tam misere mácerent,
Duorúm labori ego hóminum parsissém lubens:
Mei té rogandi et tís respondendí mihi.

3—6. *Gellius N. A. XX 6, 8:* . . . 'Mei' autem casus interrogandi est, quem 'genetiuum' grammatici uocant, et ab eo declinatur, quod est 'ego'; huius deinde pluratiuum est 'nos'. 'Tui' aeque declinatur ab eo, quod est 'tu'; huius itidem pluratiuum est 'uos'. Sic namque Plautus declinauit in Pseudulo in hisce uersibus: 'si . . . mihi' 5. 6. *Non. p. 501, 1:* Genetiuus pro datiuo . . . Plautus . . . idem Pseudolo: 'duorum . . . mihi' 5. *Diomedes p. 368, 3:* . . . sed

Act. I scaen. 1 PSEUDOLUS CALY*(vel* I*)*DORUS *A.* P PSEVDOLVS C CALYDORVS *et infra haec in novo v.* SERVVS ADVLESCENS *B.* PSEVDOLVS SERVVS CALYDORVS ADOLESCENS *C.* PSEVDOLVS *(*PSEDOLVS *D)* CALLIDORVS *DFZ, sed sequente versu vacuo D* 3. P *praem. B,* PSE *CDZ* SIEXTE *A.* Siexte *B* CERTIOR *A.* cercior *B* 4. quę *B.* que *C* miseriae te tam *Z cum A.* miseria te tam *F.* miseria & etam *B.* miseria et ‖ Eam *D.* misera eam *C* miserie ⁊ āmisere *Gellii cod. Q:* miserie ⁊aminiserae *eiusdem cod. Z* misere macerent *Gellius cum A.* miserem acerant *B.* misere macerat *F.* misere macerant *CDZ* 5. Duum *Pareus* hominem *Nonius et Diomedes* PARSISSEM *A.* parsissem *ex* parissem *B.* arsissem *Z* lubens *Z cum A et Gellio Nonioque.* libens *BCDF, Diomedes* 6. Mei te *(*Meite *B)* rogandi *BCDZ cum A et Gellio (*ter rogandi *cod. Q.* terrogandi *cod. Z).* Mei interrogandi *F.* me interrogandi *Nonius: cf. Reblinius de Nonii Marcelli locis Pl. p. 25, Caesar de Pl. memoria apud Non. servata p. 34, 107.* Mis te rogandi *Popma de usu ant. loc. I 10, fortasse vere Ritschelio iudice* et tis *Vossius de Anal. IV 4.* et tui tis *libri Gellii (omissis quisquiliis).* et te *(*ette *B) BCD.* ETUI*(incerta* I*) A.* et tui *FZ, Nonius: cf. praeter Reblinium et Caesarem Lorenzius Philol. vol. XXXV (a. 1876) p. 154 sqq.* responde *Gellii cod. X* MIHI *A*

Nunc quóniam id fieri nón potest, necéssitas
Me súbigit ut te rógitem. respondé mihi:
Quid ést quod tu exanimátus iam hos multós dies
Gestás tabellas técum, eas lacrumís lauis,
Neque tuí participem cónsili quemquám facis?
Elóquere, ut quod ego néscio, id tecúm sciam.

CALIDORVS

Miseré miser sum, Pseúdole.

PSEVDOLVS

Id te Iúppiter
Prohibéssit.

CALIDORVS

Nihil hoc Ióuis ad iudicium áttinet:
Sub Véneris regno uápulo, non súb Iouis.

PSEVDOLVS

Licét me id scire quíd sit? nam tu me ántidhac

---

et parsi legimus . . . Plautus: 'labori . . . libens' 10. *Diomedes p. 381, 12:* nam lauo lauas nos dicimus, illi lauis, ut Plautus in Pseudolo: 'gestas . . . lauis' *Priscianus IX p. 471, 2:* lauo laui, quod antiqui tertiae quoque coniugationis declinatione proferunt, lauo, lauis, lauit. Plautus in Pseudulo: 'gestas . . . lauis' *Non. p. 503, 37:* Lauit pro lauat . . . Plautus Pseudolo: 'eas . . . lauis' *Idem p. 466:* Lauere . . . Plautus Pseudolo: 'eas . . . laui' *Servius Danielis in Verg. Aen. X 727:* ergo 'lauitum' et 'lauit', sicut Plautus in Pseudolo: 'easque . . . lauis', id

---

7. quo̅ (with ~) *B* POTEST *A* NECESSITAS *A.* necesitas *C* 8. SUBI(*vel* E)GIT *A.* subigit (*g ex* it) *D* ROGITEM *A* RESPONDE *A* 10. tecum *om. codd. Diomedis et Prisciani* easque *Serv. Dan.* LACRUMIS *A.* lacrimis *BD, Serv. Dan., Nonius p. 466, Diomedes, Priscianus.* lac(r)imis *C.* lacrimas *Nonius p. 503.* lachrymis *FZ* laui *Nonius p. 466* 11. NEQ· *A* consilii *BCDFZ cum A* 12. ELOQUERE *A* id *om. A, Ritschelius* 13. misere (ad ũbiũ *m. 2 add.*) *D.* misere aduerb̄ *C* ipseudole *ante ras. B* IUPPITER *A.* Iup piter *B.* iupiter *F* 14. PROHIBESSIT *A.* Pro hi bes sit *B.* ꝓhibes sit *C.* ///ꝓhibes sit (*er.* ꝓ) *D* nil *F* IUDICIUM(*incerta* D) *A* iuditium *D.* iudic(i)ũ *C* 15. UENERIS *A* uapulo (p *ex* s *ut vid.*) *C* IOUIS *A* 16. PS.] C *B* Licet me *cum A libri, Brixius Nov. ann. vol. CXV (a. 1877) p. 329.* Licetne *Ritschelius cum Dousa fil.* id *om. A, ut v. 12* tu meant (· ante) id hac *B.* tu meant id hac *C.* tumeant id hac (i· ante hac *add. m. 2*) *D.* tu me antehac *F.* TUMEOANTIDHAC (*in* E *tantum punctum supra additum certum*) *A: unde* med antidhac *omisso* tu *Bugge*

Suprémum habuisti cómitem consiliís tuis.

CALIDORVS

Idem ánimus nunc est.

PSEVDOLVS

Fáce me certum, quíd tibist:
Iuuábo aut re te aut ópera aut consilió bono.

CALIDORVS

Cape hás tabellas: túte hinc narrató tibi,
Quae mé miseria et cúra contabéfacit.

PSEVDOLVS

Mos tíbi geretur. séd quid hoc, quaesó?

CALIDORVS

Quid est?

PSEVDOLVS

Vt opínor, quaerunt lítterae hae sibi líberos:
Alia áliam scandit.

CALIDORVS

Lúdis me ludó tuo.

est umectas 17. *Fest. p. 305 ed. M.:* Supp[remum modo significat] summum ut [cum dicit . . . . .] 'suppreme bel . . . . . potens'. Plautus: ['me antidhac suppre]mum habuisti se[mitem consiliis] tuis'*: pro* se *Leidolphus de Festi et Pauli locis Pl. p. 334 duce Lorenzio* socium *proposuit*

'Tidskrift f. Phil.' vol. VII p. 33: cf. Bergkius 'Beitr.' p. 40 17. SUPREMUM *A.* suppremum *Festus: cf. Ritschelius Opusc. vol. II p. 527.* supremũ (·i· sũmũ *add. m. 2) D* *De* comitem *dubitat Lorenzius in appendice: cf. testim.* 18. CAL.] P *B* EST *A* PSE. *om. B sine spatio* FACEME *A.* Fac me *reliqui, Ritschelius* qud (i *sup. scr.*) *C* TIBIST(T *extrema incerta) A.* tibist *D.* tibi st *BC.* tibi sit *FZ* 19. IUBABO *A.* iubo (ua *sup. scr.*) *C* aut re te *Ritschelius (cf. Nov. exc. p. 71).* aut re *libri.* te aut re *Camerarius, Hermannus Epit. d. metr. p. 34.* aut red *Loewius Anal. p. 152. an* ted *sine* aut*?* Aut re iuuabo *transposuit Bothius. frustra fuere Schneiderus gramm. lat. I p. 146, Lingius de hiatu p. 43, alii* AUTCONSILIO *A* N̄ *in marg. D* 20. narrabo *F* 21. Quę *BD* me *sup. scr. B* 22. TIBI *A* qui hoc *D: idem ex* q, hoc *C* queso *B* EST *A* 23. querunt *BD.* quaer̃ *C* LITTERAE *A.* lit terę *B.* littere *D* hę *D.* he *C.* haec *Bothius: cf. Schmidtius de pron. demonstr. form. p. 45, Studemundus Nov. annal. vol. CXIII (a. 1876) p. 61, Luchsius de gen. p. 53* 24. Alia aliam *cum A exhibent BDFZ: cf. Kiesslingius Mus. Rhen. vol. XXIII (a. 1868) p. 411 sq.* aliã aliã *C.* Aliam alia *Ritschelius* LUDISIAM *A, Loewius Anal. p. 152.* Ludin me *Ritschelius* TUO *A.* meo *Scaliger*

PSEVDOLVS

Has quídem pol credo, nísi Sibulla légerit,
Intérpretari nátum posse néminem.

CALIDORVS

Cur ínclementer dícis lepidis lítteris,
Lepidís tabellis, lépida conscriptís manu?

PSEVDOLVS

An, ópsecro hercle, habént quas gallinaé manus?
Nam has quídem gallina scrípsit.

CALIDORVS

Odiosús mihi's.
Lege uél tabellas redde.

PSEVDOLVS

Ímmo enim péllegam.
Aduórtito animum.

CALIDORVS

Nón adest.

PSEVDOLVS

At tú cita.

---

25. CREDO *A* SIBULLA *A*. sibilla *CD*. sibylla *BFZ* LEGERIT *A* 26. INTERPRAETARI *A* natum posse *Brixius Nov. annal. vol. CXV (a. 1877) p. 327.* alium posse *libri, Lingius p. 13, alii.* potis esse alium *Ritschelius.* alium potesse *Camerarius.* Alium potesse interpretari *transponit Bothius.* hominem *intercidisse putat Muellerus Pros. p. 500.* haud alium posse *Niemeyerus de Pl. fab. rec. dup. thes. 4.* ere, alium posse *Sigismundus de HAUD p. 244* NEMINEM *A* *Ceterum uno v. conclusa verba* Posse neminem . . . lepidis literis *in C collocantur post v. 32 in fine paginae, sed notis* d h *et lineola additis ad suum locum revocantur* 27. QUR *A (cf. Studemundus 'Ueber zwei Parallelkom.' p. 51)* in clementer *B.* clem̃ter *C* LITTERIS *A.* literis *C* 28. LEPIDIS *A* conscriptis *ex* conscriptã *C* 29. PSE. *Z: om. reliqui* obsecro *libri praeter A* HABENTQUAS *(litteris* NT *incertis) A.* habentque *FZ.* habent que *BCD.* habent quoque *Pylades.* habentne *Bentleius, Muellerus Addend. ad pros. Pl. p. 70. idem vel* An habent quas obsecro hercle gallinae *Brugmanus 'Quemadmodum . . . consociarint' p. 12, Prehnius Quaest. Pl. de pron. indef. p. 23* 30. GALLINAS *A* ODIOSUS *A* MIHIES *A.* mihi es *reliqui* 31. TABELLAS *A* enim] etiam *Ritschelius in margine.* enim iam *Muellerus Pros. p. 666* PELLE*(vel* I*)*GAM *A.* Pellegam *iteratum in marg. alia m. D* *Ceterum in v. 31—32 ante* Immo *et* At C *rubro colore pictum pro* P *B* 32. ADUORTITO *A* ADEST *A* Attucita *B* 32. 33. CA. Non adest: at tu cita. PS. Enim ego citabo? CA. Tu *c. q. s. Acidalius*

CALIDORVS

Immo égo tacebo: tú istinc ex cerá cita.
Nam istíc meus animus núnc est, non in péctore.

PSEVDOLVS

Tuam amícam uideo, Cálidore.

CALIDORVS

Vbi east, ópsecro?

PSEVDOLVS

Eccam ín tabellis pórrectam: in cerá cubat.

CALIDORVS

At té di deaeque, quántumst . . .

PSEVDOLVS

Seruassínt quidem.

CALIDORVS

Quasi sólstitialis hérba paulispér fui:
Repénte exortus súm, repentino óccidi.

PSEVDOLVS

Tace, dúm tabellas péllego.

CALIDORVS

Ergo quín legis?

38. *Cf. Auson. p. 55, 41 sqq. ed. Peip.:* Solstitialis Velut herba solet Ostentatus Raptusque simul *e. q. s.*

33. CA. *om. CD* TUISTINC *A, Bothius.* tu hinc *BCDFZ, nisi quod* hic *C.* tu hinc quidem *Pylades.* tu hinc eum *(cui praestabat* tú eum hinc*) Camerarius.* tute hinc '*nescioquis*' *teste Ritschelio* 34. non *om. C* IN *A* inpectore *(i ex* e*) D* 35. CALYDORE *A cum BC* EAEST *A.* ea est *BZ* obsecro *libri praeter AB V. 36. 37 in margine ex parte B habet eadem manu scriptos, et prima quidem verba* Eccam intabellis porrec(tã) *in loco fortiter raso, abscissis nunc in altero versu eis litteris quae sunt inter* quan *et* Seruassint 36. C *praem. B* cera] cęita *D* cubat *BCDFZ.* ADCUBAT *A: cf. Baier de Pl. fab. rec. Ambr. et Pal. p. 156* 37. CA. *om. B* dii *FZ* deeque *D* quantumst *F.* quantust *CD.* quantus es *Z.* QUANTUMEST *A* PS. *FZ. spat. CD Post* Seruas sint *iterum spat. CD* 38. CA. *om. CD* solsticialis *BDFZ.* sol sticias *C* FUI*(litteris* UI *incertissimis) A.* fui *BF.* frui *CDZ* 39. repentino] repente *B* 40. lapellas *B* pelligo *BCD.* pellego *FZ cum A (ubi utrum* pellego *an* pelligo *sit dubitat Studemundus* '*Ueber zwei Parallelkom.*' *p. 53)* perlego, ergo. CA. quin *Bothius* quin] quum *Z* LEGIS *A*

PSEVDOLVS

'Phoenícium Calidóro amatorí suo
Per céram et lignum lítterasque intérpretes
Salútem inpertit ét salutem ex te éxpetit,
Lacrumáns titubantique ánimo, corde et péctore.'

CALIDORVS

Perií: salutem númsquam inuenio, Pseúdole,
Quam illí remittam.

PSEVDOLVS

Quám salutem?

CALIDORVS

Argénteam.

PSEVDOLVS

Pro lígnean salúte ueis argénteam
Remíttere illi? uíde sis quam tu rém geras.

CALIDORVS

Recitá modo: ex tabéllis iam faxó scies,
Quam súbito argento mi úsus inuentó siet.

---

42. *Auson. p. 273, 19 ed. Peip.:* signaui autem, non, ut Plautus ait, 'per . . . interpretes', sed per poeticum characterem

41. salutat:o *adscriptum* D^2 *mrg. (h. e.* salutatio*)* PHOENICIUM *A.* phoenicū (i *superscr.*) *C.* phenicium (ꝑ nom̃ *add.* D^2*) D* calydoro *CDZ cum A.* callidoro *F: correxit iam Bentleius* 42. ET *A* lignum *cum Ausonio Muretus Var. lect. IX 6, Kiesslingius Mus. Rhen. vol. XXIII (a. 1868) p. 412.* linum *BCDFZ cum A, Dousa Expl. II 24, Ritschelius* litterasque *et post eam vocem lacunam e rasura vocis* inpretis *(!) B.* literasque *CD* INTERPRAETES *A.* interpretis *B* 43. INPERTIT *A.* mittit *reliqui, Ritschelius: cf. Studemundus ind. Gryphisw. a. 1870/1 p. 15 et Baier l. s. s. p. 150* EXTEEXPETIT *A testibus Studemundo et Loewio, nisi quod huic de litteris* EX *primis dubitari posse videbatur.* abs te *(*abste *BD)* expetit *(*expetit B^2*:* expectat B^1*) BCDFZ, Ritschelius: cf. Studemundus* 44. LACRUMANS *A.* Lacrimans *BCD.* lachrymans *FZ* titubantique *Ritschelius.* TITUBANTI *A.* titubanti *BCDFZ.* et titubans *Sauppius Quaest. Pl. p. 4.* et titubanti *Muellerus Pros. p. 500.* titubantid *Ritschelius Nov. exc. p. 73* ANIMO *A* titubanti et animo et *Pareus* CORDEET *A, post quas litteras nihil Loewio in A apparuit* 45. PERII *A.* Peri *B* SALUTEM *A* nusquam *e* nunquam *B* INUENIO *A* ipseudole *BD* 46. ILLIREMITTAM *A* ARGENTEĀ *A* 47. *Pers. notam om. B* lignean *B cum A.* ligneā *C.* lignea *DFZ.* linea *Saracenus* uis *libri praeter A* ARGENTEAM *A* 48. ILLIUIDE *A* 50. mihi *libri cum A* SIET *A*

PSEVDOLVS

'Lenó me peregre míliti Macédonio
Minís uiginti uéndidit, uoluptás mea.
Et príus quam hinc abiit quíndecim milés minas
Dederát: nunc unae quínque remorantúr minae.
Ea caúsa miles híc reliquit sýmbolum
Expréssam in cera ex ánulo suam imáginem:
Vt, qui húc adferret éius similem sýmbolum,
Cum eó simul me mítteret. ei reí dies
Haec praéstitutast: próxuma Dionýsia.'

CALIDORVS

Cras éa quidem sunt: própe adest exitiúm mihi,
Nisi quíd mihi in test aúxili.

PSEVDOLVS

Sine péllegam.

---

51. epistola D^2 *mrg.: cf. ad v. 64* perege *C* milicia *B* MACEDONIO *A, Bentleius, Scriverius.* macedonico *BCDFZ* 52. uiginti] ·XX· *C* uendidit uoluptas mea *BCDFZ.* MEAUOLUPTASUENDI*(vel* E*)*DIT *A, Ritschelius. cf. Baier p. 169* 53. Et] Ei *Ritschelius* HINC *A* abiit *F cum A, Pylades.* abit *BCDZ* 54. DEDERAT *A* unaequin quere morantur *B* qunq; *C* minę *BD* 55. EACAUSS *et suo loco* LIQ *A* reliquid (t. *supra*) *C* symbolum (v *supra*) *B.* symbolum *Z.* simbolum *CDF* 56. *In A* X *incerta* et L *apparuerunt (*ex anulo*)* cęra *D* annulo *Z* 57. QI*(vel* T *vel* E*)*QUI *visum est Loewio in A exstare: reliqua legi non potuerunt* afferret *F* symbolum *Z.* symbulum *B.* simbolum *CDF* 58. *Dubia vestigia litterarum* CUMEO *apparuerunt in A* Cum eo simul me mitteret ei rei dies *FZ.* Qum eo simul me mittere te ire id ies *B.* Cum eo simul me mittere; ei rei dies *CD.* Cum eo simul me leno mitteret. ei rei dies *Ritschelius, qui in adnotatione* Cum eo me simitu *proponit coll. v. 1012.* Cum eo simitu mitterer: ei rei *Sauppius Quaest. Pl. p. 4* 59. HAE *apparuerunt in A* haęc *C* praestituta *(*prestituta *B)* est proxima *BCDFZ* dionisia *D.* dionisa (i *supra*) *B.* diosia (n *supra*) *C* praestitutast: proxuma *Sauppius Quaest. Pl. p. 4, Muellerus Pros. p. 4.* praestitutast proxuma ad *Ritschelius.* praestitutast proxumā, *Fleckeisenus Misc. crit. p. 17. a* proxumā *facit pendentem vocem sequentem (acc.) Usenerus Symb. philol. Bonn. p. 594* 60. CRASEAQUIDEM *et* TIUMMIHI *(ita ut personae spatium videatur fuisse nullum) A* CA. Cras ea quidem sunt: prope *Taubmannus, Pistorem et Acidalium secutus.* PS. Cras ea quidem sunt. CA. Prope *BCDZ et omisso* PS. *F* ad est *B* exitū (i *supra*) *C* 61. NISIQUIDMIHIINTEESTAUXILI‡SINEPELLE*(vel* I*)*GAM *A* mihi in te *(*inte *BD)* est *BCDFZ.* mi in ted est *Ritschelius* auxilii *libri praeter A* pellegam *FZ.* perligam BCD^1. perlegam D^2

CALIDORVS

Sino: nám mihi uideor cúm ea fabulárier.
Lege: dúlce amarumque úna nunc miscés mihi.

PSEVDOLVS

'Nunc nóstri amores, móres, consuetúdines,
Iocus lúdus, sermo suáuisauiátio,
Conpréssiones ártae amantum cónparum,
Tenerís labellis mólles morsiúnculae, 67a
Nostrórum * * * * * * * * 67b
Papíllarum horridulárum oppressiúnculae:
Harúnc uoluptatum mi ómnium atque itidém tibi

68. *Nonius p. 422, 25:* horridum plerumque exstans et prominens et erectum . . . Plautus in Pseudolo: 'papillarum . . . oppressiunculae'

62. SINONAMMIHIUIDEORCUMEAFABULARIER *A* Si nonam D^1: *corr.* D^3 cum ea *F cum A.* quom ea $D^3 Z$. quo mea BCD^1 63. LEGEDULCEAMARUMQ·UNANU *apparuerunt in A* P *praem. B, vacuum spat. C* amarum que *B* mis ces *C* 64. NUNCNOSTRIAMORESMORES *apparuerunt in A* ad huc epi D^2 *mrg.: cf. ad 51. 73* *Personae notam om. B* 65. LOCILUD*(vel* S*)*USSERMOSUAUISUAUIATIO *A* locus *D* se^r^mo *D* suauisauiatio *Ritschelius in adn. coll. Bacch. v. 116. 120.* suauis sauiatico *B.* suauis sauiatio *CDFZ, Ritschelius.* sauisauiatio *Bergkius Opusc. I 145.* suauisuauiatio *cum A Studemundus Herm. vol. I (a. 1866) p. 297* *Versum huc peius quadrare quam loco Bacch. vidit Kiesslingius Symb. philol. Bonn. p. 835* 66. Conpressiones *solus B.* compressiones *CDFZ cum A* artae *Lipsius Ant. lect. IV 4.* arctae *codd. Pylades, Beroaldus.* ARTE*(*TE *incertissimis) A.* arte *reliqui* amantum comparum *Lipsius e 'Vaticanis'.* amantium comparum *CD.* AMANTUMCORPORUM *A.* amantum corporum *B.* amantium comparatę *FZ* 67^a. TENERISLABELLI *et* UNCULAE *apparuerunt in A* 67^b. *Accessit ex A, in quo sic est teste Studemundo Herm. vol. I (a. 1866) p. 296:* NOSTRORUMORGIORUM . . . . IUNCUL . .: *contra sic Loewio teste:* NOSTRORUM . . . . . . UM . S *(*S *dubia)* . . . . . . UNCULA .: *unde profectus idem Anal. Pl. p. 153 hoc conicit:* Nostrorum femorum conduplicatiunculae, *simul de* osculatiunculae *cogitans.* cantatiunculae *vel* saltatiunculae *Georges 'Jahresberichte' a. 1877 vol. III p. 339. contra a Studemundi lectione profectus* Nostrum órgiorum pálpitatiúnculae *Lorenzius append. p. 251 simul de versibus 67^a—68 sic transponendis cogitans: 67^b. 68. 67^a: versum eicit Baier l. s. s. p. 128 sq.*

68. PAPILLARUMHORRIDULARU *et* UNCULAE *apparuerunt in A* oppressiunculę *BD.* oppressunculae *F* 69. HARUNC *A, Bothius.* Harum *reliqui, Ritschelius: cf. Studemundus Nov. ann. vol. CXIII (a. 1876) p. 60* UOLUPTATUMMIHI *A cum reliquis.* mihi uoluptatum *Ritschelius cum Pylade* OMNIUMATQ· *A* itidem *FZ.* IBIDEM *A.* ibidea *BD.* ibi^d^ca *C*

Distráctio discídium, uastitiés uenit,
Nisi quaé mihi in test aút tibist in mé salus.
Haec quaé ego sciui ut scíres curaui ómnia:
Nunc égo te experiar quíd ames, quid simulés. uale.'

CALIDORVS

Est mísere scriptum, Pseúdole.

PSEVDOLVS

O misérrume.

CALIDORVS

Quin flés?

PSEVDOLVS

Pumiceos óculos habeo: nón queo
Lacrumam éxorare ut éxpuant unám modo.

CALIDORVS

Quid itá?

PSEVDOLVS

Genus nostrum sémper siccoculúm fuit.

CALIDORVS

Nilne ádiuuare me aúdes?

70. *Nonius p. 184, 24:* Vastities et uastitudo et uastitas, horror et desertio et contagium. Plautus Pseudolo: 'distractio . . . uenit'

70. DISTRAÇTỊODỊSCIDỊU *et* NIT *in A apparuerunt Loewio, etiam* AU . . . . . . S *(*austities *pro* uastities*) Studemundo apud Caesarem de Pl. mem. apud Non. serv. p. 106* dissidium *Z* uastities *B, Nonius.* uasticies *CDZ.* uastigies *F* 71. ṆISIQUAEMỊHỊỊNTẸ *et* INMẸSẠLỤṢ *in A apparuerunt* quẹ *BD* mihi *(*m̃ *F)* in te ẽ *(*intest *Z)* aut tibi ẽ *FZ.* mihi intestauit ibi est *BCD.* mi in ted est aut tibist *(cf. v. 61) Ritschelius* 72. HAẸÇQUAEEGOṢCỊUỊUṬSCIRESÇURAUỊOṂNIA *A* Hęc quę *B* sciui *FZ cum A, Sauppius Quaest. Pl. p. 5.* scibi *BCD.* resciui *Bergkius Opusc. I p. 127.* scio tu *Fleckeisenus.* conscripsi *Ritschelius* 73. NU *et* Q, *dein altera* Q *et dubia* M *apparuerunt in A* te] re *Scioppius Susp. lect. III 15, Bentleius* simimules *B* huc usq; *adscriptum* D^2 *mrg.: cf. ad v. 51* 74. *Nihil apparuit in A* miserrimę *D.* miserrime *BCFZ* 75. QU *et* ONQỤẸO *in A extare visa sunt* Quin *ras. ex* Qum *B* Puniceos *B: cf. Bergkius 'Beitr.' p. 157* 76. LA *initio et* O *in fine legit in A Loewius* lacrumam *D.* lachrumam *FZ.* lacrimam *BC* expuant *CDZ.* exputant *B.* expuam *F* 77. Q *ab initio et* OCỤLOFUIT *A* Quii ita *B.* Quid iam *fuisse suspicatur Ritschelius* sic coculum *CDZ.* sicco occ̣ulo *A videtur habuisse: cf. Loewius Anal. Pl. p. 154* 78. NỊHỊLN *et* MTIBỊ *A* Nihilne *FZ.* Nihil ne *BCD* me audes *FZ.* me ades *B.*

PSEVDOLVS

Quid faciám tibi?

CALIDORVS

Eheú.

PSEVDOLVS

Eheu? id quidem hércle ne parsís: dabo.

CALIDORVS

Misér sum: argentum núsquam inuenio mútuom

PSEVDOLVS

Eheú.

CALIDORVS

'Neque intus númmus ullus ést.

PSEVDOLVS

Eheu.

CALIDORVS

Ille ábducturus múlierem cras ést.

PSEVDOLVS

Eheu.

CALIDORVS

Istócine pacto me ádiuuas?

PSEVDOLVS

Do id quód mihist:

meades *CD* 79. EHEU*(et post lacunam quae capit* ‡ eheu*)*IDQUIDÉM-HERCLENEPARSISDABO *A* CA. Eheu. PS. Eheu? id *Ritschelius cum A, ut videtur.* CA. Eheu PS. Heu id (Heuid *D) BCD et, nisi quod* ehu *pro* eheu, *F.* CA. heu PS. Heu id *Z.* CA. Eheu. PS. Heu? id *Bothius. cf. Muellerus Pros. p. 318. 715* quidem tibi *Pylades* ercle *D* pars is *B.* par sis *Z* hercle ne parsis: dabo *Ritschelius.* hercle, ne parsis, dabo *vulgo, Ussingius.* hercle nunc parsis: dabo *Bergkius 'Beitr.' p. 162* 80. MISERSUMARGENTUMNUSQUAMINUENIO-MUTUŨ *A* misersũ *ex* miserũ *D* in ueno *B* mutuum *libri* 81. EHEU . . . . USNUMMUSULLUSEST‡EHEU *A* PS. Eheu. CA. Neque *Bothius cum A, ut videtur.* pseudole PS. Eheu neque *BCD et, nisi quod* ehu, *F.* pseudole. PS. heu neque *Z.* pseudole. PS. heu. CA. neque *Saracenus* ullus est. PS. eheu. ‖ CA. Ille *Camerarius cum A.* ullust C Eheu C Ille *B.* ullust Cat Eheus ille *D (nisi quod* eheus D^2*).* ullus ẽ Eheu ille *C.* ullus est CA. Heu ille *FZ.* ullus est. PS. heu. CA. ille *Saracenus* 82. *Cf. ad v. 81* ILL . . . . URUST-MULIEREMCRAS‡EHEU *A* aduecturus *F* mulierem cras est *Bothius.* est mulierem cras *BCDFZ:* cras *temptat Usenerus Symb. phil. Bonn. p. 594* ehu *F.* oiei *Bentleius* *Parum recte haec Lomanus p. 71 tractavit* 83. ISTOCINEPACTOME *et suo loco* DOIDQUODMIHIEST *apparuerunt in A* istoccine *F* adiuuas *F, Bothius, Bentleius.* adtuas *BCD: cf. Usenerus Nov. annal. vol. XCI (a. 1865) p. 230 sq.* adiutas *Z* mihi est *libri*

Nam is míhi thensaurus iúgis in nostrá domost.

CALIDORVS

Actúmst de me hodie. séd potes nunc mútuam
Drachumám dare unam míhi, quam cras reddám tibi?

PSEVDOLVS

Vix hércle opino, etsí me opponam pígnori.
Sed quíd ea drachuma fácere uis?

CALIDORVS

Restím uolo
Mihi émere.

---

88. 89. *Porphyrio ad Hor. Sat. II 2, 99:* as laquei pretium. Plautus in Pseudulo: 'sed . . . pendulum'

---

84. NAMISMIHITHENSAURUSIUGISINUOSTRA *et* T *in fine, ubi utrum* domost *an* domo est *extiterit teste Loewio incertum est: Studemundo visum est* NOSTRA *et* DOMOEST *exstare: cf. Abraham Stud. Pl. p. 197* theṅsaurus *D ante ras.* thensauros *B.* thesaurus *CD (ex rasura) FZ* nostra *(vel* nrã*)* est *(vel* ẽ*) BCDFZ, Ritschelius.* uostra est *Scaliger: cf. A* est nostrae domi *Abraham l. s. s.* 85. ACTUMESTDEM *et post lacunam, quae* ehodiesedpotes *capit,* TUMUTUAM *A* Actumst de me hodie. sed *Loewius Anal. Pl. p. 155.* Actum hodie de me ẽ. sed *Z, Ritschelius.* Actum hodie iam de me ẽ. sed *CD.* Actum hodie iam ẽ de me. sed *F.* Actum hodie iam demeest qd̄ (o) *B: 'quo quis sic utatur audacius:* CA. Actum hodie de mest. PS. Quid iam? CA. Potine mutuam' *Ritschelius.* Actum est de me iam *Ussingius.* Actum iam de mest *Muellerus Add. ad pros. p. 138* nunc] tu *ex A Loewius Anal. Pl. p. 155: cf. Baierus p. 64* 86. DRACH . . . . . REUNAMMIHIQUAMCRASREDDÃ *(Ã incerta)* TIBI *A* Drachumam *B C et D ante ras.* drachmam *D (post ras.) Z.* dragmam *F* dare mihi unam *libri praeter A, nisi quod* darem mihi unam *B.* mihi unam dare *cum Bothio Ritschelius.* hodie mi unam dare *vel* unam mi hodie dare *Muellerus Add. ad pros. p. 138* oras *Z* beddam *B.* reddibo *ordine librorum praeter A servato Bentleius in Hor. Serm. II 2, 99* 87. UIXH *(dubia) et suo loco* MEOP *(vel* B*)* PONAMPIGNORI *apparuerunt in A* opino, etsi *Ritschelius.* opinor ẽ *(est B)* si *BCDFZ.* opinor, si *Pylades* si ponã D^1. si opponã (me) D^2 pigneri *F* 88. SEDQUIDEADRACHUMAFACEREUIS *et suo loco* UOLO *A* quid ea drachuma *Ritschelius cum A.* quidem adrachuma *B.* quidẽ ‖ A drachuma *C et ante ras. D.* quidẽ ‖ A drachma *post ras. D.* quid de drachma *Z.* quiadracma *cod. Monac. Porphyrionis.* quid una dragma *F.* quid te drachma *non displicebat Scioppio Susp. lect. IV 19, Acidalio* uis D^2. ui D^1 *Pers. notam om. B sine spatio* restin D^1*: corr.* D^2 uolo *om. Porphyrionis cod. Monac.* 89. MIHIEMERE‡Q *et* Q *(dubia)* . . . . FACIAMPENSILẼ *A* miemere *cod. Monac. Porphyrionis* quamobrem

PSEVDOLVS

Quamobrem?

CALIDORVS

Quí me faciam pénsilem.
Certúmst mihi ante ténebras tenebras pérsequi.

PSEVDOLVS

Quis mi ígitur drachumam réddet, si dederó tibi?
An tú te ea causa uís sciens suspéndere,
Vt mé defrudes dráchuma, si dederím tibi?

CALIDORVS

Profécto nullo pácto possum uíuere,
Si illa á me abalienátur atque abdúcitur.

PSEVDOLVS

Quid flés, cucule? uíues.

CALIDORVS

Quid ego ní fleam,
Quoi néc paratus númmus argentí siet
Neque líbellai spés sit usquam géntium?

---

om. Porphyrio CA. *om. C* faciem pendulum *Porphyrionis cod. Monac.* 90. CERTUMES . . . . TENEBRASTENEBRASPERSEQUI *A* Certum ^{est} mihi *B*. certum est mihi *CDFZ* tenebras: persequi: tenebras *D*. tenebras persequi tenebras *FZ* 91. QUISMIHIIGITURD . . . . . . AMREDDETSIDEDEROTIBI *A* mihi *BCDFZ cum A* drach////-mam *erasa* u *D*. drachmam *Z*. dragmam *F* si *(ñ pro* si *C)* dederim tibi *BCDFZ: ut ex v. 93 sumpta expellit Ritschelius velut haec intercidisse ratus:* quom eris mortuos. *totus v. subditivus videbatur Madvigio Opusc. acad. II p. 101: contra v. 92. 93 damnat Loewius Anal. Pl. p. 156: omnia tutatur Langenus Stud. Pl. p. 67* 92. ANTUTEEA *A*. Antute ea *BD*. An tute ea *C*. An tu ea te *Ritschelius cum Bothio*. An ea te *idem Bothius* CAUSSA *A* UISSCIENSSUSPENDERE *A* 93. DEFRAUDES *A: item reliqui praeter B, ubi* defrudes *est* drachuma CD^1. drachumam *B, Loewius l. s. s.* DRACHMAM *A*. drachma *Z*. dragma *F*. drachma *ex* drachuma *corr.* D^2 DEDERIMTIBI *A* 94. *Post* POSS *in A nil vidit Loewius nisi apices quosdam* 95. SI *A* ila *D* ame *B* ATQ· ABDUCITUR *A*. atque adducitur *Z* 96. QUIDFLESCUCULEUIUES ‡ QUIDEGONIFLEAM *A* Qui^{d}les *B* uiue *Gruterus* nifleam *B* 97. Quo *(o e corr.)* in ec *B*. quo in hęc *C*. quo in hęc D^1. cui nec D^2FZ. CUINEC *A* *Cf. ad v. 98* 98. Neque libellai *Ritschelius*. NEQ·LIBELLAE *A*. Neque libellę *BCDZ, nisi quod* libellae $^{i\cdot\ libro}$ *D (*i. libre *m. 2) et sic coniunctis vocabulis B:* Neq› libella es pessitus quam. *contra* Neque hře *F*. Neque libellae ulla *Pylades*. Neque uel libellae *Ritschelius in adnotatione*. Neque quoi libellae *cum Camerario Muellerus Add. ad*

Pseudolvs
Vt lítterarum ego hárum sermonem aúdio,
Nisi tu ílli lacrumis fléueris argénteis,
Quod tu ístis lacrumis té probare póstulas,
Non plúris refert quám si imbrem in cribrúm geras.
Verum égo te amantem, né paue, non déseram.
Spero álicunde hodie mé bona opera aut mála mea
Tibi ínuenturum esse aúxilium argentárium.
Atque íd futurum unde únde dicam néscio,
Nisi quía futurumst: íta superciliúm salit.

---

pros. p. 119. Quoi neque libellae *v. 97 deleto Bergkius Opusc. vol. I p. 135: cf. Kiesslingius Mus. Rhen. vol. XXIII (a. 1868) p. 413 et Buggius 'Tidskrift for Ph.' vol. VII p. 22* SP̣ES *A* USQUẠM *A.* usque *F* gencium *B* 99. PS. *om. C* *Super* litterarum *D*² *scripsit:* ·i· epistole huius HARUṂ *A* 100. illis *F* lacrumis *Bothius praeeunte Meursio* (dacrumis). dracmis *B.* drachmis *CDZ cum A.* dragmis *F* FLEUẸRIS *A* ARGENṬẸIS *A.* argentes *B* 101. QUODTUỊSṬISLACRUMISTEPROBARE(OBARE *incertissimis*)PO *in A apparuerunt* lacrimis *BCD.* lachrumis *FZ* pro uare *B.* plorare *Acidalius.* probare ei *Muellerus Add. ad pros. p. 139* postules *cum Acidalio Muellerus l. s. s., Lorenzius* 102. QUẠM *A* IMḄREMINẠCRE(*vel minus prob.* I)BRUM *A* geras *BCDFZ.* LEGAS *A: cf. Loewius Anal. Pl. p. 156, Baierus p. 148.* ingeras *cum Salmasio et Bentleio Ritschelius* 103. ṬẸAṂANTEM *A* NẸPAUE *A.* nepaue *B.* ne pauę *Z: unde* ne paueas *Lingius p. 35* non *om. B* DESERAṂ *A* 104. SPERỌALỊCUNDEHODỊẸMẸBONAOPERẠAUT . . . MEA *A* me bona opera aut mala mea *scripsi.* me bona opera aut haec (hęc *D.* hac *Z*) mea *BCDZ.* me bona opera aut mala *F, Iuntina.* mea bona opera hercle aut mala *Ritschelius.* me bona opera atque hac mea, *quod in A fuisse putat Loewius, idem Anal. Pl. p. 157 defendit.* me bona operad hac mea *Bothius.* me bona aui, opera mala *Gulielmius.* me (*vel* mea) bona opera ut antidhac *Seyffertus Philol. vol. XXV (a. 1867) p. 447.* aut bona opera aut techina mea *Brixius Nov. annal. vol. CXV (a. 1877) p. 327 praeeunte ex parte Boblenzio progr. Iever. ed. a. 1870 p. 3.* me bona opera usum mea *Ussingius olim.* me bona opera aut non bona *idem in editione.* mea me bona opera ac mala *Fritzschius in ind. Rost. a. 1860 p. 24. cf. Mahlerus de pron. pers. colloc. p. 30 et Lorenzius Philol. vol. XXXV (a. 1876) p. 157* 105. Tibi me *Ritschelius: cf. Mahlerus l. s. s.* INUENTURUM *A* ESṢẸ *A* aut xilium *B* AṚGẸNTARIŨ *A* 106. Atqui *Ritschelius* unde unde dicam *B cum A.* unde unde unde dicam *CD.* CA. unde? PS. unde unde dicam *F.* CA. At id futurum unde. PS. unde unde dicam *Z.* CA. At qui id futurum? unde? PS. unde dicam *Bothius.* unde esse dicam *Lorenzius l. s. s., Bergkius Op. I p. 675.* cunde dicam *Ritschelius Opusc. vol. III p. 143. cf. Woelfflinus 'die Gemination im Lat.' p. 458* 107. Nisi *om. DFZ* FUṬURUMEST *A.* futurum est *FZ.* futurus est *BCD*

CALIDORVS

Vtinám quae dicis díctis facta súppetant.

PSEVDOLVS

Scis tú quidem hercle, méa si commouí sacra,
Quo pácto et quantas sóleam turbelás dare.

CALIDORVS

In té nunc omnes spés sunt aetatí meae.

PSEVDOLVS

Satin ést, si hanc hodie múlierem effició tibi
Tua út sit, aut si tíbi do uigintí minas?

CALIDORVS

Satis, sí futurumst.

PSEVDOLVS

Róga me uigintí minas,
Vt me éffecturum tíbi quod promisí scias.
Roga, ópsecro hercle: géstio promíttere.

---

109. 110. *Servius Danielis in Aen. IV 301:* commotis excita sacris uerbo antiquo usum tradunt: moueri enim sacra dicebantur, cum sollemnibus diebus aperiebantur templa instaurandi sacrificii causa: cuius rei Plautus in Pseudolo meminit: 'scis . . . dare'. hoc uulgo apertiones appellant 110. *Fest. p. 355:* Turbelas dixisse antiquos, quas nunc turbas appellamus, testis est Plautus in Pseudolo: 'quo . . . dare' *Cf. Paulus*

108. QUAE *A.* quę *BD* DICTISFACTA *A* SUPPETANT *A.* supetant *D* 109. quidem hercle] profecto *Servius Danielis* COMMOUISACRA *A.* commouissem sacra *Servius Danielis* 110. QUOPACTO *A.* Quo alto *Festi codex: unde* quo pacto *elicit Leidolphus de Festi et Pauli locis Plaut. p. 220,* quales *Ursinus* ETQUANTAS *A.* quantas *Bothius* SOLEAM *A* TURBELAS *A, Festus.* turbellas *BCDFZ.* turbas *Servius Danielis* 111. INTE *A.* Inte *B.* ĩte *ex* ite D^2 omnes spes sunt *B cum A.* sunt omnes spes *CDFZ.* spes sunt omnes *Bothius.* sunt spes omnes *cum Pareo Kampmannus de IN praep. p. 18* AETATI *A.* ętati *BD* meę *BD* 112. HODIE *et* EFFICIO *A* 113. Tu aut *B* UIGINTI *A.* uigenti *B* 114. futuru est *BD.* futurum est *CFZ* UIGINTIMINAS *A* 115. Vtme *B* affecturum *B* TIBI *A* QUOD *A: item FZ.* quo *BCD* PROMISISCIAS *A* 116. ROGAOPSECROHERCLEGESTIOPROMITTERE *A* Roga obsecro hercle: gestio *uni Pseudolo continuavit Acidalius: idem confirmat A.* Roga CA. Obsecro (Opsecro *B*) hercle PS. Gestio *BCDFZ*

Versum 1073 parallelum esse huic monet Ribbeckius praef. Men. ed. R. p. XV

CALIDORVS

Dabísne argenti mi hódie uigintí minas?

PSEVDOLVS

Dabó: molestus núnciam ne sís mihi.
Atque hóc, ne dictum tíbi neges, dicó prius:
Si néminem alium pótero, tuom tangám patrem.

CALIDORVS

Pietátis causa uél etiam matrém quoque.
Di té mihi semper séruent. uerum quí potest?

PSEVDOLVS

De istác re in oculum utrúmuis conquiéscito.

CALIDORVS

Vtrum in óculum anne aurem?

PSEVDOLVS

At hóc peruolgatúmst nimis.

---

117. DABỊSNEARGENTỊMIHI *A*. Dauis neargenti (ne argenti *CD*) mihi *BCD*[1]: *corr.* *D*[2]. Dabin mihi argenti (*vel* Dabin mihi hodie argenti) *Muellerus Add. ad pros. p. 101* HODIẸ *A*. hodio *B* ỤIGINTI *A* 118. ḌABO *A* NUNCỊAM *A*. nunc iam *BCDFZ* nesis *B* 119. hoc *om.* *Z* nedictum *B* neces *B* tibi prius *C* 120. ṢI *A* tuum *libri cum A V*. *121. 122 hoc ordine Bothius: inverso libri, Brixius Nov. annal. vol. CXV (a. 1877) p. 328 sq., Langenus 'Beitr.' p. 73, Ussingius* 121. PIETATỊSCAUSSA *A Cf. Rostius Op. Pl. p. 233 sq.* et iam *B* ỤELETỊAMMATREM *A* 122. dii te *Z*. Di te *ras. ex* Dicite *B*. Dicite *C* MỊHỊSEMPERSERUẸNT *A*, *Ritschelius coll. Asin. 654.* mihi seruent *BCDFZ*. mihi omnes seruent *Pylades* qui potest? *Loewius Anal. Pl. p. 157.* SIPOTEST *A*, *Ussingius*. si potes *BCDFZ*. qui potes *Seyffertus Philol. vol. XXIX (a. 1870) p. 391.* si hau potes? *Ritschelius: cf. Sigismundus de HAUD p. 227 adn.* nisi *vel* ni potes *teste Lorenzio Gul. Wagner. cf. Muellerus Pros. p. 94 adn. 2* seruent seruum, si potes *Bergkius Opusc. vol. I p. 675* 123. PS. *om.* *C* ḌE *et* ỊN *A* utrum *sup. scr.* *D* utrum uis *B* 124. Vtrum in oculum anne aurem? *Geppertus Stud. Pl. II p. 55 tamquam ex A, Abraham Stud. Pl. p. 185 adn. 1.* UTR . . . NINAỤREM *A teste Loewio* (UTRUMANINAUREM *teste Studemundo apud Abrahamum*). Oculum utrum anne in aurem *BCDFZ*. In oculumne an in aurem *Ritschelius* (Vtrum in o. an in a. *idem in adn.*) Vtrumne in aurem *Loewius Anal. Pl. p 159: cf. Schraderus de NE p. 36.* Vtrum oculum an aurem *Lorenzius cum Brixio Nov. annal. vol. CI (a. 1870) p. 773.* Oculum anne in *Kampmannus de IN praep. p. 30, Bentleius* AṬ *A*. *om.* *Ritschelius Post* hoc *vocem* A *rubro colore pictam tamquam personae notam habet B* PERUULGATUMST *A*. peruolgatum (Peruolgatum *B*) est *BCDZ*. peruulgatum est *F* nimis *Bentleius, Bothius.* minus *libri cum A, Ussingius*

Nunc, né quis dictum síbi neget, dico ómnibus,
Pubé praesenti in cóntione, omní poplo,
Omníbus amicis nótisque edicó meis,
In húnc diem a me ut cáueant, ne credánt mihi.

CALIDORVS

St, táce, opsecro hercle.

PSEVDOLVS

Quíd negotist?

CALIDORVS

Óstium
Lenónis crepuit.

PSEVDOLVS

Crúra mauellém modo.

CALIDORVS

Átque ípse egreditur íntus, periurí caput.

126. *Festus Pauli p. 252:* pube praesente est populo praesente, συνεκδοχικῶς ab his, qui puberes sunt, omnem populum significans. *Cf. Festi lacinias laceras*

125. nequis *BC* SỊBI *A* 126. Pube] *cf. Buechelerus de decl. (ed. Windekilde) p. 105.* Pubei *vel* Pubi *Bergkius Opusc. vol. I p. 675* PRAESENTỊ(*vel* Ẹ) *A.* presenti *B* concione *F* populo *libri praeter AB* 127. OMNIBỤSAMICỊS *A* 128. DỊEM *A* aime D^1: aịme D^2 CAUEANṬ *A* nec *B, Kochius Mus. Rhen. vol. XXV (a. 1870) p. 621 sq.* 129. 130. St, ‖ Tace *Ritschelius* STTACE *A.* Sit taceo *(nisi quod* St tace *man. recens) B.* sit tace *D.* si tace *C.* sic tace *F.* tace *Z* obsecro hercle *BCDFZ.* HERCLEOPSECṚO *A* QUỊD *A* NEGOTIESṬ *A.* negoti est *BCD.* negocii est *FZ* hostium *Z* 131. leonis *C* CREPUIṬ *A* PS.] C *B* crura mauellaem *C.* Cruram auellem *B.* curã auellem D^1. cur^{r}ã^{m} auellem D^2. CRUṚAMAUELỊM *A* modo] domo *Goellerus in Truc. v. 436* 132. ẸGREDỊṬỤR *A* intus *Rittershusius apud Scioppium Susp. lect. I 1, Acidalius.* penitus *libri cum A* (PẸNITUS). Poenus *Muretus Var. lect. IX 6* per iuri *B: unde* periuri *coll. Rud. 1099 Pareus.* PERIURIỊ *A.* periurum *CDZ.* periurium *F* ÇẠPUT *A.* capud *C*

BALLIO. LORARII V. MERETRICES IV ET IDEM

BALLIO

Éxite, agite exíte, ignaui, mále habiti et male cónciliati,
Quórum numquam quícquam quoiquam uénit in mentem ut récte faciant,
Quíbus, nisi ad hoc exémplum experior, nón potest usura úsurpari.
Néque homines magis ásinos numquam uídi: ita plagis cóstae callent.

Act. I scaen. 2 BALLIO CALYDORUS PSEUDOLUS *A.* LENO LORARI IIII ET IDEM C *B.* LENO LORARII ·IIII· PSEVDOLVS SERVVS CALIDORVS ADOLESCENS *Z et rubr. in D (crasis in priore versu vacuo eisdem verbis a D² scriptis). om. C.* Ballio. Lorarij IIII^or. Calidorus. Pseudolus *F.* '*non quattuor, sed quinque lenonis servi apparent v. 157. 158. 161. 162: ut* LORARI IV *ortum esse e* LORARIVS *suspicer, cum unus tantum loquatur v. 158. neque enim mutarum personarum mentio fieri in scenarum inscriptione solet. addidi tamen* SERVAE' *Ritschelius.* LORARI IV *cum Dziatzkone 'Jen. Litteraturz.' a. 1878 p. 160ª Ussingius.* 'Leno lorarius' *coniungit Bergkius Opusc. vol. II p. 744.* Leno. Lorarii V. Meretrices IV et Idem *scripsi cum Spengelio 'Sitzungsber. der bayer. Ac.' a. 1883 p. 269 Tractaverunt hanc scaenam praeter Hermannum Elem. d. m. p. 184 sqq. Usenerus in Ind. Gryphiswald. a. 1866, Studemundus de cant. p. 77, Spengelius 'Reformvorschl.' p. 395 sqq., alii qui suo loco commemorabuntur*
133. B *praem. B,* LENO *D,* Le. *Z* EXITEAGITEEXITEIGNAUIMALEHABITIETMALECONCILIATI *A* Exite exite *Bentleius* agite exite *Reizius cum A.* agite ite *BCDFZ.* agite, agite ite *Spengelius l. s. s. p. 167: cf. Baierus p. 156.* agite ite ite *Bothius* maleque *vel* habiti male *vel* male mi *Spengelius l. s. s. versum anapaesticum efficiens cum Muellero Pros. p. 366 Etiam v. 134—137 anapaesticos esse iussit Muellerus Pros. p. 366: cf. Spengelius l. s. s.* 134. NUNQUAM *A: item FZ.* nunc quam *B* cuiquam *libri praeter A* UENITIN *A.* uenitin *ex* uenitim *B* MENTEM *A* recte *sup. scr. D* FACIANT *A*
135. QUIBUS *A* ad] ob *F* POTE*(vel* I*)*ST *A.* potis *cum Bothio Ritschelius* USURA *A* usurpari usura *transponit B* 136. homines *Ritschelius.* ego homines *Z.* ego hominis *BCDF* (neque ego ‖ Hominis *B).* EGOHOMINI*(vel* E*)*S *A* 'NUNQUAM *A.* umquam *reliqui, Ritschelius* UIDIITA *vestigiis incertissimis A* COSTAE *A.* costę *BD* CALLENT *A* *Ceterum* Neque ego numquam homines magis asinos *Loewius Anal. Pl. p. 159* numquam *ex A, hoc cum Brixio Nov. annal. vol. CI (a. 1870) p. 779 et Bergkio Opusc. vol. I p. 675*

Quós quom ferias, tíbi plus noceas: éo enim ingenio hi
súnt flagritribae,
Qui haéc habent consília: ubi data occásiost, rape, clépe, tene,
Hárpaga, bibe, és, fuge: hoc
Eórum opust: ut máuelis lupós apud oueis línquere
Quam hós domi custódes.

137. *Huc refert Usenerus ind. Gryphisw. a. 1866 p. 4 glossam Placidi p. 38, 22:* 'eo ingenio, ea natura [omnia generans]. ingenium pro natura posuit' 138. 139. *Nonius p. 20, 7:* Clepere est furari . . . Plautus Pseudolo: 'rape clepe arpaga'

137. QUUM *A.* dum *reliqui* FERIASTIBIPLUSNOCEAS *A* INGENIO *A* FLAGRITRIBAE *A: item B.* flagritibae *C.* flagritibę *DF.* flagricibę *Z* *V. 138—141 sic discripsi ducibus AB (cum haec duorum versuum initia B habeat cum A:* Qui hęc *et* Eorum*): item Ritschelius, nisi quod is* hoc *cum v. 140 iungit et* quam domi ‖ Linquere hos custodes *collocat. eosdem tractant Studemundus de cant. p. 10, Crainius 'Ueber die Comp. der Pl. Cant.' p. 33, Loewius p. 159 sq., Baierus p. 9 sqq. Ritschelius hoc adnotavit: 'licebat etiam:* lupós apud ouis quám custodes ‖ Línquere hos domi. *quodsi tetrametros poeta continuarit, hos non tales potius fuisse Bothio credes:* Qui haéc habent consúlta consilia: úbi data est occásio, ‖ Rápe, clepe, harpagá, tene, bibe, és, fuge. hoc est eórum opus, ‖ Vt lupos apúd ouis malis línquere quam hos domí custodes*: quam velut hoc exemplo factos:* Qui haéc habent consília, ubi data occásiost, rape, clépe, tene, ‖ Hárpaga, bibe, és, fuge. hoc eórumst opus, ut máuelis ‖ Lupós aput ouis quám domi relínquere hos custódes. *minus concinne Hermannus octonarium trochaicum hypermetrum voluit a catalectico dimetro trochaico et iambico tetrametro hypercatalectico excipi:* Qui haéc habent consília, ubi data occásio est, rape, clépe, tene, harpaga, ‖ És, bibe, fuge: hoc est eórum opus: ‖ Vt máuelis lupós apud ouis línquere, quam hos domí custodes. *denique creticos in ed. altera Bothius discripsit:* Qui haéc habent cónsilia: ‖ Vbi data occásio est ‖ Rápe clepe tene hárpaga es ‖ Bíbe fuge. hoc eórum opust ‖ Vt lupos ápud ouis máuelis línquere ‖ Quam hós custodés domi' 138. HAEC *A.* hęc *B* HABENT *A* $\overset{v}{\imath}$bi *B* DATAOCCASIOST *A.* occasio est (est *sup. scr. D*[2]) *BCDFZ* RAPE *A.* rapę *Z* clepetene *B.* clepe (depe *cum ras. sup.* d *D.* depe *C*) *CDFZ.* TENE *omisso* clepe *A.* clepe *om.* tene *Nonius* 139. arpaga *Nonius* HARPAGABIBE(*vel* I)ESFUGEHOC *A versu quidem proprio, sed ut ad antecedentem pertinere videatur.* harpaga bibe (harpagabile *B*) est fugi (fuge *corr. D*[2]) hoc *BCD.* harpaga (herpaga *Z*) bibe effuge (confuge *F*) hoc *FZ* (*corr. Pylades*) 140. 141. Eorum opust: ut] est eorum (est ‖ Eorum *B*) opus ut *BCDFZ.* EORUMOFFICIUMST *A: cf. Loewius l. s. s. et Baierus l. s. s.* MAUELISLUPOS *A.* induellis (mauelis *FZ*) lupus (lupos *F*) *BCDFZ* aput (*post* t *parvam rasuram*) *B.* ad *F* OUEIS *A.* ouis *reliqui* linquere (linq› re *B*) quam hos domi custodes *BCDFZ.* QUAMHOS *et in proprio v.* DOMILINQUERECUSTODES *A: cf. Spengelius l. s. s. p. 331. 289* quamde hos domi custodes *Bergkius 'Beitr.' p. 134*

At faciem quom aspícias eorum, haud máli uidentur: ópera fallunt.
Núnc adeo hanc edíctionem nísi animum aduortétis omnes,
Nísi somnum socórdiamque ex péctore oculisque éxmouetis,
Íta ego uostra látera loris fáciam, ut ualide uária sint,
Vt né peristromáta quidem aeque pícta sint Campánica
Neque Aléxandrina béluata tónsilia tappétia.
Atque héri iam edixeram ómnibus dederámque suas prouíncias:
Verum íta uos estis néclegentes, pérditi, ingenio ínprobo,

---

142. *Versum damnat Usenerus l. s. s.: def. Luebbertus Stud. gr. II p. 78, Langenus Stud. Pl. p. 357* Atq; *ex* Atq› D^2 QUM *A.* cum *reliqui* aspicias *Camerarius.* ASPICIES *A.* aspicies *reliqui: cf. Bergkius 'Beitr.' p. 41* EORUM *A: om. Bothius* haud *ex* haut *B* HAUMALIUIDENTUR *A* FALLUNT *A* 143. ADEO *A: item reliqui: cf. Scioppius Susp. lect. III 15.* adeo ad *Langenus Nov. annal. vol. CXXV (a. 1882) p. 680.* habeo *Dousa, Acidalius.* ad *fuisse qui coniceret adnotat Ritschelius* EDICTIONEM *A.* edicionem *B.* editionem *F* ANIMUM *A* ADUORTETIS *A.* aduortetis *BDFZ.* aduertitis *C* omnes *quod proprium occupabat versum in A legi non potuit* 144. somnium D^1. somnũ *corr.* D^2 SOCORDIAMQ·‡EX *A.* socordiam que *(*quę *D.* quae *C)* ex *BCD* oculis *F* EXMOUETIS *litteris* EX *non satis certis A, Loewius p. 162.* amouetis *BCDFZ, Ritschelius* 145. ITA *A* uestra *BFZ cum A.* ũrã *CD* LORIS *A* ut ualide *(*utualide *B)* uaria sint *(*sunt *C.* SINT *A) libri cum A.* ut ualide uaria fiant *Hermannus.* ualide uaria uti sint *Ritschelius: cf. Studemundus de cant. p. 77* 146. Vtneperis tromata *(*mata *ex ras. et ut post* ta *ante rasuram* m *fuerit) B* peristromae *Buechelerus de decl. p. 13 (Windekilde).* peristromata ulla *Ussingius* QUIDEM *A* AEQUI*(vel* E*) A.* aeque *B.* ęque *D.* eque *FZ.* atque *C* CAMPANICA *A.* campa^ni^ca *B.* cumpanica *C* *Ceterum iambos discribunt recte Muellerus Pros. p. 247, Usenerus; trochaicum retinet Ritschelius: cf. Christius 'Metr. Bemerk.' p. 70 adn. 11* 147. ALEXANDRINABELUATA *A.* alexandrina beluata *CDFZ.* alexandri nabeluata *B.* Alexandrina belluata *Pylades.* Alexandrina uenenata *Bergkius Opusc. vol. I p. 134* T*(vel* C*)*ONSILIATAPPETIA *A: cf. Bergkius l. s. s. p. 133, Loewius Prodr. p. 290, Stich. v. 378.* consiliat appetia *B.* consilia tappecia *C.* consilia tapetia *D.* consuta tapetia *FZ.* conchyliata tapetia *cum Camerario, Bentleio in Hor. Ep. I 10, 19, Beckero Quaest. p. 51 Ritschelius: cf. Opusc. vol. II p. 527* 148. ATQ· *A* HERIIAMEDIXERAM *A.* herii ame dixeram *B.* heri amedixerã *D.* heri ame dexteram *C.* heri ante dixeram *FZ.* Atque here *reicit Ritschelius in adn.: cf. Spengelius T. Macc. Pl. p. 78* OMNIBUSDEDERAMQ· *A* suas *Ritschelius.* eas *(*EAS *A) libri* PROUINCIAS *A.* prouintias *C* 149. estis neglegentes, perditi, ingenio inprobo *Ritschelius praef. p. XIV.* estis praediti *(*prędIti *B.* ꝑditi *CD^1: perditi voluit D^2)* neglegentes ingenio inprobo *(*improbo *CD) BCD.* PR *et* INGENIOIN*(vel* M*)*PROBI *(ita, ut quid post* PR*(aediti)*

Offícium uostrum ut uós malo cogátis commonérier.
Nempe ut ánimati estis, uíncitis durítia tergi hoc átque me.
Hoc sís uide, ut alias rés agunt: hoc ágite, hoc animum aduórtite,
Huc ádhibete auris quae égo loquar, plagígerula genera hóminum.
Numquam édepol uostrum dúrius tergum érit quam terginum hóc meum.

---

154. *Nonius p. 227, 15:* tergum neutro genere dici et consuetudo et ueterum firmat auctoritas. Plautus Pseudolo: 'nunquam ... meum'

extiterit etsi nescitur tamen vix fuerit neglegentes) *A.* estis perditi negligentes ingenio improbo *FZ. de transponendis* estis neglegentes, perditi *cogitat Hermannus quoque.* perditi estis, neglegentes, ingenio inprobo *edidit Ritschelius.* estis praediti desidioso ingenio, inprobi *Loewius l. s. s. p. 163.* estis neglegenti ingenio praediti, improbo *vel* neglegenti praediti *Muellerus Add. ad pros. p. 139* 150. UESTRUM *A,* uestrum *(*urm̄ *D) reliqui* UOSMALO *A* COGATIS *A.* cogitatis D^1: *corr.* D^2. cupiatis *Ritschelius praef. p. XIV, fortasse vere* COMMONERIER *A* 151. *Versum delet Usenerus, tuetur Langenus Stud. Pl. p. 357* NEMPE *A* ut *scripsi.* ita *libri cum A, Ritschelius* estis, uincitis duritia tergi hoc *scripsi.* ESTISUOSUINCI*(vel* E*)*TISDURITA . . . ATQ·ME *(ut lacuna* HOC *capiat) A.* estis uos uincite hoc duritia *(*duricia *BZ)* ergo atque me *BCDZ.* estis uos uincere hoc duricia tergi atque me *F, Pylades.* estis uincere hoc uos duritia tergi atque me *Hermannus.* estis, uincere duritia tergi hoc atque me *Ritschelius. de* duritiae ergo *cogitat Bothius* Nempe ita animati uincitis hoc duritia tergi atque me *Spengelius l. s. s. p. 396* *V. 152—156 hoc ordine collocant BCDFZ, quos sic collocatos habet A: 152. 154. 153. 155. 156. eosdem sic transponit Ritschelius: 154. 152. 155. 156. 153 ex parte mutatos* 152. Hoc sis uide, ut alias *Loewius l. s. s. p. 164.* Hoc uide sis ut alias *DF.* Hoc uide sis ut auas *B.* Hoc uidessis ut alias *Z.* Hoc uidisse sis ut *(ex* uidisset ut*)* alias *C.* HOCUIDEASALIAS *A: cf. Baierus p. 24.* Hoc uide sis: alias *cum Bothio Ritschelius.* Vide sis ut alias *idem in adn.* Hoc sis uide: alias *Fleckeisenus Philol. vol. II (a. 1847) p. 90* RESAGUNTHOC *et* ADUERTITE *A* 153. HUC A auris *B.* AURI*(vel* E*)*S *A.* aures *CDFZ* QUAEEGOLOQUORPLAGIGERAGENERAHOMINUM *A (ubi* plagigerula *Bothius).* quae *(*que *B.* quę *D)* ego loquar plagigera genera hominum *BCDFZ.* quae ego loquar, omnes aduortite animum *Ritschelius: cf. 156.* homonum *in fine Bergkius Opusc. vol. I p. 149.* hominum plagigera genera *Spengelius l. s. s. p. 396* *Ceterum v. delet Usenerus l. s. s. cum Fleckeiseno: quibus assentiebar Act. soc. phil. Lips. vol. VI p. 257: cf. Muellerus Add. ad pros. p. 99* 154. Nunquam *Nonius* EDEPOL *A* UOSTRUM *A.* urm̄ *CD.* uestrum *reliqui, Nonius* DURIUS *A.* durum *Nonius* durius uostrum *cum Bothio Ritschelius* ERIT *A* qua *B* terginum hoc *(*terginumhoc *B) BCDFZ.* TERGINUM *A.* hoc terginum *Nonius: cf. Reblinius loco*

Quid núnc? doletne? em síc datur, si quís erum seruos
spérnit.
(Adsístite omnes cóntra me et quae lóquar aduortite ánimum.)
Tu qui úrnam habes, aquam íngere: face plénum ahenum
sít coco.
Te cúm securi caúdicali praéficio prouínciae.

LORARIVS

At haéc retunsast.

BALLIO

Síne siet: itidém uos estis plágis:
Numquí minus ea grátia tamen ómnium opera ego útor?

157. *Cf. glossa* aqua: minge, *quam (*aquam ingere*) huc refert Loewius Gloss. N. p. 154*

supra s. p. 42, Caesar l. s. s. p. 134 meumst *Ritschelius in adn.*
155. QUIḌNỤNC *A cum F, Bothius.* Qui *(*Cui *Z)* nunc *BCDZ, Acidalius: cf. Seyffertus Stud. Pl. p. 18 adn.* Quin nunc *Pylades* DOḶẸTNEEM *A, Brixius Em. in Capt. p. 20.* dolet ne em *BCD.* dolet hem *FZ.* doletne? hem *Iuntina, Ritschelius* SIDATỤR *A. Ceterum cf. Fleckeisenus Philol. vol. II (a. 1847) p. 110* SIQỤIS *A* seruus *libri cum A* 156. *Versum inclusi cum Lorenzio Philol. vol. XXXV (a. 1876) p. 159, Muellero Add. ad pros. p. 99, Brixio ad Mil. gl. v. 3, Bergkio Opusc. vol. I p. 149, 'Beitr.' p. 83: quem sic edidit Ritschelius:* Adsistite omnes contra me, plagigerula genera hominum: *cf. v. 153 (*omnes, quae loquor contra me *Spengelius l. s. s. p. 396)* ADSỊSṬIṬẸ *A.* Assistite *F* OṂNESÇONTRA *A* MEETQỤAẸ *A.* me///quo *B.* me ęque *D.* me eque *C.* me et quę *FZ* loquor *libri praeter A* 157. ẠQUAME*(vel* I*)*GERE *A: cf. Loewius Anal. Pl. p. 164* FAC *A* ṔLENUM *A* aenum *libri praeter A* COCO *A, Sauppius Quaest. Pl. p. 5.* cito *CDFZ, Ritschelius.* scito *B* 158. *In A nil apparuit nisi* S *ab initio et* S *post quattuor litteras (an* SECUM *pro* TECUM*?)* Tecum *B* caudica liprae ficio *B* prouintiae *C* 159. *In A apparuerunt* A *dubia ab initio, post suo loco* T *et in fine dubiae reliquiae litterarum* LAGIS LO *add. D^2: om. BC* retunsast *F.* retonsa est *Z.* retunsa *(*retun sa *B)* est *BCD* B *B.* LE *D^2FZ. om. C* siet: itidem uos estis plagis *Ritschelius cum Bothio.* siet itidem uos *(*uos *sup. scr. B.* quoque uos *Z)* quoque estis plagis omnes *libri.* siet. itidem uos estis omnes *Ritschelius in adn.* siet. itidem estis plagis omnes *Hermannus.* sit. itidem uos quoque estis omnes *Usenerus l. s. s. Versum trochaicum esse voluerat Spengelius T. Macc. Pl. p. 110* sit *scribens, iambicum hypermetrum l. s. s. p. 396* siet *retinens. cf. Muellerus Pros. p. 392 et Add. p. 28* 160. NUMQU *et* GṚAṬIA *apparuerunt in A* gracia *B* opera ego utor *Hermannus.* opera utor *BDFZ.* operaintro *(*ro *in ras.) C e v. 161: qua scriptura abutitur Bergkius 'Beitr.' p. 72.* utor opera *Ritschelius cum Bothio.* operad utor *idem Nov. exc. p. 64.* operas utor *Spengelius l. s. s. p. 346*

Tíbi hoc praecipio, ut níteant aedes: hábes quod facias: própera, abi intro.
Tu ésto lectistérniator: tu árgentum eluito, ídem exstruito.
Haéc, quom ego a foró reuortar, fácite ut offendám parata,
Vórsa sparsa, térsa strata, laúta structaque ómnia ut sint.
Nam mi hódie natalís dies est: decet éum omnis uos concélebrare.
Pernám, callum, glandiúm, sumen facito ín aqua iaceant. sátin audis?

---

164. *Diomedes p. 379, 18:* quasi uerror uersus ut . . . apud Plautum in Pseudulo: 'uorsa sparsa' *Servius ad Aen. I 478:* uersa tracta, ut Plautus: 'inueniam omnia uersa, sparsa'

---

161. TI . . . . . PRAECIPIOUTNITEA *et* SQ *et* IN *apparuerunt in A* hoc *del. Ritschelius* precipio *B* propere *Bothius: 'fortasse vere' iudice Ritschelio* abintro *B* 162. TUESTOL *et in fine* UITO *apparuerunt in A* lectis terniator *B* idem *BC, Seyffertus Ind. phil. vol. XII (a. 1877) p. 360.* ide D^2. id $D^1 FZ$. itidem *Ritschelius* extruito *BF*
163. HAECQUUMEG, *dein* EU *et in fine dubia vestigia litterarum* ATA *apparuerunt in A* Hec *C* cum *libri praeter A* ego *FZ cum A.* eo *BCD* reuortar *Ritschelius.* reuortor *CD.* re uertor *B.* reuertor *F.* reuerror *Z* offenda *C* 164. U . . . . SPARSAT *et suo loco* LAUTAQ· *apparuerunt in A* Vorsa, sparsa, tersa, strata *Acidalius.* Vorsaspraster-gastrata *B.* Vorsas praster ga strata *D.* Vorsas praster gastrata *C.* Vorsa perstersa strata *F.* Vorsa pręsterga strata *Z.* uorsa sparsa *Diomedes legit,* uersa sparsa *Servius, e cuius codice Cassell. tamen* inueniam uersam tersa strata aut unctaque omnia *affertur* lauta structaque omnia ut sint *Ritschelius* structaque *praeeunte Pistori.* lautaque (lauta que *B)* coctaque (cocta que *B)* omnia uti sint (sunt *CD.* sient *FZ) BCDFZ.* lauta coctaque omnia ut sint *Acidalius.* lautaque unctaque omnia ut sient *Ladewigius in Diurn. antiqu. stud. a. 1842 p. 1073 deleta cum Hermanno* sparsa *voce septenarium efficiens.* lauta, structa cuncta uti sint *Kiesslingius Symb. phil. Bonn. p. 836*
V. 165—168, quos anapaesticos esse iusserunt Studemundus de cant. p. 55, Muellerus Pros. p. 100, Spengelius de l. s. s. p. 168, Bergkius Opusc. vol. I p. 675, trochaice Ritschelius et Fleckeisenus metiebantur
165. NAMMIHIHODIENATALISDIESEST *apparuerunt in A* mihi *libri cum A* hodiest *et* dies *om.* est *Fleckeisenus* eum decet *idem* omnis uos *B.* omnes uos *CDFZ.* omnis *Ritschelius* concebrare *B*
166. *Versum eicit Usenerus (item Lorenzius Philol. vol. XXXV a. 1876 p. 159), recte ut videtur* PERNAMC*(vel* G*)*ALLUMG*(vel* C*)*LANDIUMSU *in A legit Loewius*釋Paternã *C* callum *Scutarius.* gallum *BCDFZ*
face *Ritschelius cum Kampmanno de IN praep. p. 3* ina///qua *(erasa* n *ut vid.) B* *De proximis nugatur Gulielmius c. 5*

Magnúfice uolo me uíros summos accípere ut mihi rem essé reantur.
Intro abíte atque haec cito célerate, ne móra quae sit, cocus quóm ueniat.
Ego eo ín macellum, ut píscium quidquíd sit pretio praéstinem.
I, púere, prae: ne quísquam pertundát cruminam caútiost.
Vel ópperire: est quód domi dicére paene oblitús fui.
Audítin? uobis, múlieres, hanc hábeo edictiónem.
Vós, quae in munditiís, mollitiis déliciisque aetátulam agitis

167. MAGNUFIC *in A apparuit* Magnifice *BCDFZ* me *BCD, Scioppius Susp. lect. IV 19.* enim *FZ* uiros summos *Bothius.* summos uiros *BCDFZ* ut *sup. scr. B* mihi remorantur *F: corr. m. rec. in marg.* rem mi esse reantur *Ritschelius* 168. INTROABITEATQ·, *deinde suo loco* CO (cocus *adfert Studemundus 'Ueber zwei Parallelkom.' p. 56), paullo post dubia vestigia litt.* MUEN: *reliqua quae proprium v. occupabant dispici non potuerunt* Introite *Muellerus Pros. p. 163. 420, Bergkius Opusc. vol. I p. 675* haec cito celerate *Gulielmius c. 1, Oudendorpius in Apul. Met. II p. 100 a.* haec (hęc *D*) cito celebrate (caelebrate *B*) *BCDFZ.* haec celebrate *Bothius.* haec celerate *Ritschelius, simul de* accelerate *cogitans* ac festinate *Usenerus* nemoraq, aesit *B* quae *om. F* cum (c̃ *C*) *BCDFZ* ueniat *Ritschelius.* ueniat mihi *BCDFZ* 169. EGOEOINMACELLUMUTPISCIUMQ, *suo loco* PRAETIO *et* INEM *apparuerunt in A* eo ego *F* sit *Brixius Nov. annal. vol. CXV (a. 1877) p. 329.* est *libri:* ibist *Ritschelius: cf. Muellerus Add. ad pros. p. 86* precio *DFZ.* p̃cio *C.* pręcio *B* praestinem *FZ cum A.* praesentinem (pręsentinem *B.* p̃sentinẽ *D*) *BCD.* praesenti emam *Pareus* 170. IPUEREPRAENEQ *et* OST (ST *litteris dubiis*) *apparuerunt in A* ne quisquam (nequis quam *B.* nequisquam *D*) pertundat cruminam (crumenam *FZ*) *BCDFZ.* cruminam ne quisquam pertundat *cum Bothio Ritschelius.* ne pertudat quisquam cruminam *Usenerus.* ne quis pertundat clam cruminam *Bergkius Opusc. vol. I p. 676.* ne quispiam tundat cruminam *Spengelius: an* cruminulam ne quis pertundat? *cf. Gul. Meyer 'Abh. der bayer. Acad.' a. 1884 p. 71* caucio est *B.* cautio est *CDFZ* 171. UELOPP *et* OBLITUS *in fine apparuerunt* opp(e)rire *B.* operire *DF* dicere paene oblitus fui *Spengelius l. s. s. p. 397.* dicere paene fui oblitus *B et, nisi quod* pene, *CDF.* dicere pene sum oblitus *Z.* fui dicere paene oblitus *Bothius cum catalexi et* sum *pro* fui *substituto Heindorfius in Hor. Serm. I 4, 24.* fui paene oblitus dicere *Weisius, Ritschelius* 172. AUD *ab initio in A lectum est* Audit in *BCD* ediccionem *B.* editionem *F* 173. UOSQ *et in fine* Q·AETATULAMAGITIS *A* Vos que *B.* Vosque *CD* im̃unditiis *F.* in mundiciis *BCDZ* molliciis *BCDFZ* delitiisque *CF* aetatem agitis *Kampmannus de IN praep. p. 15, male.* aetatulam habetis *Muellerus Pros. p. 100: cf. Spengelius l. s. s. p. 170 et Brixius Nov. annal. vol. CI (a. 1870) p. 773* V. 174—184 *anapaesticos discripsi cum Studemundo*

Viris cúm summis, inclútae amicae: nunc égo scibo atque hodie éxperiar,
Quae cápiti, quae uentri óperam det, quae suaé rei, quae somnó studeat:
Quam líbertam fore míhi credam et quam uénalem hodie expériar.
Facite hódie ut mihi munéra multa huc ab amátoribus conuéniant.
Nam nísi mihi penus annúos hodie conuénit, cras populo próstituam uos.

---

176. 177. *Priscianus V 44 (p. 170, 14):* hoc penus et hoc penum. Plautus in Pseudulo: 'nisi mihi annuus penus hic ab amatoribus congeratur, cras populo prostituam uos, o puellae' *Idem VI 76 (p. 260, 17):* penus quoque et masculini et feminini et neutri inuenitur teste Donato et Capro. Plautus in Pseudulo: 'nisi mihi annuus penus ab amatoribus congeretur' *(congeritur libri multi)* *Servius ad Verg. Aen. I 703:* CURA PENUM] . . . masculino uero genere Plautus: 'nisi mihi annuus penus datur' *Cledonius p. 40, 9:* penus. hic penus. Plautus in Pseudulo: 'nam nisi mihi penus annuus hodie comuenit' *(*conuenit *al. m.)* *Charisius p. 74, 28:* penus quomodo debaet declinari incertum est. nam Plautus in Pseudulo eodem ferel oco et masculino genere dicit hic penus et neutro hoc penus: *cf. v. 228*

---

de cant. p. 55 sq., Muellero Pros. p. 100, Brixio l. s. s., Spengelio l. s. s., aliis: omnes trochaicos esse voluerat Ritschelius 174. U *initio,* NUNC-EGO, Q· *et* EXPERIAR *apparuerunt in A* Viris quae summis *Brixius Nov. annal. vol. CI (a. 1870) p. 773.* Virisque summis *Dziatzko 'Jen. Litteraturz.' a. 1878 p. 160*ª inclutę *B.* inclitę *CZ.* inclite *D.* inclyte *F* amicę *B* 175. QU *ab initio,* REIQUAE*(*UAE *vestigiis incertissimis) et in novo v.* S *dubia et paullo post* S *certa in A apparuerunt* Quę *BD* capiti *FZ.* capitis *BCD* quae suae rei *Bothius.* quaeque *(*queq› *B.* quęq› *D)* suae *(*suę *BD)* rei *BCDFZ.* quaeque rei *idem Bothius* quę *BD* summo *C* 176. E*(vel* I*)*CREDAMET-QUAMUENALEMHODIEEXPERIAR *in A legi potuerunt* mihi fore libertam *Ritschelius* credam et quam *hiatu admisso Muellerus Pros. p. 100: cf. Add. p. 118 adn.* ego hodie *Ritschelius ('licebat etiam* credam, quam autem uenalem'*).* hocedie *Bergkius Opusc. vol. I p. 111.* hodied *Ritschelius Nov. exc. p. 90* *Verba* hodie experiar *e v. 174 iterata aliud quiddam loco suo pepulisse censet Ritschelius* *Cf. Usenerus l. s. s.* 177. F *ab initio et* TAHUCABAMATORIBUS *exstare visa sunt in A* mi hodie ut *Ritschelius* c̃ueniat *D.* comueniant *Usenerus ex Cledonii codice* *Versum confictum esse ad exemplum v. 228 dicit Sauppius Quaest Pl. p. 5: tutantur Studemundus de cant. p. 55 sq. et Usenerus l. s. s.* 178. NAM *ab initio suoque loco post* NIMIHI, *ut videbatur,* PE, *deinde* HOD *et* ENITORASPO *apparuerunt in A Loewio (*annuus *adfert Studemundus 'Ueber zwei Parallelkom.' p. 55)* Nam nisi mihi penus annuos hodie conuenit *scripsi ex vestigiis cod. A.* Nam nisi

Natálem scitis mihi ésse diem hunc: ubi istí sunt quibus uos óculi estis,
Quibus uítae, quibus delíciae estis, quibus sáuia, mamillae, méllillae?
Maniplátim mihi munérigeruli facite ánte aedis iam hic ádsint.
Cur égo uestem, aurum atque éa quibus est uobís usus praehibeó? quid mi
Domi nísi malum uostra operást hodie, inpróbae? uini modo cúpidae estis:

---

179. *Servius Dan. in Aen. IX 641:* Plautus in Pseudolo: 'natalem .... esse' 181. Manipulatim *hinc transiit in gloss. Plautinum: cf. Ritschelius Opusc. vol. II p. 257* 183. 184. *Non. p. 500, 18:* ablatiuus pro genetiuo. Plautus Pseudolo: 'uino modo cu-

306. ussu *Fleckeisenus, Buechelerus de decl. p. 110 (ed. Windekilde).* iustus *BCDZ cum A.* usui *F, cod. Scaligeri, 'Vatic.' Lipsii Ant. lect. IV 4, Ritschelius. cf. Seyffertus Ind. phil. vol. VIII (a. 1877) p. 340* QUICQUAM *A* PERPETUATDATA *A.* perpetuo datat *Buechelerus l. s. s.* 307. DETDETUSQ·QUANDO *A.* detque usque quando *CDFZ.* Det queusque *sine* quando *B.* Det quid usque: quando *Bergkius Opusc. vol. I p. 677.* Aut det usque, aut quando *edidit Ritschelius.* Aut det cusque aut quando *idem Opusc. vol. III p. 142.* Det usque usque: quando *Baierus l. s. s. p. 159.* Datque usque, quando *Pylades* nihil *(ex* mihil *B)* sit *BCDFZ cum A.* nihil est *Ritschelius in adnotatione: cf. Muellerus Add. ad pros. p. 141 adn.* SIMULAMAREDESINAT *A* *Ceterum versum eicit Bursianus Nov. annal. vol. LXXVII (a. 1858) p. 512* 308. NIHILNE *A.* Nihilne *(*Nihil ne *B.* ne *sup. scr. C) reliqui* TEMISERET *A: quod defendi posse concedit Ritschelius.* temet miseret *BCD.* te mei miseret *FZ.* mei miseret te *Ritschelius.* te miseret mei *Mahlerus de pron. colloc. p. 42* BA. *om. F* INANIS *A* cedis *Saracenus cum A.* cedes *BCDZ.* accedis *F.* accedas *codd. Pyladis* inanis? BA. Caedis dicta, non *Bergkius Opusc. vol. I p. 677* SONANT *A* 309. ATQ·EGOTEUIUOM *A* te *sup. scr. D^2* uiuum *libri praeter AB* saluomque *B cum A.* saluumque *reliqui* PS. *om. F* Eo *DZ* mortus est *B.* mortuus est *CDFZ.* MORTUMST *A teste Ritschelio (qua scriptura abutitur Kochius Philol. vol. XXXIII a. 1874 p. 704), ubi* MORTUUEST *dubitanter testatur Loewius:* mortuumst *Studemundus 'Ueber zwei Parallelkom.' p. 55* 310. *Hunc v. om. CDFZ* MIHI *A* PROFECTO *A* quom *B* ISTIS *A* mortuus est *B cum A* 311. BA. *praem. F* UIXIT *A* amator/// *C* ubi] nisi *F* SUPPLICAT *A.* placet *reliqui* 312. adme *B* quom *B* ARGENTATA *A* querimoria *B.* QUAERIMONIA *A* 313. Nam istuc *BCDFZ, ubi* istoc *Camerarius.* NAMISTISTUC *(*ST *litteris incertis) A* LAMENTARE *A, atque ita Lambinus.* clametare *B.* clamet are *D.* dametare *C.* cla-

Apud nouercam quérere.

PSEVDOLVS

Eho, an umquam tu húius nupsistí patri?

BALLIO

Dí meliora fáxint.

PSEVDOLVS

Fac hoc quod té rogamus, Bállio,
Meá fide, si istí formidas crédere. ego in hoc tríduo
Aút terra aut mari aút alicunde euóluam id argentúm tibi.

BALLIO

Tíbi ego credam?

PSEVDOLVS

Quór non?

BALLIO

Quia pol quá opera credám tibi
Vna opera alligém canem fugitíuam agninis láctibus.

CALIDORVS

Sícine mi abs te béne merenti mále refertur grátia?

317. Alicunde *hinc transiit in gloss. Plautinum: cf. Ritschelii Opusc. vol. II p. 257* 319. *Nonius p. 331, 26:* Lactes . . . Plautus . . . Pseudolo: 'una opera . . . lactibus'

mitare *FZ* este *B ante corr.* est *F* 314. QUERERE *A* Eho an umquam *B cum A.* ehoa nũquã *CD.* eho nũquam *FZ.* eho ah nunquam *codd. Pyladis.* eho nunquid tu '*Vaticani*' *Lipsii Ant. lect. II 9.* An umquam *Ritschelius.* Enumquam *Fleckeisenus praef. Pseud. p. XIII.* Eho an tu umquam *idem edidit.* Eho tun umquam *Lambinus.* Eho umquamne *Ritschelius in adn. coll. v. 305.* Eho an tu huius umquam *Muellerus Add. ad pros. p. 58* 315. MELIORA *A.* melius *BCDFZ* faxint] faciant *libri praeter A: cf. Baierus l s. s. p. 34* fac hoc quod *BCDFZ.* face quod *cum A Ritschelius: cf. Baierus l. s s.* ballio D^2FZ. balho *B.* balcho CD^1. CALLIO *A* 316. ISTI *A* CREDERE *A* TRIDUO *A* 317. AUTTERRA *A* MARI *A* aut alicunde *Bergkius Opusc. vol. I p. 127, Spengelius T. Macc. Pl. p. 231.* alicunde *BCDFZ.* ALIQUONDE *A.* alicunde aliqua *coll. Epid. 331 Ritschelius* EUOLUAMIN *(non* id*) A* 318. TIBI *A* Cur *libri praeter A* QUAOPERA *A: item D (e ras.) FZ.* qua operas *BC et D ante ras.* quoia opera *Bergkius Opusc. vol. I p. 677* CREDAM *A* 319. OPERA *A* allicem *Nonius.* adlegem *Reichius Symb. philol. ed. Monach. a. 1877 p. 19 sqq.* canem fugitiuam *Dousa, Bothius.* fugitiuum canem *Nonius.* FUGITIUAMCANEM *A: atque ita reliqui, nisi quod* cane (canẽ *m. rec.) et* magninis *pro* agninis *B* agnis *Nonius.* mininis *Luchsius teste Lorenzio,* ego agninis *L. Muellerus cetera servantes Cf. Caesar p. 132* T(*vel* I)ACTIBUS *A* 320. Sic-

BALLIO

Quíd nunc uis?

CALIDORVS

Vt ópperiare hos séx dies aliquós modo,
Né illam uendas neú me perdas hóminem amantem.

BALLIO

Animó bono's:
Vél sex menses ópperibor.

CALIDORVS

Eúge, homo lepidíssume.

BALLIO

Ímmo uein etiám te faciam ex laéto laetantém magis?

CALIDORVS

Quíd ais?

BALLIO

Quia enim nón uenalem iám habeo Phoenícium.

CALIDORVS

Nón habes?

BALLIO

Non hércle uero.

CALIDORVS

Pseúdole, ei, accerse hóstias,
Víctumas, laniós, ut ego huic hic sácruficem summó Ioui.

cine *F* MIHIAB(*vel* P)STE *A*. mihi abs te (abste *B*) *reliqui* MALE *A* gracia *B*. GRATIA *A* 321. BA. *om. C* UIS *A* operiare *DF* HOSSEXDIESALIQUOS *A*. hos sex dies saltem (saltim *C*) *reliqui*. hos dies aliquos *vel* hos aliquos sex dies *Kiesslingius Mus. Rhen. vol. XXIII (a. 1868) p. 418.* hos sex dies festos *Ritschelius* 322. NE *A* neu] ne *C* me perdas *B cum A*. perdas me *reliqui* ANIMOBONOES *A: item B*. bono animo es *reliqui* 323. menses *libri cum A* OPPERIBOR *A*. operibor *DF* opperibor menses *Z* FUGE *A* lepididisume *B*. lepidissime *CDFZ* 324. IMMO *A* UEIN *A*. uim *B*. uin *reliqui* ETIAM *A* FACIAM *A* lacto *Z* LAETAN-TEMMAGIS *A* 325. QUIDAIS *A*. Quid iam *reliqui, Ritschelius* QUIA *A* UENALEMIAM *A*, *Ritschelius*. uenalemam *B ante ras.* uenalem *B (ex ras.) cum reliquis* phenicium *DF*. phęnicium *C* 326 UERO⌗PSEU-DOLEEIACCERSEHOSTIAS *A*. uero CA. (CA *sup. scr.* D^1) o pseudole accersi hostias *D*. uero opseudole arcessi hostias *cum vacuo spatio circ. 6 litt. e rasura orto post* opseudole *B*. uero o pseudole arcessi hostias *C*. uero. Cal. dole *(sic, cum lacuna)* accersi hostias *Z*. uero. CA. o pseudole accersi hostias *F*. accerse *iam Beroaldus* 327. Victimas *libri praeter A* lanios, ut ego huic hic *Brixius Nov. annal. vol. CXV (a. 1877) p. 331.* Lanios ut ego huic D^2F *cum A, nisi quod is* HUIC.

Nam híc mihi nunc est múlto potior Iúppiter quam Iúppiter.

BALLIO

Nólo uictumás: agninis me éxtis placarí uolo.

CALIDORVS

Própera: quid stas? eí, accerse agnos. aúdin, quid ait Iúppiter?

PSEVDOLVS

Iam híc ero: uerum éxtra portam mi étiam currendúmst prius.

CALIDORVS

Quíd eo?

PSEVDOLVS

Lanios índe accersam dúo cum tintinnábulis:
Eádem duo gregés uirgarum inde úlmearum adégero,
Ýt hodie ad litátionem huic súppetat satiás Ioui.

BALLIO

I ín malam crucem.

lanios et ego huic *Z*. laniosus tego huic *BD*¹. laniosus te ego huic *C*. lanios, ut ego huice *Ritschelius*. lanios, huic ut ego *Fleckeisenus*. lanios, ut ego hodie huic *Muellerus Add. ad pros. p. 131* sacrificem *C* SVMMO *A* 328. mihi *sup. scr. D*¹ nunc *om. F* POTIVS *A* IVPPITERQVAMIVPPITER *A, Pylades 'ex antiquis codd.'* iuppiter queam iuppiter *BC*. iupit̃ queã iuppit̃ (queã *ex* qued *D*¹: ĩquã *D*²) *D*. iupiter inquam iupiter *F et, nisi quod* in quã, *Z* 329. BA. *F. om. BCDZ* uictumas *D cum A*. uictimas *B*. uictimas *CFZ* AGNINIS *A*. ac ninis *B*. acnimis *C*. ac nimis *DZ*. at minimis *F, quod defendi posse Handio Turs. I p. 426 visum.* mininis *Ritschelius.* at mininis *vel* at minis *Lipsius Ant. lect. II 1: quod ad* minas *h. e. oves glabras (ut Bacch. 1129) spectare Palmerius p. 711 et Dousa Expl. III 19 censuerunt.* agninis, *quod ex interpretamento repetebat Ritschelius, defendit Rostius Opusc. vol. II p. 239.* minimis *et mox* med *Scaliger.* ac minime *Bergkius Opusc. vol. I p. 677. an* crumillae, *ut* millae *intellexerit Calidorus?* MEEXTISPLACARI *A* 330. CA. *F. om. reliqui* ei, accerse *ex A Studemundus Stud. vol. I p. 271.* accerse *cum BCDFZ Ritschelius* AGNOS *A* AVDIN *A* IVPPITER *A*. iupiter *DFZ* 331. PS. *FZ et sup. scr. D*¹. *om. reliqui* uerom *B* extraportam *B* PORTAM *A* MI(*vel* E)ETIAM *A*. mi etiam *BDFZ, Ritschelius Opusc. vol. II p. 382.* mietiam *C*. Metiam *Saracenus, codices Pii. cf. Beckeri Antiq. Rom. I p. 178, 555, Iordani top. Rom. vol. II p. 106* currendum est *F*. currendusẽ *C*. currendust *BDZ*. CVRRENDVST *A* PRIVS *A* 332. QVIDEO *A*. Quidéo *D* ACCERSAM *A* DVO *A, Pylades.* duos *BCDFZ* tintinabulis *Z* 333. duo] domo *F* GREGES *A* unde *F* VIMEARVM *A*. ulmearũ (e *add. m. 2) D* 334. VT *A* LITATIONEMHVIC *A* SATIAS *A, Camerarius.* sacias *B*. satius *CDZ*. satis *F* *Sociat huic versui verba* in malam crucem *B* 335. BA. *praem. Ritschelius*

PSEVDOLVS

Ístuc ibit Iúppiter lenónius.

BALLIO .

Éx tua re nón est, ut ego emóriar.

PSEVDOLVS

Quidum?

BALLIO

Síc: quia,
Sí ego emortuós sim, Athenis té sit nemo néquior.
Éx tua rest, út ego emoriar.

CALIDORVS

Quídum?

BALLIO

Ego dicám tibi:
Quía edepol, dum ego uíuos uiuam, númquam eris frugí bonae.

CALIDORVS

Díc mihi, obsecro hércle, uerum sério, hoc quod té rogo:

cum Grutero. om. libri IINMALAM *A.* in malam *BCDFZ* CRUCEM *A* PS. *B.* CA. *CDZ. sine intervallo continuat F* Istuc ibit Iuppiter *Ritschelius.* ISTICIBITIUPPITER *A.* Isti cibiti oppiter *B proximo versui adnectens.* Istic ibit iuppiter (iupiter *F) CDFZ* LENONIUS *A* *V. 336—339 ita collocavit Ritschelius: quorum ordo hic est in libris omnibus: 338. 339. 336. 337. Initia in B haec sunt:* P Isti, P Quidum C Ego, Ex tua, Si ego, *sed ut rectae discriptionis maiusculae litterae in* Ex *v. 338 et* Quia *v. 339 vestigia sint* *Ex Ambrosiani vestigiis non omni ex parte recte lectis hanc formam commendabat Ritschelius in adn.:* BA. Éx tua re non ést ut moriar. PS. Quídum? BA. Id ego dicám tibi: ‖ Sí ego mortuós sim, Athenis té sit nemo néquior. ‖ Éx tua re ut ego emóriar magis est hércle. CA. Quidum? BA. Síc: quia, ‖ Dúm edepol ego uíuos uiuam, númquam eris frugi bonae 336. *Versum om. F cum 'codd. antiquis' Pyladis* BA.] *om. libri* extuare *D* non est ut ego emoriar *BCDFZ.* UTEGOEMORIARNONESTERE *A* PS.] CAL. *(post* CAL *erasa* Q *in C) BCDFZ* BA.] PS. *libri* Sic] Dic *Bergkius Opusc. vol. I p. 677* 337. si *ex* sc *D* ergo *CD* emortuus *CDFZ.* emortus *B.* MORTUUS *A* at heniste *B* SIT *A* nequ(i)or *D.* nequor *BC* 338. BA. *praem. F* EXTUAREESTUTEGOEMORIAR *A.* Ex tua re (extuare *D)* non est ut ego emoriar *BCDFZ* CA.] PS. *libri* Qui dum *CFZ* BA.] CA. *libri* Id ego *Ritschelius. cf. Muellerus Pros. p. 666* TIBI *A* 339. EDEPOL *A.* aedepol *Z* uiuus *CFZ cum A.* uius *B.* ui(v)us *D. cf. Kochius Nov. annal vol. CI (a. 1870) p. 284* NUNQUAMERIS *A* bonę *Z.* bone *BCD* 340. CA. *Saracenus.* PS. *libri* HERCLEUERUM *A.* uerum hercle *Z.* uerum *(et* hercle *sup. scr.) D. cf. Muellerus Add. ad pros.*

Nón habes uenálem amicam tú meam Phoenícium?

BALLIO

Nón edepol habeó profecto: nám iam pridem uéndidi.

CALIDORVS

Quómodo?

BALLIO

Sine órnamentis, cum íntestinis ómnibus.

CALIDORVS

Meám tu amicam uéndidisti?

BALLIO

Válde: uigintí minis.

CALIDORVS

Víginti minís?

BALLIO

Vtrum uis, uél quater quinís minis,
Míliti Macédonio: et iam quíndecim habeo ab eó minas.

CALIDORVS

Quíd ego ex te audio?

BALLIO

Hóc: amicam túam esse factam argénteam.

CALIDORVS

Cúr id ausu's fácere?

p. 140 sq. ṢẸRIO *A* QỤOD *A* ROGO *A, Acidalius.* rogo est *(vel* ẽ*)* *BCDFZ: cf. Seyffertus Philol. vol. XXIX (a. 1870) p. 380 et Muellerus l. s. s.* 341. HABEṢUENALEṂẠMIỌAM *A* phenicium *D* 342. BA. *DFZ. om. BC* NOṆ *A* abeo *CD* Nã *(N ex* ia, *ut vid.) D* 343. QU . . . NTESTIN . . . S *ut vid. A.* cum testinis *B* 344. Valde] Quanti? *Ussingius* UIGỊNTIMINỊṢ *A* 345. CA. *om. C: in quo hic versus quamquam suo loco positus tamen in ima pagina iteratur additis signis* đ *et* ħ UIGINṬIMỊNỊS *A* ł quat̃ quinis *in ras. C* 346. MACEDONỊO *A.* macedonico *Z* et iam *Pius, Acidalius.* etiam *libri* quindecim habeo ab eo *Brixius Nov. annal. vol. CI (a. 1870) p. 774.* quindecim habeo *BCDFZ cum A.* quindecim inde habeo *Muellerus Add. ad pros. p. 141.* quindecim habeo domi *(*intus *in adn.) Ritschelius* MỊNAS *A* 347. ẸGO *A* EXTẸ *A.* exte *B* Hoc: amicam tuam esse *Muellerus Pros. p. 635 (cf. Add. p. 99).* amicam tuam esse *libri, nisi quod* ẸSSE *A.* tuam esse amicam *Ritschelius.* tuam amicam esse *Bothius* tuam esse factam amicam argenteam *Ritschelius in adn.* FACṬAM *A* 348. CA. *om. C* Qur *B cum A.* Cur *reliqui* ausus *libri, Olsenus Quaest. Pl. p. 18* BA.] P *B.* PS. *CD*[1]*: corr. D*[2] libuit

BALLIO

Lúbuit: méa fuit.

CALIDORVS

Eho, Pseúdole,
Eí, gladium adfer.

PSEVDOLVS

Quíd opust gladio?

CALIDORVS

Qui húnc occidam una átquē me.

PSEVDOLVS

Quín tu ted occídis potius? nam húnc fames iam occíderit.

CALIDORVS

Quíd ais, quantum térram tetigit hóminum periuríssume?
Iúrauistin té illam nulli uénditurum nísi mihi?

BALLIO

Fáteor.

CALIDORVS

Nempe concéptis uerbis.

BALLIO

Étiam consultís quoque.

libri cum A CA.] *spat. om. A* eho] e *ex* o *D* 349. EI *A.* I *reliqui, nisi quod* Et *C. cf. Fleckeisenus Nov. annal. vol. LXI (a. 1851) p. 18* adfer *B (ex ras.)* CD^2Z *cum A.* adfert *B ante ras. et* D^1. affer *F* opust *Ritschelius.* OPUS *A: item reliqui. def. cum alii, tum Olsenus p. 84* Qui hunc occidam una atque me *Fleckeisenus.* Qui hunc (hunc *sup. scr.* B^1) occidam (occidãr *B)* atque me *BCDFZ.* QUIHOCOCCIDAMATQ·ME (O *post* C *incerta) A.* Qui hunc nunc occidam atque me *Ritschelius* (Quid *idem ceteris servatis Nov. Exc. p. 64).* Qui hunc occidam atque enicem *Ussingius.* Qui istunc occidam atque me *Guyetus.* Qui hunc ego occidam atque me *Bergkius Opusc. vol. I p. 677.* qui hunc ulciscar atque me *Palmerus Hermath. X p. 68*
350. TU *A* ted *Bothius.* te *libri cum A.* te unum *Muellerus Pros. p. 746.* tete *Spengelius T. Macc. Pl. p. 228* OCCIDIS *A.* occides *CDZ* postius *B* fames] m *e corr. D* fame siam *B* 351. terram tetigit *Geppertus Stud. Pl. vol. II p. 56, Bergkius Opusc. vol. I p. 677.* TERRATETIGIT *A.* terra tegit *BCDFZ.* terram tēgit *Buggius Philol. vol. XXXI (a. 1872) p. 254.* terra tetulit *Palmerus Hermath. XI p. 315.* in terra degit *cum Lipsio Ant. lect. IV 4 Ritschelius. ineptit Scioppius Verisim. I 12* tegit homo *ascripsit Bentleius* hominẽ *D* PERIURISSIME *A. item reliqui, nisi quod* per iurissime *B* 352. Iuraui stinte *B.* iurauistincte *C.* iurastin te *FZ* MIHI *A Huic versui adhaeret* B Fateor *in B* 353. *Cf. ad v. 352* UERBIS *A* consultis '*e vetustis exemplaribus*' *Pius: item Beroaldus.* con-

CALIDORVS

Périurauistí, sceleste.

BALLIO

At árgentum intro cóndidi.
Égo scelestus núnc argentum prómere hinc possúm domo:
Tú qui pius es, ístoc genere gnátus, nummum nón habes.

CALIDORVS

Pseúdole, adsiste áltrim secus atque ónera hunc maledictís.

PSEVDOLVS

Licet.
Númquam ad praetorem aéque cursim cúrram, ut emittár manu.

CALIDORVS

Ingere mala múlta.

PSEVDOLVS

Iam ego te dífferam dictís meis.
Ínpudice.

BALLIO

Itást.

---

sulis *BCDZ.* consiliis *F.* CONSUTIS *A* 354. *Verba* Per iurauistis *(ita, non* per iurauistis*)* sceleste *superioribus continuat B omissa personae nota* CA. *FZ. om. CD cum B* PERIURAUISTI *A.* Periurasti *F* BA.] CA. *CD, Z iterum* ARGENTUMINTRO *A* 355. ARGENTUM *A* promere hinc possum domo *Sauppius Quaest. Pl. p. 6, Muellerus Pros. p. 23.* PROMEREPOSSUMDOMO *A: item reliqui.* domo potissum promere *Ritschelius.* promere mihi possum domo *Fleckeisenus.* promere potis sum domo *Bothius.* promere possiem domo *Guyetus. cf. Ritschelius Opusc. vol. II p. 447* 356. qui pius es istoc *F.* quipiussist oc *(octava littera ex* i *corr.) B.* qui pius sistoc *C.* qui *(sup. scr.)* pius sistoc *D.* qui sis istoc *Z.* QUIPIUSISTOCES *A* NATUS *A* NUMMUS *A.* numinũ D^1*Z: corr.* D^2 357. CA. *F. om. reliqui* adsiste altrim secus atque *Fleckeisenus, Roeperus Philol. vol. XVIII (a. 1862) p. 242* (altrimsecus *Ritschelius).* ADSISTEALTERIMSECUSATQ· *A.* adsiste altrinsecus atque *D (ex corr.) FZ.* adsistera trinsecus atque *BCD (ante corr.).* adsiste atque altrinsecus *Bothius.* adsiste alterim atque *Ritschelius in adn.: cf. Opusc. vol. II p. 256. 457 sq.* PS.] *spat. om. A* LICET *A*

Versuum 358—366 haec sunt in B initia: Numquam, P Iam ego, P Verbero, C Socio fraude, B Fateor, P Permilies, C Fraus, B Cantores

358. *Calidoro tribuit v. Bergkius Opusc. vol. I p. 677* ut te mittam *scribens* NUNQUAM *A: ante quam vocem in B erasa* D ADPRAETOREM *A.* ad pretorem *BD* aeque *Pylades.* ´AE*(vel* I*)*QUE *A.* atque *libri* CURRAM *A* UTEMITTARMANU *A, Camerarius.* lite mittar manus *BCD.* litem utar manu *F.* lite utar manu *Z.* licet utar manu *codd. Pyladis* 359. CA. *om. BCD* Ingere *(non* ingere*) B.* Ingere huic *Fleckeisenus.* Inger ei *Usenerus Nov. annal. vol. XCV (a. 1867) p. 250* MALA *A* DICTIS *A* 360 – 362. *Calidoro tribuit* Sceleste, Bustirape *et* Sociofraude *Bergkius Opusc. vol. I p. 677* 360. Impudice *(sic, non*

PSEVDOLVS

Sceleste.

BALLIO

Dícis uera.

PSEVDOLVS

Vérbero.

BALLIO

Quíppini?

PSEVDOLVS

Bustírape.

BALLIO

Certo.

PSEVDOLVS

Fúrcifer.

BALLIO

Factum óptume.

PSEVDOLVS

Sóciofraude.

BALLIO

Súnt mea istaec.

PSEVDOLVS

Párricida.

BALLIO

Pérge tu.

CALIDORVS

Sácrilege.

BALLIO

Fateór.

CALIDORVS

Periure.

BALLIO

Vétera uaticinámini.

impudice *etiam B) BCFZ* Ita est *libri praeter A* dices *BCDF.* dies *Z* UẸRA *A* UẸRBERO *A* 361. PS. *bis posuit pro* CAL. *Ritschelius* Quid pini C busti rape *B* CERTO *A.* certe *reliqui* factum *FZ cum A.* factã *BCD* optime *F* 362. PS. *Ritschelius.* CA. *libri* Socio fraude *BCZ.* sotiofraude *D.* socifraude *F.* SOCIUFRAUDE *A: cf. Buggius Philol. vol. XXXI (a. 1872) p. 255.* sociofrude *Pareus*

MEAISTAEC *A, Guyetus.* meaec ista *B.* mea ec ista D^2. ṃea ^{h}ec ista D^1. mea haec ista *FZ.* mea eccista *Bothius* PARRỊCIDA *A* 363. CA. *Ritschelius.* PS. *libri, Bergkius Opusc. vol. I p. 677* SACRILEGE*(vel* I*) A* uaticinamin *C*

CALIDORVS
Légirupa.

BALLIO
Validé.

PSEVDOLVS
Perrnícies adulescentum.

BALLIO
Acérrume.

CALIDORVS
Fúr.

BALLIO
Babae.

PSEVDOLVS
Fugitíue.

BALLIO
Bombax.

CALIDORVS
Fraús popli.

BALLIO
Planíssume.

PSEVDOLVS
Fraúdulente.

CALIDORVS
Inpúre leno.

PSEVDOLVS
Caénum.

BALLIO
Cantorés probos.

CALIDORVS
Vérberauistí patrem atque mátrem.

365. Bombax *hinc receptum in gloss. Plaut.: cf. Ritschelius Opusc. vol. II p. 257*

364. LEGERUPA *A.* Legi rupa *B* pernicies *FZ.* PERMITTES *A.* Permilies *BCD* adolescentū *DF* BA.] *spat. om. A* ACERRUME *A* 365. babe *C.* habe *D.* abi *F* bompax *C* CA.] PS. *F* popli *Bothius.* populi *libri cum A* PLANISSIME *A* 366. Fraudalente *CD* Impure *BDFZ* *Inter* INPURE *et* LENO *pers. spat. A: unde profectus* CA. Inpure. PS. Leno. CA. Caenum *Kiesslingius Mus. Rhen. vol. XXIII (a. 1868) p. 419* PS. *(post* leno*) FZ.* CAL. *iteratum in BCD* CAENUM *A.* cenum *reliqui* *An* CA. Inpure. PS. Caenum. CA. Leno? *cf. Rud. v. 653* 367. Verber^{ui}asti *B*

BALLIO

Atque occidí quoque
Pótius quam cibúm praehiberem: núm peccaui quíppiam?

PSEVDOLVS

Ín pertussum ingérimus dicta dólium: operam lúdimus.

BALLIO

Númquid aliud étiam uoltis dícere?

CALIDORVS

Ecquid té pudet?

BALLIO

Tén amatorem ésse inuentum inánem quasi cassám nucem.
Vérum quamquam múlta malaque dícta dixistís mihi,
Nísi mihi hodie attúlerit miles quínque quas debét minas,
Sícut haec est praéstituta súmma ei argentó dies:
Si íd non adfert, pósse opinor fácere me officiúm meum.

MATREM *A* quoque *sup. scr. D* 368. CIBUM *A.* pre hibere *B.* PRAEBEREM *A* quipiam *Fleckeisenus* 369. In pertussum *D.* Inpertus sum *C et B ante ras.* Inpertus um *ex ras. B.* Inpertusum *FZ cum A* ingerrimus *C* docta *B* 370. Numquid *Scutarius.* NUNQUID *A.* Nunc quid *BC.* Numq, *D.* Nũquã *FZ* ALIUD *A: item FZ.* alium *BCD.* aliud mi *Bergkius 'Beitr.' p. 54, Muellerus Pros. p. 599 (cf. Add. p. 31 sqq.).* alium me *Gruterus, Ritschelius: cf. Nov. exc. p. 56* uoitis *Z* ecquid te *Pylades.* ec quite *BCD.* ecqui te *FZ.* HAECQ*(vel* C*)*UIDTE *omisso spatio ante* HAEC *A* 371. TEN *A.* Te *reliqui.* Ted *Camerarius, Ritschelius. cf. Umpfenbachius Mel. p. 34, Ritschelius Nov. exc. p. 44, Bergkius 'Beitr.' p. 52, Mint. Warren 'On the enclitic Ne in early latin' p. 6 (56), Brixius Nov. annal. vol. CXV (a. 1877) p. 331* Te amatorem uelatum esse inuentum *Bergkius l. s. s. p. 158 coll. loco Fest. p. 14* AMATOREM *A* ESSEINUENTUM *A, Bothius.* inuentum esse *BCDFZ* 372. UERUM *A.* Sed *reliqui* MALAQUAE *A.* mala quę *BCZ.* mala que *D* dicta dixistis mihi *Ritschelius.* INMEDICTADIXISTISTAMEN *A.* in me *(*ĩ me *C)* dicta dixistis mihi *reliqui.* in me dicta dixistis modo *Pylades. cf. Usenerus Nov. annal. vol. XCI (a. 1865) p. 263, Seyffertus Stud. Pl. p. 30, Niemeyerus l. s. s. p. 13, Baierus l. s. s. p. 75. Nihil agit Geppertus Stud. Pl. I p. 94* 373. MIHIHODIE *A.* mihi *reliqui.* mi actutum *Guyetus.* mihi iam *Bothius.* mihi huc *quasi ex A Geppertus Stud. Pl. vol. II p. 57* mites *BCD*[1] *(corr. D*[2]*)* 374. EST *A* PRAESTITUTA *A.* prestituta *B* SUMMAEI *A, Gruterus.* summę *B.* summe *CDFZ.* summa *Lipsius Ant. lect. IV 4 et* ei *post* argento *addens Acidalius.* numerando *Camerarius* ARGENTO *A* 375. IDNONADFERT *A.* is non aderit *reliqui: cf. Blasius l. s. s. p. 18, Baierus l. s. s. p. 140* MEOFFICIUM *A.* officium *reliqui.* officium me *Camerarius. cf. Baierus l. s. s.*

CALIDORVS

Quíd id est?

BALLIO

Si tu argéntum attuleris, cúm illo perdideró fidem:
Hóc meumst offícium. ego, operae sí sit, plus tecúm loquar:
Séd sine argento frústra's, qui me tuí miserere póstulas.
Haéc meast senténtia, ut tu hinc pórro quid agas cónsulas.

CALIDORVS

Iámne abis?

BALLIO

Negóti nunc sum plénus.

PSEVDOLVS

Paulo póst magis.
Íllic homo meus ést, nisi omnes dí me atque homines déserunt.
Éxossabo ego illúm simulter ítidem ut murenám quoquos.

---

382. *Non p. 170, 19:* simulter pro similiter. Plautus Pseudolo: 'exossabo . . . cocus'

---

376. *Spat. ante* SI *om. A* ATTULERIS *A* quom illo *B* PERDIDERO *A.* perdiderim *reliqui, nisi quod* Perdiderim *B: cf. Baierus l. s. s. p. 92* FIDĒ *A* 377. *Pers. spat. praem. D* Hoc meum est officium ego operae si *BCDFZ, nisi quod* oficium *D,* opere *CDFZ: de qua scriptura cf. Baierus l. s. s. p. 32 contra Niemeyerum p. 20 disputans.* HOCOFFICIUMMEUMESTMIHIOPERASI *A.* Hoc officium meumst. magis operae si *Ritschelius. cf. Muellerus Add. ad pros. p. 61 adn. An* ergo*?* TECUM *A* 378. SINEARGENTO *A cum reliquis.* sine nummo *Ritschelius* sine argento *e v. 644 repetens conferensque Proleg. p. CXLVIII.* se argento *idem Opusc. vol. III p. 130* FRUSTRAESQUI *A.* frustra (frastra *B ante corr.*) est quod *reliqui. cf. Baierus l. s. p. 95.* frustra es quod *Scioppius Susp. lect. I 13* me tui *libri cum A.* me tis *vel* tui me *Muellerus Pros. p. 291, Add. ad pros. p. 64* miserere *Spengelius ad Truc. II 1, 13 probante Kiesslingio Nov. annal. vol. XCVII (a. 1868) p. 612.* misereri *libri cum A* 379. Hec *C* SENTENTIAMEAST *A.* mea est sententia (sentencia *B*) *reliqui* ut *libri cum A.* at *cum Bothio Ritschelius* AGASPOSTULAS *A* 380. CA. *om. C* IAMNE *A* habis *BCD* BA. *om. BCD sine spatio* NEGOTI *A.* negotii *BCD.* negocii *FZ* nunc *B cum A: om. reliqui* PS. *FZ.* P *ex* B *ras. B.* BAL. *CD. Ballioni continuat A, Bothius* PAULLOPOST *A* 381. ILLIC *A* meust *Ritschelius Ceterum simillimus est v. 600 (cf. praef. Men. p. XV ed. R.), unde intellegitur* nisi . . . deserunt *cum eis quae praecedunt iungenda esse, non cum sequentibus* 382. Exossabo *BDZ cum A, Nonius.* Exossuabo *F.* Exossabit *C* ego illum simulter *Nonius.* EGOILLUMSIMILITER *AZ.* similiter ego illum *BCD.* simulter ego illum *F: cf. Baierus l. s. s. p. 73, Reblinius l. s. s. p. 81, Caesar l. s. s. p. 132* murenam (r *ex* n *C*) *libri cum A* QUOQUOS *A.* quoqus *B.*

Núnc, Calidore, té mihi operam dáre uolo.

CALIDORVS

Ecquid ínperas?

PSEVDOLVS

Hóc ego oppidum ádmoenire, ut hódie capiatúr, uolo.
Ád eam rem usust hóminem astutum dóctum, cautum et cállidum,
Qui ímperata ecfécta reddat, nón qui uigilans dórmiat.

CALIDORVS

Cédo mihi, quid és facturus?

PSEVDOLVS

Témperi ego faxó scies.
Nólo bis iterári: sat sic lóngae fiunt fábulae.

387. Temperi *hinc transiit in gloss. Plaut.: cf. Ritschelius Opusc. vol. II p. 257*

quoquis *CD.* quoquus *Z.* coquus *F* 383. NUNCCALUDORE *A.* Sed nunc calidore (callidore *Z) reliqui* TEMIHIOPERAMDAREUOLO *A.* operam mihi te uolo dare *reliqui: cf. Niemeyerus l. s. s. p. 14, Baierus l. s. s. p. 82* ECQUID *A: item FZ.* ec Quid *CD.* Quid *B.* quin *Acidalius* inperas *solus B* 384. PS. *om. F* opidum *DF* ATMOENIRE *A.* amenire *F* HODIE *A* uapiatur *Z* *Ceterum redit hic v. infra v. 586 sq.: unde profectus v. 384—386 a Plauto abiudicat Ladewigius Philol. vol. XVII (a. 1861) p. 457 simul genuinos versus intercidisse ratus et versus 387—389 post 392 collocans: cf. Ritschelii Opusc. vol. II p. 279 sq. 768, praef. Menaechm. ed. R. p. XV, Lorenzius Philol. vol. XXXV (a. 1876) p. 170 sq., Niemeyerus l. s. s. p. 14 sqq., Baierus l. s. s. p. 34 sqq., Langenus Stud. Pl. p. 203* 385. rem usust *CDZ.* REMUSUSEST *A.* remus *et post rasuram* ist *litterarum* ust *B.* rem usui es *F* DOCTUM*(litteris* CT *incertis) A* cautum et callidum *Reifferscheidius Ind. Vratisl. a. 1885/86 p. 8, Schoellius Woelfflini Arch. vol. II p. 210 (sine* et, *ut Geppertus).* CAUTOETCALLIDO *A.* scitum (Scitum *B)* et callidum (calidum *B) reliqui, Ritschelius: sed ut in adn. suspicetur Plautum* homine astuto docto scito et callido *scripsisse. cf. Geppertus Stud. Pl. vol. II p. 61, Niemeyerus l. s. s. p. 9, Langenus in Woelfflini Arch. t. III p. 331, Baierus l. s. s. p. 143. accusativum sollicitare non audeo* 386. Cui *D* imperata ecfecta *B.* IMPERATAEFFECTA *A.* imperat haec (hęc *D)* facta *CDZ et, nisi quod* hec, *F* non] PS. non *F* do^r^miat *D* 387. Cedo iam mihi *Ritschelius* es *F cum A, Pius.* est *reliqui.* eo's *Bergkius Opusc. vol. I p. 677* eo facturu's? *Lorenzius* TEMPERI *A, gloss. Plaut.* temperi *reliqui* 388. N . . . . bis *(cum rasura) B* iterari: sat *Bothius.* ITERARI*(vel* E*)*SAT *A.* iteraris at *BC.* it^or^aris ac *(*er *add. m. 2) D.* iterare. sat *FZ* SIC *A* longe *B* FIUNT *A*

CALIDORVS

Óptumum atque aequíssumum oras.

PSEVDOLVS

Própera: adduc hominém cito.

(CALIDORVS

Paúci ex multis súnt amici hómini qui certí sient.

PSEVDOLVS

Égo scio istuc: érgo utrumque tíbi nunc dilectúm para,
Átque exquire ex múltis illis únum qui certús siet.)

CALIDORVS

Iam híc faxo aderit.

PSEVDOLVS

Pótin ut abeas? tíbi moram dictís creas.

---

389. *V. in marg. habet C* Optumum *FZ cum A.* Optimum *BCD* aequissimum *Z cum A.* equissimum (equis simũ *D*) *BCDF* adduc *F, codd. Pyladis cum A.* Adhuc *B.* adhuc *CD.* addiac *Z: unde* adi ac *Scutarius.* adduce *Ritschelius* hominem cito (scito *C*) *BDFZ.* HOMINEMCELERITER *A.* hominem huc cito *Ritschelius* *De* propera *delendo cogitat Geppertus Stud. Pl. vol. II p. 61.* propera hominem adduc celeriter *Niemeyerus l. s. s. p. 21* *V. 390—392 damnant post Guyetum Lorenzius Philol. vol. XXXV (a. 1876) p. 169 sqq., Langenus Stud. Pl. p. 203: cf. quae dixi ad v. 384* 390. *Calidoro tribuit Ritschelius cum F: Pseudolo continuant reliqui* MULTI *A* amicis *Muellerus Pros. p. 565* CERTEQUISIENT *A.* qui certi sient *reliqui.* certi qui sient *Ritschelius duce A* 391. PS. Ego scio istuc. ergo utrinque *F.* CA. Ego scio istuc PS. Ergo utrimque *BCDZ, nisi quod* utrinque *Z.* EGOSCIOISTUNCEEGOUTRUMQ· *A.* utrumque *iam Acidalius, qui etiam de* utcumque *cogitabat* DE(*vel* I)LECTUM *A.* dilectum *BCDF, Fleckeisenus.* delectum *Z, Ritschelius: cf. ad Rud. v. 1279* 392. Atque exquire ex multis illis unum *Niemeyerus l. s. s. p. 14.* EXMULTISATQ·EXQUIREEX(*litteris* EX *incertis*)ILLISAMICISUNUM *A.* Ex multis exquire illis unum *reliqui: cf. Usenerus Nov. annal. vol. XCI (a. 1865) p. 264, Buggius Philol. vol. XXXI (a. 1872) p. 255.* Atque exquaere ex illis multis unum *Ritschelius.* Atque exquire ex illis unum amicis *Geppertus Stud. Pl. vol. II p. 59.* Ex illis exquire multis unum *Bothius: cf. Baierus l. s. s. p. 35* qui (quasi *F*) certus siet *BCDFZ.* QUICERTUSTCEDO *A: qua scriptura abutitur cum Niemeyero Baierus l. s. s.* 393. CA. *om. BCD* hoc *Z* ADUERIT *A* PS. *om. BCD sine spatio* POTIN *A* abeas *F, Beroaldus.* habeas *BCZ cum A.* abeas *D* TIBI *A.* CA. tibi *FZ* morem *F* dictis *BCDZ.* DICT(*vel* I)O *A. om. F* geram *F*

PSEVDOLVS

Postquam íllic hinc abiit, tu ástas solus, Pseúdole.
Quid núnc acturu's, póstquam erili fílio
Largítu's dictis dápsilis lubéntias?
Quoi néque paratast gútta certi cónsili
Neque ádeo argenti [neque nunc quid faciam scio].
Neque éxordiri prímum unde occipiás habes,
Neque ad détexundam télam certos términos.
Sed quási poeta, tábulas quom cepít sibi,
Quaerít quod nusquam géntiumst, reperít tamen:
Facit íllud ueri símile quod mendáciumst:

Act. I sc. 4 *Novam scaenam ordiuntur libri omnes,* PSEVDOLVS SERVVS DV *inscriptam in B,* PSEVDVL' *in D,* PSEVDOLVS *in FZ. unius versus interstitium est in A, duorum in C. contra Ritschelium qui antecedentibus adnectit scaenam disputavit Spengelius 'Sitzungsber. der bayer. Acad. der W.' a. 1883 p. 276* 394. P *praem. B* illic hinc *libri cum A.* ille hinc *Guyetus, Ritschelius.* illic *Bothius* ABỊIṬ *A* adstas *F* PSẸUDO(*vel* U)LE *A, Iuntina.* pseudols *B.* pseudolus *CDFZ* 395. acturus *libri, Olsenus p. 23, 41* ẸRỊLỊFILỊO *A* 396. LARGIUS *A.* largitus *reliqui, Olsenus p. 41* dictis dapsilis lubentias? *Ritschelius.* dictis dapsilis ubi (ut *F*) sunt ea *libri cum A, nisi quod is* DAPSILI(*vel* E)S *habet. quod defendebat Dousa Expl. III 20 et sic interpungens:* Largitus, dictis dapsilis *Gulielmius c. 2.* dicta es dapsilia? *commendabat Lipsius Ant. lect. I 17.* dicta dapsilia es *Lambinus.* Opulentias *Bergkius teste Lorenzio. cf. Buggius 'Tidskr. f. Phil.' vol. VI p. 9* 397. QUOI *A.* Qui *BCD.* cui *FZ* neque paratast gutta *Ritschelius.* neque parata gutta *BCDFZ, nisi quod* gucta *F.* NECPARATIESTQUỊCQUAM *A* (PẠRẠTUST *Studemundus legit teste Prehnio p. 13).* paratumst ciccum *Buggius 'Tidskr. f. Phil.' vol. VII p. 21. cf. Loewius Anal. p. 167, Niemeyerus p. 48 et Baierus p. 45* CẸRTI *A* CONSILI *A.* consilii *reliqui* 398. *Ita libri: verba* neque nunc . . . scio *interpolata esse dicit Ritschelius tale quid intercidisse ratus:* inueniundi ulla spes adest. (argenti *vel* argentist) nummus usquam gentium *Buggius l. s. s.* spes est usquam gentium *Palmerus Hermath. vol. VIII (a. 1882) p. 248.* facias *Lachmannus ad Prop. I 7, 6. integrum versum delet Ussingius* 399. occipias habes *B cum A.* accipias habeas *CDFZ, nisi quod* accipeas *C ante corr.* occipias *'alibi scriptum esse' dicit Pius* 400. ADDETEXENDAM *A.* adde texundam *BD.* ad detexundum *F.* detexundam ad *cum Guyeto Ritschelius* ṬELAM *A* 401. CUMCEPIT *A.* cum cepit *B.* c̃ cepit *D.* cũ caepit *Z.* concepit *C.* cõceptas *F* 402. Querit *BCDF* GENTIUMEST *A.* si gentium *BCD.* est gentium *FZ* REPERIT(*incerta* P) *A, Scutarius.* repperit *BCDZ.* Reppererit *F* 403. FACỊT *A.* Fecit *B.* Facile *Bergkius Opusc. vol. I p. 123 cum* reperit *iungens* illud *CDFZ cum A.* illut *B* QUỌD *A* mendatium *CD* est *libri cum A* *Versum delet Kiesslingius Mus. Rhen. vol. XXIII (a. 1868) p. 419*

Nunc égo poeta fíam: uigintí minae,
Quae núsquam nunc sunt géntium, inueniám tamen.
(Atque égo me iam pridem huíc daturum díxeram,
Et uólui inicere trágulam in nostrúm senem:
Verum ís nescio quo pácto praesensít prius.)
Sed cónprimunda uóx mihi atque orátiost:
Erum éccum uideo huc sénem Simonem uná simul
Cum suó uicino Cálliphone incédere.
Ex hóc sepulcro uétere uigintí minas
Effódiam ego hodie, quás dem erili fílio.
Nunc húc concedam, unde hórum sermoném legam.

404. POETA *A* minae (*minc D) libri praeter A.* MINAS *A, Ritschelius. cf. Baierus l. s. s. p. 51* 405. Que *B* nusquam nunc *BCDZ.* NUNCNUSQUAM *A.* nusquam *F* INUENIAM *A* *V. 406—408 delent Ussingius et Langenus Stud. Pl. p. 359: v. 406—409 Ladewigius Philol. vol. XVII (a. 1861) p. 456, Lorenzius Philol. vol. XXXV (a. 1876) p. 171 sq., v. 408 Sauppius Quaest. Pl. p. 6* 406. EGOMEIAMPRIDEMHUIC *A, Ritschelius.* ego huic iam pridem me *BCDFZ, nisi quod ante* ego *una littera erasa in C et* huic *sup. scr. D*[1]. huic iampridem ego me *Bothius* 407. ET *A.* At *BCDFZ.* Ac *Ritschelius* INICERE *A.* iniicere '*prisca exemplaria*' *Pii.* incipere *BCDFZ* TRAGOLAM *A* 408. QUO *A* presens it *D.* presens it *Z.* presens id *F, sed* d *littera postmodum erasa.* PRAESENTIT *A* PRIUS *A*

409. SEDCONPRE(*vel* I)MUNDAUOXMIHIATQ·ORATIOEST *A.* Sed conprimendast uox mihi atque oratio *reliqui, nisi quod* cõprimendast *CDZ,* compmendast *F,* mihi uox *Z,* oracio *BC* *Ceterum hunc versum eundem esse cum 788 adnotavit Ritschelius* 410. ERUM *A.* uerum *C* ecce eum *Henricus Schenkl St. Pl. p. 88 (694)* huc senem Simonem una *Muellerus Pros. p. 500.* huc simonem una *libri cum A.* huc meum Simonem una *Ritschelius.* istuc Simonem una *Pylades.* huc una Simonem *Camerarius* 411. Quom *B.* quem *CD* caliphone *Z*

De v. 412 sqq. cf. Leo Herm. vol. XVIII (a. 1883) p. 563 sq. 412. sepulchro *libri praeter A* UETERE *A teste Loewio: eandem scripturam probabiliorem quam* UETERI *dicit Studemundus* '*Ueber zwei Parallelkom.*' *p. 43* UIGINTI *A.* uiginta *C* (i *sup. scr.*) MINAS *A* 413. HODIE *A* 414. UNDE *A.* ut *BCDFZ, Ritschelius*

SIMO. CALLIPHO. PSEVDOLVS

SIMO

Si dé damnoseis aút si de amatóribus
Dictátor fiat núnc Athenis Átticis,
Nemo ánteueniat fílio credó meo.
Ita núnc per urbem sólus sermoni ómnibust:
Eum uélle amicam líberare et quaérere
Argéntum ad eam rem. hoc álii mihi renúntiant:
Atque íd iam pridem sénsi et subolebát mihi,
Sed díssimulabam.

PSEVDOLVS

Iám illi foetet fílius.
Occísast haec res, haéret hoc negótium.
Quo in cómmeatum uólueram argentárium

416. *Cf. Porphyrio ad Hor. Serm. I 6, 68:* Sic dicit Plautus: 'Athenis Atticis'

Act. I sc. 5 SIMO CALLIPHO PSEUDOLUS *A.* Simo Pseudolus Calipho *F.* SIMO CALLIPHO SENES II PSEVDOLVS SER DV *B et, nisi quod* PSEVD SERV' *omisso* DV, D^2*Z. om.* *C*D^1 415. SI. D^2 SIDEDAMNOSEIS *A.* Sidedam no sis *B.* Side *(*Vide *F)* damnosis *CDFZ, nisi quod* dampnosis *D* AUTSIDE *A, Bothius.* aut de *reliqui.* natis et *Pylade duce Camerarius* 416. ATTICIS *A* 417. ANTEUENIAT *A.* antecedat *(*ante cedat *B) reliqui* 418. ITA *A* PER *A* SOLUSSERMONIOMNIBUST *(de* T *non satis constat) A.* solu sermone est omnibus *B.* solus sermone omnibus D^1. solus sermone est omnibus *C*D^2. solus sermo est omnibus *Z.* soluit sermonem cum omnibus *F.* solum sermoni omnibust *Ritschelius* *Post* omnibust *plene distinxit Ussingius: cf. ad v. 420* 419. UELLEAMICAM *A* QUAERERE *A.* querere *BCD* 420. rem, hoc *Ussingius: cf. v. 418* ALIMIHI *A* renunciant *B* 421. adque *D* id] HOC *A.* ego *praeferat Lorenzius* PRIDEM *A* et *om. C, Lorenzius* subolebat *Ritschelius.* SUIBOLEBAT *A.* subolet *BC*D^1*FZ.* sudolet D^2 422. *Versum om. libri praeter A* FE ... FILIUS *A teste Loewio (qui negat Maianam et Geppertianam scripturam* NOTUS *ibi extitisse): unde* foetet filius *coniecit: quod dubitanter recepi.* subolet *Ritschelius exempli causa* 423. PS. *praemittunt* D^3*FZ. om. BC*D^1 OCCISAEST *A: item reliqui, nisi quod* ociosa est *F* HAEC *A* heret *libri praeter A* negocium *BFZ* 424. QUOIN *A, Camerarius.* Quin *BCDZ.* Quom *F.* Qua in *cum Scaligero Ritschelius* COMMEATUM *A.* comeatum *CD* uolueram *Ritschelius.* uolui *libri cum A.* uolui hinc *Hermannus apud Beckerum Quaest. p. 106.* iam uolui *Lambinus: cui praestabat* uolui iam *Ritschelio iudice.* uolui me *Bergkius Opusc. vol. 1 p. 677* *Transposuit Bothius:* Quo comm uolui in argentarium

Proficísci, ibi nunc óppido opsaeptást uia.
Praesénsit: nihil est praédae praedatóribus.

CALLIPHO

Hominés qui gestant quíque auscultant crímina,
Si meo árbitratu líceat, omnes péndeant,
Gestóres linguis, aúditores aúribus.
Nam istaéc quae tibi renúntiantur, fílium
Te uélle amantem argénto circumdúcere,
Fors fúat an istaec dícta sint mendácia.
Sed sí sint ea uera, út nunc mos est, máxume,
Quid mírum fecit? quíd nouom, adulescéns homo
Si amát, si amicam líberat?

PSEVDOLVS

Lepidúm senem.

SIMO

Vetus nólo faciat.

CALLIPHO

Át enim nequiquám neuis:
Vel tú ne faceres tále in adulescéntia.

---

425. profisci *CD.* Proficiscere *Loewius Anal. Pl. p. 167* ibi nunc mihi *Ritschelius.* nunc ibi *Guyetus.* '*probior est lectio* illi' *Pius. cf. Muellerus Pros. p. 682* OPSAEPTASTUIA *A.* obsepta est uia *Camerarius.* ops-a eptastula *BCD.* opposta obstacula *F et, nisi quod* opposita, *Z* 426. PRAESENSIT *A.* Presensit *B.* p̃sens it *CD* EST *A* predę *B.* praede *CDZ* predatoribus *C* 427. CAL. *om. CD*[1]*: add. D*[3] CRIMINA *A* 428. si *ex* sũ *C* leceat *C* 429. audit ores *B* sauribus *B ante ras.* 430. ISTAEC *A.* istae (istę *CD) BCD.* ista *FZ* que *C* 432. FORSFUATANISTAEC *A.* Forsitan ea tibi (eatibi *D) reliqui.* Fors sit an ea tibi *Bentleius in Ad. I 1, 30. cf. Niemeyerus l. s. s. p. 16, Baierus l. s. s. p. 82* sint *B cum A.* sunt *reliqui: quod et Bentleio fraudi fuit et Handio Turs. II p. 716* mendatia *D* 433. SINTEAUERA *A.* ea uera sunt *reliqui, omisso* nunc *Bentleius.* uera ea sunt *Camerarius* mos *B cum A. om. CDFZ* est maxime *libri praeter A: quod ante Acidalium iungebatur* TIBIRENUNTIANT *addit A: quae ex v. 451 recte repetit Ussingius: cf. Loewius l. s. s. p. 167 et Baierus l. s. s. 39 sq.* 434. QUOD *posteriore loco A* nouom *B.* NOUM *A.* nouum *reliqui* adolescens *DFZ* 435. PS. *om. sine sp. C. spat. om. etiam A* 436. SI. *et mox* CA. *add. D*[2] *in spatio. spat. C* Vetus] Verum *F.* Veto *Bergkius Opusc. vol. I p. 677* at enim (atenim *B)* nequiquam *BC.* at enim nequicquam *DFZ.* NEQUIATENIMQUAM *A* neuis] uis *Z* 437. TUNE *A* nefaceres *D, Kiesslingius Nov. annal. vol. XCVII (a. 1868) p. 640* adulescencia *B.* adolescentia *CDFZ*

Probúm patrem esse opórtet, qui gnatúm suom
Essé probiorem quam ípsus fuerit póstulet.
Nam tú quod damni et quód fecisti flágiti,
Populó uiritim pótuit dispertírier.
Id tú mirare, sí patríssat fílius?

PSEVDOLVS

Ὦ Ζεῦ, quam pauci aeque éstis homines cómmodi. em,
Illic ést pater, patrem ésse ut aequomst, fílio.

SIMO

Quis hic lóquitur? meus est híc quidem seruos Pseúdolus.
Hic míhi córrumpit fílium, scelerúm caput:

---

442. *Huc refert Loewius Prodr. p. 271 glossam hanc:* 'patrissat: patri similis est'

438. patrē (ẽ *ex* ũ *ut vid. corr.*) *C* oportet *ex* oportuit *corr. C* GMATUM *A* suum *libri cum A* 439. ẸSSEPRỌBỊỌRẸM *A* FUẸRIT *A* 440. NAMTUQUỌT(*vel* D), *dein* F *suo loco* (fecisti) *et* LAGITỊ *apparuerunt in A* dãpni *D* flagitii *BCDFZ* 441. ṬOPULOUỊṚỊṬỊM-ṬOṬỤỊTDISṬẸRTIṚỊẸR *A* postulo D^1: *corr.* D^2. paulo *F* dispartirier *Z* 442. Id tu *scripsi.* ỊDNETU *A*. Id ne tu *reliqui.* Id nunc *Ritschelius coll. Proleg. p. CXXXVIII.* Ne tu *Bergkius Opusc. vol. I p. 127.* Tene id (*et* mirari) *Fleckeisenus* MỊRARE *A*: *idque 'legi alibi' Pius scribit.* mirari *BCDZ.* miraris *F*, *Beroaldus* SỊPATṚỊS-ṢATFILIUS *A* patris sat *C.* patrisat *D.* patrizat *F* 443. P *praem. B. om. reliqui* OZEU *A.* ωZEY *BCD.* ὦ Ζεῦ *Z.* azer *F.* ὦ Ζεῦ, Ζεῦ *Ritschelius* pauci aeque (*vel* tam) estis *Muellerus Pros. p. 501.* PAU-CỊESTỊS *A cum reliquis, Ritschelius.* pauculi estis *Spengelius teste Lorenzio* *Vocis* homines *nil nisi extrema* S *legi potuit in A* Commodi, em] COMMODE(*vel* I)M *A.* commodiem *BCD.* comodiem *F.* commodiorem *Z.* commodi. ‖ En illuc *Ritschelius: cf. Seyffertus Philol. vol. XXIX (a. 1870) p. 389* 444. ILLICESTPATERPATREM *A.* Illic est (ẽẹ *D*) patrem *BCD.* PS. illum esse patrem *F.* Illic esse patrem *Z.* En illuc est patrem *Ritschelius.* Hem illuc est patrem *Pylades.* Ehem, illic est patrem *Camerarius.* Enim *pro* Hem *Bothius.* Em illic'st pater patrem *Luchsius de genet. pron. p. 47* ẸSSEUTAEQUOMẸST *A.* esse ut equo est *BCD.* esset ut equior *Z.* esset ut equus *F* FỊLIO *A* 445. SI. Quis *Camerarius.* QUIS *A.* S Siquis *B.* *vacuo spatio praemisso* siq̄s *C.* SI. (SI D^2: *erasa* P) siquis *DZ.* SI. sed quid *F, codd. ant. Pii* HICLOQUỊṬUR *A.* hic loquitur (ur *ex corr.*) *C.* loquitur hic *Ritschelius* meus est hic quidem *Fleckeisenus* (*cf. Luchsius Comment. pros. II p. 12*). MẸUṢHIC̣ẸṢTQUIDẸM *A.* meus hic est quidem *reliqui* seruos *BCDFZ.* ṢERUS (U *incerta*) *A* meus hic quidem seruost *Ritschelius simul de* quidemst seruos *cogitans* PSẸUDOLUS *A.* pseudulosus *Z* 446. SCELERUMCAPỤTHICCORRỤPITMỊḤIFỊLỊUM *A* corrupit *Bergkius Opusc. vol. I p. 677* *Cf. Baierus l. s. s. p. 161*

Hic dúx, hic illist paédagogus: húnc ego
Cupio éxcruciari.

CALLIPHO

Iám istaec insipiéntiast,
Irás in promptu gérere. quanto sátius est
Adíre blandis uérbis atque exquaérere,
Sintne ílla necne sínt, quae tibi renúntiant.
Bonus ánimus in malá re dimidiúmst mali.

SIMO

Tibi aúscultabo.

PSEVDOLVS

Ítur ad te, Pseúdole:
Orátionem tíbi para aduorsúm senem.
Erúm saluto prímum, ut aequomst: póstea,
Si quíd superfit, uícinos inpértio.

---

452. *Donatus in Ter. Andr. I 5, 16:* Itur ad me] quasi ad hostem. Plautus in Pseudolo: 'itur ad me'

---

447. ILLI*(vel* E*)*EST *A.* illi est *Gulielmius, Dousa Expl. III 20.* illest *B.* ille est *CDFZ* pedagogus *libri praeter A* 448. CUPIO *A* EXCRUCIARI*(vel* E*) A.* excruciare (i *supra* e) *C* CA. *om. C.* PS. D^2Z IAM *A* ISTAEC *A.* istec *C* INSIPIENTIAST *A.* insipiencia si *B.* insipientia si *reliqui* 449. Iras *Buggius Philol. vol. XXXI (a. 1872) p. 256.* IRAM *A: item reliqui.* Sic iram *cum Camerario Ritschelius* INPROPROMPTU*(litteris* PR *post* O *incertissimis) A.* in proptu *B.* in pmtu *D.* in procinctu *Bergkius Opusc. vol. I p. 677. an* in propatulo? GERERE *A.* gereres *F* QUANTO *A* sacius *B* 450. ATQ· *A* EXQUAERERE *A.* exquirere *reliqui* 451. *Cf. ad v. 433* Sintne illa necne sint, quae *Ritschelius.* SINTNEILLAUERANECNEQUAE *A.* Sint illa negnesiniquę *BC.* sint illa negnesini quę *D.* sint illa necne sint quae *FZ.* *argutatur Baierus l. s. s. p. 40* RENUNTIANT *A.* renuntiantur *FZ, nisi quod* c *pro* t *Z.* renunciant *etiam codd. Pyladis* *V. 452—454 hoc ordine collocant libri: quos sic ordinat Ritschelius: 453. 454. 452. v. 452 fortasse aliunde petitus* 452. ANIMUS *A.* ani mus *in ras. C* DIMIDIUMST *A.* dimidiust *BCD.* dimidium est *FZ* 453. *Personarum nomina usque ad v. 523 (praeter unum v. 509) om. C* SI. *add.* D^2 AUSCULTABO *A.* abscultabo *B.* auscultabo igitur *Pylades 'ex vett. codd.', quod fidem vix habet: unde profectus* auscultabo ego *Acidalius.* auscultauero *Muellerus Pros. p. 666* ITUR *A* ad te *FZ cum A.* adie *BCD.* ad me *Donatus* 454. Oracionē *B* ADUORSUM *A.* aduersum *BFZ.* aduersem *CD* 455. Herum *CZ* SALUTO *A.* salutato *Z* PRIMUMUT *A* AEQUUMST *A.* aequost *B.* ęquost *C.* equom (st *supra*) (st *add. m. 2) D.* equom ẽ *Z.* equumst *F* 456. Siquid *B* SU-

SIMO

Salué. quid agitur?

PSEVDOLVS

Státur hic ad húnc modum.

SIMO

Statúm uide hominis, Cállipho, quam básilicum.

CALLIPHO

Bene cónfidenterque ádstitisse intéllego.

PSEVDOLVS

Decet ínnocentem quí sit atque innóxium
Seruóm superbum esse ápud erum potíssimum.

CALLIPHO

Sunt quaé te uolumus pércontari, quaé quasi
Per nébulam nosmet scímus atque audíuimus.

SIMO

Confíciet iam te hic uérbis, ut tu cénseas
Non Pseúdolum, sed Sócratem tecúm loqui.

PERFIT *A.* super fit *B.* sup fit *D.* super sit *CFZ* uicinos *libri cum A.* id uicino *Ritschelius.* uicinum hoc *I. Cotteritius apud Taubmannum. cf. Studemundus Ind. Gryph. a. 1870/71 p. 15* inpertio *B cum A.* impertio *CD.* impartio *FZ, codd. Pylades* 457. SI.] *spat. D* AGITUR *A* PS.] SI *D*² *in spatio* HIC *A* 458. SI.] *om. BD* UIDE *A* CALLIPHO *A.* calipho *F* QUAMBASILICUM *A, Rittershusius, idemque Scaliger adscripsit addita* V. *nota, qua* uetus codex *alibi significatur.* qui ambasilicum *B.* quiambas illicũ *C.* qui ambas ilicũ *D.* qui amabas illicum *F.* quasi basilicum *Z.* quam basilicust *Beckerus Studemundi Stud. vol. I p. 292* 459. CA.] PS. *D*² CONFIDENTERQ·ASTITISSE *A.* confidenter que adstitisse *B.* confidenter que *(quę CD)* te adstitisse *CDZ.* confidenter q̃ astitisse *F.* confidenter adstitisse *Palmerus Hermath. vol. XI p. 315* *Vocis* intellego *nil in A apparuit nisi* L *prior.* intellege (o) *C.* intellige *Z.* intelligo *F, Beroaldus* 460. PS.] SI *D*² INNOCENTEM *A.* innocens *F, codices Lambini* QUISIT *A.* quin sit *codices Lambini* ATQ· *A* innoxium *Bothius.* INNOXIUM*(vel* S*) A.* innoxius *BCDFZ* *Ceterum hic v. et qui sequitur redeunt post Capt. v. 664 fere iidem: ubi conferatur Schoellius* 461. Seruom *B.* Seruum *reliqui cum A* APUDERUM *A.* atque hero *F, cod. Scaligeri* potissimum *libri cum A* 462. CA.] PS. *D*² que *C* UOLUMUS *A* p conctari *D.* RI *litterae apparuerunt in A* QUAEQUASI *A.* Que quasi *B* 463. NEBULAMNOSMET *A* *Ante* nosmet *eadem vox erasa in C* AUDIUIMUS *A* 464. CONFICI *et* UTTUCEN *apparuerunt in A* SI. *D*² 465. *Personae spat. praemittunt CD* SE . . . . . TEM *A* LOQUI *A*

PSEVDOLVS

Itást. iam pridem tú me spernis, séntio.
Paruam ésse apud te míhi fidem ipse intéllego.
Cupis me ésse nequam: támen ero frugí bonae.

SIMO

Fac sís uociuas, Pseúdole, aedis aúrium,
Mea út migrare dícta possint quó uolo.

PSEVDOLVS

Age, lóquere quiduis, tamétsi tibi suscénseo.

SIMO

Mihin dómino seruos tú suscenses?

PSEVDOLVS

Tám tibi
Mirum íd uidetur?

SIMO

Hércle qui, ut tu praédicas,
Cauéndumst mi aps te iráto, àtque alio tú modo

---

466. PS. Ita est. iam *DFZ* (PS. D^2. Ista *D*). Ita est iam *C*. ITASTIAM *A*. C. Itaestiam *B*. Quid ais? PS. Iam *Ritschelius*. CA. Itanest? PS. Iam *Seyffertus Philol. vol. XXVII (a. 1868) p. 456 sq.* CA. St tace. PS. Iam *Bergkius Opusc. vol. I p. 677. cf. Brixius Nov. annal. vol. CXV (a. 1877) p. 332* SPERNIS *A* 467. *Vac. spat. praecedit in* CD^1. SI. D^2. *Simoni tribuendum esse suspicatur, sed sic mutatum:* Paruam esse aput me tibi fidem ipse intellegis *Ritschelius in adn. idem praef. p. XIV v. delendum censet cum Ribbeckio, ut confictum ad exemplum v. 477. cf. Langenus Stud. Pl. p. 68* PARUM(*litteris* RUM *incertissimis*) *A* APUDTE *A* · IPSE *A*. *idem in versus fine adiecit C signis indicans, quo pertineat.* esse *Z* INTELLE(*vel* I)GO *A*. intelligo *Z* 468. PS. *praem.* D^2: *spat.* CD^1 TAMEN *vix legi potuit in A* EROFRUGI *A* bone *libri praeter A* 469. SI. *add.* D^2 FACSISUO(*vel* A)CIUAS *A*. Fax si sua ciua *B*. Fac sis uaciuas CD^1. Fac sis uacuas D^3FZ AEDI(*vel* E)S *A* 470. *Spat. praecedit in CD* Me aut *B*. mea et *Z* DICTA *A*. dicia *B* QUAEUOLO *A* 471. *Spat. praecedit in D* QUID *A* quid uis tam et si *B* TIBI *A* SUS(*vel* C)ENSEO *A*. succenseo *DFZ* 472. SI.] *spat. D* Michin *B*. MIHI *A* DOMINOSERUUSTU *A* succenses *FZ* PS. D^2 *in spatio* TAM *A*, *Bergkius Opusc. vol. I p. 677, Loewius Anal. Pl. p. 168.* Iam *BCDFZ*. Num *Ritschelius*. Nam *Bothius*. Itan *Acidalius*. An *Kiesslingius Mus. Rhen. vol. XXIII (a. 1868) p. 419.* Tamin *Braunius Obs. gramm. et crit. p. 46* 473. id *om. A* SI. *om. D* Hercle (Herde *D*. Ercle *C cum A*) qui (quin *F*) *libri cum A*. quin *cum F Pistoris et* tu ut *transponens Acidalius. cf. Fleckeisenus Misc. crit. p. 28.* hercle cui *Ladewigius*. Quin hercle *Ritschelius* PRAEDICAS *A*. predicas *B* 474. *Spatium praecedit in CD* CAUENDUMEST *A*. cauendum est *F*. cauendust *Z*.

Me uérberare, atque égo te soleo, cógitas.
Quid cénses?

CALLIPHO

Edepol mérito esse iratum árbitror,
Quom apúd te paruast eí fides.

SIMO

Iam síc sine
Irátus sit: ego, né quid noceat, cáuero.
Sed quíd ais? quid hoc, quod té rogo?

PSEVDOLVS

Quiduís roga.
Quod scíbo, Delphis tíbi responsum dúcito.

SIMO

Aduórte ergo animum et fác sis promissí memor.
Quid aís? ecquam scis fílium tibícinam

BCD HIBERNA *A* ADDITO *A cum reliquis, nisi quod* add *ex* und, *ut vid., corr. D* 1305. Haud male mones: sed dic tamen *Acidalius.* SEDDICATAMENHAUMALEMONES *A.* SI. Sed dic tamen PS. hau male mones SI. *B, verba a* PS. hau *cum v. 1306 coniungens.* Si. sed dic tamen PS. haud male mones SI. *CDF et, nisi quod* hic, *Z: sed verba* Si. sed . . . haud *in loco raso C* 1306. onustam *Z.* HONESTAM *A cum BCDF* CELOCEMAGERE *A* agerete *BD* predicem *BF*
V. 1307—1312 tribus versibus binos contrahens coniungit B (quorum alter est a Que tibi . . . homo est*): ubi octo A versiculos praebet turbato ordine hosce:* 1. CUMTUOFILIOPERPOTAUIMODO 2. SED . . . OUTPROBE 3. CUMTUOFILIOLIBERAO*(vel* A*)*CCUPAT 4. TACTUSESTBALL—— 5. QUAETIBIDIXIUTEFFE——EDD—— 6. PESSUMUSHOMO 7. MULIERHAECFACI—— 8. OMNIASCIOUTQUICQ·EGISTIORDINESCIO*: quae praeeunte ex parte Acidalio ita transpos::it Ritschelius:* Cúm tuo fílio pérpotauí modo. ‖ Múlier haec hóc facit: cúm tuo fílio ‖ Líbera accubat. SI. Péssumu's homo. ‖ PS. Sét, Simo, ut probe táctus Balliost? ‖ Quaé tibi díxi, ut effécta reddidi? ‖ SI. Ómnia ut quídque egisti órdine ego scio 1307. Quom *B* filio *om. CDFZ* perportaui *BCD* 1308. Sed*, non* sed *B in medio versu* ut probe tactus *Z.* utprobet actus *B.* ut probet actus *CD.* ut probe captus *F* ballio est *BCDFZ* 1309. Que *BDF.* Quę *C* uteffecta *B* 1310. SI. Derides Pessimus *B.* SI. derides pessimus *CD.* SI. Derides pessumus *FZ. cf. A, quocum* Derides *om. Ritschelius* homo est *BCDZ (cf. A).* homo es *F, codices Lambini.* is homo iit *(et* pessume*) Gulielmius Verisim. I 4* hoc *F, Fleckeisenus.* haec *Z.* hęc *CD.* hec *B (*haec feci *et mox* accubet *Acidalius)* 1311. Cum, *non* cum, *in medio versu B* *Ante* accubat *spat. circ. 5 litt. C* 1312. utquique *B.* ut quique *CDF.* ut quidque *Z*

PSEVDOLVS

Quid érgo dubitas dáre mi argentum?

SIMO

Iús petis: fateór, tene.

PSEVDOLVS

At negabás daturum ésse te mihi.
Onera húnc umerum ac me cónsequere hac.

SIMO

Egone ístum onerem?

PSEVDOLVS

Onerabís: scio.

SIMO

Quid ego huíc homini faciám? satin ultro et argéntum aufert et me ínridet?

1313. *Versum trochaicum esse dicit Muellerus Pros. p. 298* Quidergo *B* mihi *libri* ARGENTVM *A* uis *C* TENE *A* *V. 1314—1324 ita edidit Ritschelius:* PS. Át negabás daturum ésse te mihi: ‖ Tamén das? SI. Derídes. quid? hóc, Pseudule, aúfersne ‖ Abs túo ero? PS. Lubéntissimó corde atque ánimo. ‖ SI. Nonne aúdes, quaeso, aliquám partem mihi grátiam facere hinc árgenti? ‖ PS. Non. mé dices auidum ésse hominem: nam hinc númquam eris nummo díuitior. ‖ SI. Hem, hércle, hoc ego numquám ratus sum fore mi, út tibi fierem súpplex. ‖ PS. Onera hóc humerum atque me cónsequere hac. SI. Ego istó me onerem? PS. Onerabís, scio. ‖ SI. Quid ego huíc homini faciám? satin ultro argéntum aufert et me ínridet? ‖ PS. Vae uíctis: uorte ergó tergum. ‖ SI. Heú heu, desine. síne me: doleo. PS. Ní doleres tu, égo dolerem: ‖ Néque te mei tergí misereret, hóc si non hodie écfecissem.

Versuum 1314—1319 haec sunt in B quattuor initia: PS At *(et* Onera*, non* onera *in medio v.)*, Hac ego *(et* Quid*)*, Et argentum, Em BAL hoc *(et* Fore*, non* fore *in medio v.)* 1314. PS. *om. C* negabas *C (a alt. ex* i *et eadem littera supra scr.)*. negas *Z* mihi *Spengelius.* mihi tamen das *BCDFZ. post* MIHI *in A nihil legi potuit* *Versum spurium dicit Ussingius: cf. Langenus Stud. Pl. p. 365* 1315. hunc humerum *Spengelius.* hunc hominem *libri cum A.* hoc humerum *duce Acidalio Ritschelius: quod ipse de pallio, de argento interpretatus est Acidalius, de crumena Ladewigius in Diurn. antiqu. stud. a. 1842 p. 1077* ac *Spengelius.* atque *libri* CONSEQUERE *A* HAC *A cum B.* ac *CD.* SI. ac *Z.* SI. at *F* SI.] *om. libri cum A: addidit Ritschelius* EGONE *A.* ego *reliqui* ISTUMONEREM *A.* istum onerem *CDFZ, nisi quod* one rẽ *D.* istum honerem *B* ego istunc onerem *Spengelius* PS. *FZ. pers. spat. AB, quod om. in versus initio CD* 1316. SI.] *spat. B. om CD* homini *ex* hominẽ *D* FACIAMSATI . . . ULTRO *A teste Loewio: ex quo* satinne *profert Studemundus apud Schraderum p. 26. 30.* faciam statim ultro *reliqui:* satin *iam Pylades* ETARGEN *et in proprii versiculi initio* TUM *A.* PS. Et argentum *Z* AUFERTET *A.* aufertet *B* MEINRIDET *A.* me inridet *(ri e corr.) D.* me irridet *FZ* *'Ceterum haud scio an* ultro *rectius collocetur post* me' *Ritschelius*

PSEVDOLVS

Vae uíctis.

SIMO

Vorte ergo úmerum.

PSEVDOLVS

Em.

SIMO

Hóc ego numquam rátus sum
Fore me, út tibi fierem súpplex.
Heú heu.

PSEVDOLVS

Desine.

SIMO

Át ego doleo.

PSEVDOLVS

Ní doleres tu, égo dolerem.

SIMO

Quid? hoc aúferen, Pseudole mi, ábs tuo ero?

PSEVDOLVS

Lubentíssumo corde atque ánimo.

1317. UAEUICTIS⁜UORTEERGOUMERUM *A*. ⁜ Vę uictis. BAL. uorte ergo humerum *BC, nisi quod* ae *cum spat. C*. PS. *(hoc D²)* Vae uictis. BAL. Vorte ergo humerum *D*. BAL. Vae uictis. PS. Vorte e. h. *Z*. BAL. ue mihi. PS. uerte e. h. *F* 1318. EM⁜HOCEGONUMQUAMRATUSSUM *A*. Em. BAL hoc ego numquam ratus sum (ratussum *B*. reatus sum *C*) *BCDZ*. BA. Hem hoc ego numquam ratus sum *F, quod placuit Handio Turs. III p. 49* 1319. FOREMEUTTIBIFIEREMSUPPLEX *A* uttibi *B* 1320. *Hic versus fortasse interpolatus est* Heu heu. PS. Desine. SI. At ego doleo *scripsi*. HEUHEUDESINEDOLEO *A*. heu heu heu *(spat. B)* Desine (desine *s. spat. C*). BAL Doleo *BC*. PS. *(hoc D²)* Heu heu desine BA. Doleo *D*. heu heu PS. desine. BA. Doleo *FZ*. Heu heu heu heu, desine, doleo *Spengelius anapaesticum efficiens* (Ni doleas tu, egomet doleam) ⁜NIDOLERESTUEGODOLEREM *A* PS. *FZ. spat. BCD¹*. SI *D²* dolorestu *B*. dolores tu *C* 1321. QUIDHOCAUFERTNPSEUDOLUS⁜MIHIAB*(vel* P*)*STUOERO⁜LUBĒ *et in proprio v.* TISSIMOCORDEATQ·ANIMO *A, ubi tamen* S⁜ *incertissimae sunt* (Quid hoc auferen Pseudolum mihi abs *ex Studemundi lectione adfert Schraderus l. s. s. p. 24)* SI. *om. BCD* Quid hoc auferre nonpseudole apstuo ero *B*. quid hoc auferre Non pseudole abstuo *CDFZ, nisi quod* Bal. *praem. FZ et* uno *pro* non *F: ubi* auferesne *Pistoris et* aufers non *Pius: quae edidi, proposuit praeeunte ex parte Ussingio Seyffertus* '*Jahresbericht*' *1882—1885 p. 122: cf. Spengelius l. s. s.* PS.] *spat. BD. om. CF: corr. Z* Lubentissimo *BCDFZ*

SIMO

Non aúdes, quaeso, aliquám partem mihi grátiam facere hinc árgenti?

PSEVDOLVS

Non. mé deices auidum ésse hominem: nam hinc númquam eris nummo díuitior:
Neque té mei tergi mísereret, hoc seí non hodie effécissem.

SIMO

Erit úbi te ulciscar, seí uiuo.

PSEVDOLVS

Quid mínitare? habeo térgum.

SIMO

Age sáne igitur.

PSEVDOLVS

Redi.

SIMO

Quíd redeam?

PSEVDOLVS

Redi módò: non eris decéptus.

1322. SI.] BALL. *Z. om. BCDF* NONNE *A, Schraderus p. 44* QUAESSO *A.* quaeso *CFZ.* queso *D.* queso *B* ALIQ . . . . MIHI *A* GRATIAM *A.* graciam *B.* gratam *F* FACERE *A* HINC . . RENT—— *apparuit in A (*hinc de argento *legit Studemundus apud Schraderum l. s. s.)* hinc argenti *Acidalius.* hic argenti *BCD.* huius *'alibi legi' Pius dicit: unde* huius argenti *Fleckeisenus: cf. Brandtius de genet. p. 66:* argenti *Ussingius* 1323. NONMEDI, *mox dubia vestigia litterarum* MESSE *in A ante* HOMINEMNAMHINC *e. q. s. apparuerunt* PS. *DFZ. om. BC* Non *CDFZ, 'libri vett.' Lambini.* Nom *B.* Num *Ussingius.* Noui *Camerarius* deices *B.* dicis *CDFZ* esse hominem *om. B* BAL. Nam *FZ* hinc *BCF.* hanc *D*[1]*: corr. D*[2]. h̃, *h. e.* hoc, *Z* NUNQUÃ *A* diuicior *B.* diutior *C.* ditior *F* 1324. PS. *praem. FZ* ME *et* I *supra scr. A* MISERERET *A* HOCSI *A.* Sei hoc *BCD.* si hoc *FZ, Ritschelius in adn. anapaesticum septenarium efficiens* hocedie *Bergkius Opusc. vol. I p. 678* & fecissem *BCD* *De v. 1325—1335 cf. Ritschelius Parerg. p. 296* 1325. SI.] BAL. *libri* SI *A.* si *B (ex ras.) FZ.* sei *B ante ras. et CD* UIUO *A* QUIDMINITARE *A* *In verbis* habeo tergum *corruptelam latere suspicatur Ritschelius: ubi* habeo domi tergum *Fleckeisenus,* auen argentum *Sauppius Quaest. Pl. p. 13,* habeo argentum *Bergkius Opusc. vol. I p. 678* 1326. BAL Age sane *superioribus continuat B* BAL. *pro* SI *etiam CDFZ* sane igitur *Brixius ad Mil. gl. 1024.* sane PS. Igitur *cum libris Ritschelius* redi *BF, Scutarius.* reddi *CDZ.* REDDI *(vel* E*) A* redeam *F cum A, Saracenus.* reddam *BCDZ* PS.] BS *C* REDI *A.* reddi *Z: corr. Scutarius* NONE *et in proprio versu* RISDECEPTUS *(tribus primis litteris incertis) A* noeris *C*

SIMO

Redeó.

PSEVDOLVS

Simul mecum i pótatum.

SIMO

Egone eám?

PSEVDOLVS

Fac quod te iúbeo.
Si is, aút dimidium aut plús etiam faxo hínc feres.

SIMO

Eo: duc mé, quo uis.

PSEVDOLVS

Númquid irátus es aút mihi aut fílio
Própter has rés, Simo?

SIMO

Níl profecto.

PSEVDOLVS

I hác simul.

1327. REDEO‡SIMULMECUMPOTATUM*(vel* IPOTATUM*)*‡EGONEEAMFACQUODTEIUBEO *litteris* POTATUM*(vel* IPOTATUM*) incertissimis A* BAL Redeo *superioribus addit B* BAL *etiam CDFZ* Reddeo *Z: corr. Scutarius* PS.] BS. *C* simul mecum i potatum *Bothius.* i simul mecum potatum *F, Acidalius.* simul mecum potatum *(*po tatum *D) BCDZ.* simul i mecum potum *Ritschelius olim* BAL Ego ne *B.* BAL. Egone *reliqui.* SI. Ego eam *Muellerus Pros. p. 103* 1328. 1329. *Octonarium discripsi cum Fleckeiseno: pro quo hos edidit versus Ritschelius:* Si is aút dimidium aut plús etiam faxo hínc feres. ‖ SI. Eo: dúc me quo uis, Pseúdule. PS. Quid núnciam? *cf. praeter Hermannum Elem. doctr. metr. p. 304 et Epit. ed. alt. p. 106 Muellerus Pros. p. 180, Spengelius de cret. p. 9, Seyffertus de bacch. p. 15, Philol. XXIX (a. 1870) p. 407, Stud. Pl. p. 18* SIISAUTDIMIDIUMAUTPLUSETIAMFAXOHINCFERES‡EODUC¦MEQUOUIS *A* Siis B audi mi diũ (t *supra*) *D* pius *BCD* fores *F* SI] BAL. *libri* quouis *B* *V. 1330—1335 quattuor versibus comprehendit B, quorum haec sunt initia:* Quid, Nihil, Hercle, Atque, *sed ut* Aut, *non* aut *scribatur versu 1,* Spectatores *v. 2,* Vocare *v. 3: eidem tales sunt in A:* 1. QUIDNUNCNUMQUIDIRATUSESAUTMIHIAUTFILIOPROPTER¦RES*(ante* RES *num* HAS *sit, incertum)*SIMO*(quattuor litteris incertissimis)*NIHILPROFECTO 2. IHACTESEQUOR‡QUINUOCASSPECTATORESSIMUL‡HERCLEME *et in proprio versu* ———— SOLENTUOCARENECEGOISTOS *(*hau *Studemundus adfert 'Ueber zwei Parallelkom. p. 57)* 3. UERUMSIUOLTIS *et* REHUNCGREGẼ *et in proprio v. vestigia dubia litterarum* ETF*: de quibus versibus cf. Christius 'Metr. Bem.' p. 62, Seyffertus de bacch. p. 14, Spengelius de cret. p. 9 et l. s. s., Studemundus de cant. p. 6 sqq., Winterus* 1330. PS. Numquid *Spengelius.* Quid nunc numquid *(*nuquid *F) BCDFZ* 1331. SI. Nihil *F.* BAL. Nihil *CDZ.* Nihil *B* I hac simul *Spengelius.*

SIMO

Té sequor. quín uocas spéctatorés simul?

PSEVDOLVS

Hércle me isti haú solent 1333^a
Vocáre neque ergo ego ístos. 1333^b
Verúm sultis ádplaudere átque adprobáre hunc
Gregem ét fabulam, ín crastinúm uos uocábo.

I hac (ihac *C) libri.* I modo hac *Ritschelius.* I hac modo *Muellerus Pros. p. 742* 1332. BAL. *pro* SI *CDFZ: spat. B* quia *Z* Spectator essimul *B* 1333^a. 1333^b. haud *libri praeter A* Vocare neque ergo ego istos *libri praeter A* Hércle me isti haút solent: néque ego ergo istós uoco *Ritschelius* Vocáre hercle me ísti haud solént neque ego ergo ístos *Spengelius* 1334. Verúm sultis ádplaudere átque adprobáre hunc *Seyffertus de bacch. p. 14 cum Hermanno Elem. d. m. p. 304 (nisi propter* sultis *praestat:* Sed sí uoltis *e. q. s.).* uerum sed uoltis adplaudere Atque adprobare hunc *libri (nisi quod* si *pro* sed *F,* applaudere *F,* atque *CDFZ,* approbare *CDFZ et quidem ex* adprobare D^1*).* Verúm sei uoltís plaudere átque adprobáre hunc *Spengelius l. s. s.* Vérum si uóltis adplaúdere atque ádprobare *Ritschelius* 1335. & fabulã (fabulam) *B* crastinã *ante corr. B* Húnc gregem et fábulam, in crástinum uós uoco *Ritschelius* PLAVTI PSEVDOLVS EXPLICIT *BCD*
In A septem versus sunt, quorum primo M *et mox* PL, *utrumque incerta lectione, extare videtur, altero legi potuit nihil, tertio* N, *quarto nihil, quinto dubia vestigia litterarum* PSEUDOLUS, *sexto dubia* T, *septimo* FELICI *perdubia lectione: quod ad* Macci Plauti Pseudolus explicit feliciter incipit Rudens *nescio quomodo (verbis ut videtur transpositis) spectare videtur*

T. MACCI PLAVTI

COMOEDIAE

RECENSVIT

INSTRVMENTO CRITICO ET PROLEGOMENIS

AVXIT

FRIDERICVS RITSCHELIVS

SOCIIS OPERAE ADSVMPTIS

GVSTAVO LOEWE GEORGIO GOETZ FRIDERICO SCHOELL

TOMI III FASCICVLVS V

MENAECHMOS CONTINENS

LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

MDCCCLXXXIX

T. MACCI PLAVTI

MENAECHMI

RECENSVIT

FRIDERICVS RITSCHELIVS

EDITIO ALTERA A FRIDERICO SCHOELL RECOGNITA

COMOEDIARVM PLAVTINARVM

TOMI III FASCICVLVS V

LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI
MDCCCLXXXIX

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI

'Menaechmi quo gravius cum aliorum inveteratorum vitiorum tum lacunarum multitudine laborat, eo magis dolendum est et paucas tantum eius fabulae membranas Ambrosianas superesse et eas maximam partem tam male habitas ut Plautinae scripturae investigandae operam omnem eludant. Quarum pristinam compagem, quantum indagari potuit, hanc habetote.'

427 a. 428 a } Mil. glor.
* *
* *
379. 380
381 382 = Mil. 1423—36. 37 et Men. inscr.
A. a
B. b
427 b. 428 b = 57 — 75. 76 — 91*) } L

423. 424 = 92—110. 111—125**)
C. c
439. 440 = 159—176. 177—193
409. 410 = 193***)—212. 213—227
415. 416 = 228—246. 247—265
441. 442 = 266—283. 284—302
D. d
429. 430 = 341—357. 358—373 } LI

---

*) Nihil adnotaverat Ritschelius, nisi v. 90 finiri hoc folium (cf. etiam praef. Mil. p. VI): unde aberravit Geppertus Stud. Pl. II p. 64. Loewius vero haec adscripsit '*427 B. 428 B (nicht von Mai's Hand), die mit 427 A und 428 A an dem oberen Theile noch etwas zusammenhängen, sind das miserabelste Blatt, das mir bisher vorgekommen. Ausser einigen Laciniae an der inneren Seite ist vom Texte nichts erhalten. Aber auch von den Rändern fehlt der ganze äussere, die äussere Hälfte des unteren und ein kleines Stückchen des oberen Randes. Das beiliegende Pergamentstreifchen kann ich nicht sicher unterbringen* [cf. ad v. 76]. *Zuletzt ganz deutlich die Quatern.-Nota* L.'

**) Recte hoc folium definivit Geppertus (nihil legens in cohaerente folio), cum Ritschelius f. 423. 424, 429. 430, 455. 456, 457. 458 sedem pristinam definiri posse negaverit 'ut in quibus nihil veteris scripturae superstes sit.'

***) Cf. adn. et append. ad v. 193 (a v. 195 vel potius 194 paginam incipere notaverat Ritschelius).

E. e
F. f
391. 392 = 446—462. 463—482
411. 412 = 483—501. 502—521
413. 414 = 522—541. 542—560*) } LII
401. 402 = 561—576. 577—594
G. g
H. h

I. i
K. k
L. l
M. m } LIII
N. n
O. o
P. p
Q. q

R. r
S. s
T. t
455. 456 = ? — 1017**). 1018—1036
457. 458 = 1036—1050. 1051—1065***) } LIIII
U. u
X. x
211. 212 = 1132—1151. 1152—Trin. inscr.

Praeter paginas 423, 424. 429, 430 et 455—458 nihil pellucebat Ritschelio in paginis 427b et 211, propemodum nihil praeter initia quaedam vel exitus versuum in p. 428b. 440. 411. 412. 413. 414. 401, item in superiore parte paginarum 409. 410. 415. 416. 391. 392: non multum in p. 439.

*) Non recte inter versus 540 et 541 paginarum interstitium notaverat Ritschelius. Cf. p. IX.

**) Nonus huius paginae versus cum v. 1007 fuerit, ipsum initium eo minus cum aliqua probabilitate definiri potest, quia praecedentia utrum dimetris an tetrametris *A* exhibuerit nescitur. V. 1018—1022 complectebant sex versus (bipartito, ut vid., ultimo).

***) Huius quoque folii sedem in universum recte iam Geppertus definivit, etsi neque ipsum initium neque finem indicare potuit. Praecedens vero folium, etsi cum hoc cohaerere suspicatus est, tamen fortasse aliorsum pertinere opinabatur non amplius rem explanans.

441. 442. 212: haud paulum in inferiore parte p. 391. 392: aliquanto plus in inferiore p. 409. 410. 415. 416: plurimum in p. 402, quae omnium integerrima mansit.

Non minoribus difficultatibus laborabat Loewius ubi partem harum paginarum potiorem accurata lectione retractabat: quin immo ex eo tempore quo Ritschelius legerat nova accessisse detrimenta et per se consentaneum erat et nonnullis locis demonstrari poterat. Nihilo minus qua fuit sollertia non mediocriter auxit provexitque lectionem. Illius autem fide nituntur quaecunque de paginis 427 b, 428 b. 439, 440. 409, 410. 415, 416. 441, 442. 391, 392. 401, 402 testati sumus (v. 57—91. 159—302. 446—482. 561—594), nisi quod extremam paginam cum Loewii descriptio aliquamdiu latuerit ipse quoque pertractavi. Itaque mihi addendae erant paginae 423, 424. 429, 430. 411, 412. 413, 414. 455, 456. 457, 458. 211, 212 (v. 92—125. 341—373. 483—560. 1017—1065. 1132—1162), in quibus partim prima legendi experimenta feci a. MDCCCLXXXV, alia aut supplevi aut correxi a. MDCCCLXXXVIII. Quodsi multo pleniora et accuratiora testimonia de *A* iam exhiberi poterant quam in proecdosi, non miraberis vel sic multa desiderari. Velut de spatiis eorum versuum, quorum non nisi singulae litterae legi poterant, nequaquam constanter iudicari poterat modo propter membranarum miseram condicionem, modo propter ipsorum versuum rationem, variam scripturam recipientium, modo propter metiendi molestiam, cui tempus non sufficeret.

Ritschelius vero haec adiungebat:

'Paginae 212 haec species est post undecim versus primos exitum fabulae complexos:

12
13
14 . . . . . TA
15
16 . . . . . MENAECHMI — — — — TRINUMMU ·
17
18 FELICITER
19

De quibus reliquiis dixi Parerg. Pl. I p. 297*). — In paginae 382 versu 7 apparuit MENAECHM, in versu 15 FELICITER. Ipsius igitur fabulae initium fiebat in membrana *Aa*: nec tamen, quantum assequi coniectura licet, in pagina *A*, in qua videri didascaliam scriptam fuisse l. s. s. dixi, sed in *a* demum. Nam cum pagina 428 *b* terminetur fabulae versu 90 [i. 91], ad sex autem paginarum spatium complendum versus requirantur CXIV, apparet unam paginam superfieri. Nisi quidem etiam ampliorem in Ambrosiano codice fuisse prologum fabulae statueris, qui vel nunc ieiunis additamentis potius quam ulla sententiarum lacuna laborat. Illis autem nonaginta versibus ubi unum addideris a scenae primae inscriptione, unum vel duos ab inscriptione prologi, habebis XCII vel XCIII: ut (modo talem in *A* fuisse, qualis est in Palatinis, prologum credideris) ad plenam quinque paginarum mensuram duo vel tres versus hodie desint. Quibus commodiorem quam post v. 78 locum vix excogitabis.'

'Vnum autem versum, non duos, primae scenae inscriptioni tribui**), quod in Menaechmis quidem hanc ipsam rationem constantem fuisse in Ambrosiano codice fidem faciunt exempla earum scenarum omnium, quarum in illo initia supersunt***): quae sunt e tralaticia scenarum descriptione I, 4. II, 1. II, 2. IV, 2†), et ut calculis recte subductis efficitur III, 2 (quode vid. annot. v. 466) atque III, 3: nam de I, 3 et IV, 1 non licet quicquam definire††). Quodsi

---

*) Mihi in versu 14 apparuit T—————UTI, quo accedit fragmentum huc pertinens et illam continens litteram quam Ritschelius hic A notavit, cum in Parergis diceret '*ein* A *oder halbes* M'. Mihi punctum cum initio M litterae inesse visum est. Versu autem 16 non modo MENAECKMI plene apparuit, sed etiam (minus certum) INCIPIT ante TRINUM et in medio fortasse EXP.

**) At ipsum initium fabulae revera duobus versibus inscriptioni relictis distinctum esse Loewius vidit itemque inter v. 78 et 79 nihil intercessisse in *A*, cum in fine prologi potius unus accedat versus. Itaque nihil sic deest ad plenam quinque paginarum mensuram.

***) Excipitur I 2, ubi versu nullo vacuo inscriptionem inter v. 18 et 19 (109. 110) inculcatam esse litteris minoribus iam Geppertus vidit in ipsa sane lectione paululum a me discrepans.

†) Accedunt iam praeter I 3 et IV 1 (vide infra) V 8 et V 9.

††) De III 2 ipsa lectione confirmavit Loewius, item de I 3, ubi

scenae I, 3 inscriptionem item uno fuisse versu conclusam credideris, non repugnat certe reliqua condicio paginae 440. In qua quanquam videri possunt quindecim tantum versus scripti esse, qui sunt scenae I, 2 quattuor extremi cum proximae undecim primis, e quibus unus 192 per duorum spatium dispestus apparuit: tamen, etiamsi reliquorum quattuordecim nullus bipertitus fuerit, nihil impedit quominus post v. 182 non unus, sed duo intercidisse putentur. — — —*). De scena autem IV, 1 quod dixi nihil definiri posse, id caussam hanc habet quod vel sine ulla inscriptione a v. 541 ad 560 hodie numerantur viginti versus**): ut, si unum inscriptioni tribueris, duobus caruisse Ambrosiani paginam 414 appareat quos servarint Palatini. Quanquam hoc quidem soli casui tribuendum est, nec cogitandum de interpolatione, cuius suspicio in illorum versuum nullum cadit.'

'Nomen fabulae cum acrostichidis scriptor per decem litteras enarravit quae sunt MENAECHMEI, antiquitatem quam alibi affectat servavit***): atque notabilis est in hac

praeterea nihil deesse post v. 182, contra novum accedere versum post v. 179 intellexit.

*) Cf. append. ad v. 182 sqq.

**) Et a v. demum 542 incipere paginam vidi et unum versum vacare inscriptioni et pro versibus 545—550 quinque tantum exstare, ut summa cum probabilitate de versibus 547 sq. (*Non . . . . dato, Num . . . . dicito*) propter externam similitudinem contractis cogites, cum eandem ob causam in praecedente pagina v. 537 videatur omissus esse.

***) Mirum nuper iudicium tulit L. Muellerus cum in Indice Noniano scriberet p. 382 sq.: ''Menechmis scribi oportuit, per 'e', non sicut factum, per 'ae'. sane acrostichis fabulae exhibet illud 'Menaechmei', cum codices Plauti multum varient. itaque Ritschelius inscripsit 'Menaechmos'. at apud Nonium L, H, G nusquam diphthongum (cf. comm. in 1, 8); quem ne in Bambergensi quidem libro aut in Helveticis inveniri memini. 24, 18 L_1 'Menechimis'; cf et comm. in 338, 14. 15. sed recte a Ritschelio Opusc. II, 521 [500. 502. 506] improbatur tetrasyllabum. nam cum '-imus' antiquissimo tempore non efficeret nominum finalem, cur epenthesis fieret in talibus? ortum vero 'Menechimis' ex eo quod subinde in libris scriptis vel impressis invenitur 'Menechinis'. 'Menecmus' ut 'Clutemestra' Plauti quidem aetate seu 'Menecmum' seu potius 'Menegmum' vulgo pronuntiatum existimo''. At ex Nonii libris quales habemus in 'e' vel 'ę' exhibendo ne de Nonii quidem scriptura, nedum de Plauti, satis certum iudicium ferri potest. Qua in re multo gravius est argumenti acrostichi testimonium.

potissimum fabula pristinae EI pro I scripturae non in *A* tantum sed in *Ba* quoque frequentia: nam rasuras et radendo ortas lacunas in Menaechmis quoque multas *B* habet, in quarum partem idem cadit quod praef. Bacch. p. IX [p. VII ed. alt.] narravi.'

Ceterum codicem *B* denuo excussit Hinckius, *CD* codices Heidelbergensem*) et Vrsinianum (in quo legendo operam suam Ritschelio praestiterat Henricus Brunnius) ipse iterum versavi: de *FZ* Lipsiensi codice et principe editione deque Pyladis Pii aliorum codicibus Ritschelii adnotationes intactas reliqui**). De 𝔐 et 𝔖 editorum notis non est quod moneam, neque (*) signum lectorem delegare ad appendicem. Ex Ritschelii praefatione (quam scripsit Bonnae m. Sept. a. MDCCCL) haec quoque repetam:

'In perpolienda fabula cum ad actum quintum pervenissem, emendationes accepi Fleckeiseni, a quo petieram ut, si quid (ut solet) haberet quo meam operam sublevaret, id mecum amice communicaret. Quibus ita usus sum ut in labore pro virili parte peragendo pergerem et absoluta demum fabula illius sive correcturas sive coniecturas aut Plautinis verbis adhiberem aut in annotatione commemorarem. Quo factum est ut in hac toties legatur *R. item Fleckeisenus*:

Huic vero accedit Ambrosiani auctoritas, qui et MEÑAEC——KMI singulis paginis inscriptum habet (nisi quod bis erravit librarius p. 428 B MEÑEC, p. 430 MEÑEṢ, ut vid., exhibens) et saepius in ipso contextu veram formam, nusquam alteram, perhibet. Ceteri codices Plautini cum et ipsi per se in eiusmodi quaestione minoris momenti sint, item 'ae' firmant saepius. Neque recte 'Menechimis' scripturam Muellerus ex 'Menechinis' derivavit. Illa enim saepius etiam in antiquioribus codicibus invenitur (velut 'Menaechimis' Keilius apud Varronem de r. r. II ad antiquiorem refert archetypum), hanc Itali invexerunt ex 'Meneghino' Mediolanensis similitudine (cf. Burckhardtius, '*Cultur der Renaissance*' II⁴ p. 40 adn.). Ceterum 'Menechinus' forma cum constans sit in recensione Itala, fortasse nostro iure concludimus ab illa non alienum esse aliquem hominem doctum Mediolano oriundum vel Mediolani degentem. Cf. Voigtius, '*Wiederbel. d. cl. Alt.*' II² p. 390 sq.

*) Ex *C* interdum *a* ex *o* correctum adnotaverat Ritschelius, ubi de forma litterae *a* agitur saepius usurpata, non de correctura.

**) Singulas editiones commentationesque iam a Ritschelio adhibitas etsi non perpetuo contuli, tamen ubi res monebat inspexi nonnulla addens vel corrigens.

nec enim mirum saepe nos in easdem prorsus corrigendi vias incidisse. Qui si in paucis quibusdam rebus, e metrico potissimum genere, ita discrepabamus ac fortasse discrepamus ut ab illius partibus stare nullo modo possem: (quo illud pertinet quod monosyllaba *me nam* cum similibus omnibus hiatum non in arsi tantum bisyllaba, verum etiam in thesi eaque monosyllaba pati sibi persuasit:) tam late patentis dissensionis caussas intellexi futurae disceptationi reservandas esse. — Vnum est autem quiddam in hoc metrico genere, quod cum ad Menaechmos praeter alias fabulas spectet, hoc loco commemorandum duxi. Nam cum in universum tanta sit fabularum Plautinarum omnium et in sermone et in numerorum tractatione aequabilitas, ut singularum discrepàntias indagaturum verendum sit ne plerumque spes eludat, tamen aut fallimur aut a plerisque fabulis haec ipsa hoc distat, quod multo maiore in eo hiatu admittendo libertate usa est, quo trochaici septenarii binae partes dirimuntur. Quodsi eas fabulas, de quibus ex proposito a nobis apparatu certo iudicari potest, cum hac diligenter contenderis, in nulla vel omnino tot quot in Menaechmis illius hiatus exempla reperies vel tot ita comparata ut nullam ab eis condicionibus, quas prolegomenis Trinummi explicavimus, excusationem habeant. Ac primum quidem eos hinc versus segregamus, quorum in legitima caesura hiatus coniunctus est cum mutatione personarum, quales habes v. 152. 379. 384. 422. 650. 651. 868. 937. 1075. 1077. 1094:

Té morare, míhi quom obloquere :: Óculum ecfodito — ᴗ —.
Vbi tute hunc hominém nouisti :: Íbidem ubi hic me iám diu.
Nímis miror quid hoc ést negoti :: Óboluit marsúppium.
Núnc quando uis èamus intro :: Étiam parasitúm manes.
Quís hic homost :: Menaéchmus quidam :: Édepol factum néquiter.
Quís is Menaechmust :: Tú istic inquam :: Égone :: Tu :: Quis árguit.
Míhin' equis iunctís minare :: Écce Apollo dénuo.
Quíd ego dixi :: Insánu's inquam :: Égone :: Tu istic quí mihi.
Te hódie mecum exíre ex naui :: Énimuero aequom póstulas.

Húnc ego esse aió Menaechmum :: Át ego me :: Quae haec fábulast.
Húnc meum fratrem ésse :: Spero :: Ét ego idem speró fore.

In quibus tanto offensionis minus hiatus habet, quanto ei certior in aliis versuum locis quibuslibet defensio ab eadem personarum mutatione parata est, ut v. 380 *Ín Epidamno* :: *Ín Epidamno*, 547 *Non hábeo* :: *Át tu*, 623 *Quó redeám* :: *Equidem ád*, 898 *hóminem* :: *Ópseruemus*, 954 *médice* :: *Ímmo*, fortasse etiam 299 *nouisti mé* :: *Vbi ego*, non tamen, si quid video, v. 147 *esse mé* :: *Vbi éssuri* —. Minimo intervallo ab horum ratione ea exempla distant, quae a fine sententiae atque enuntiationis aut ab aliqua saltem structurae conclusione, quanquam non coniuncta cum personarum mutatione, item veniam prorsus legitimam habent, ut v. 219. 431. 696. 847. 851. 940:

Spórtulam cape átque argentum. éccos tris nummós habes.
Èamus intro :: Iám sequar te: húnc uolo etiam cónloqui.
Nímis iracunde hércle tandem. heús tu, tibi dicó: mane.
Ni óccupo aliquod míhi consilium, hí domum me ad se aúferent.
Ne híc te obtundat :: Fúgio. amabo, ádserua istunc, mí pater.
Égomet haec te uídi facere: égomet haece te árguo.

Quorum altero non magis opus est *ted* forma, quam *te* inserto in paenultimo. Et firmant hoc quoque genus certissima ex aliis versuum locis quibuslibet exempla, ut v. 1125 *sálue: égo sum Sósicles*, v. 1158: *Vaénibunt serui supellex aédes fundi. ómnia Vaénibunt* —, alia. Verum his omnibus, quorum simillimis nec Pseudulus nec Stichus nec ceterae adhuc emendatae carent, prorsus praetermissis talium in Menaechmis multitudo restat, quae sententiae atque adeo constructionis continuitate non mediocriter offendant. E quorum numero quaedam sane et facile et probabiliter removeas. Sic destitutum est ratione, poetam credere in medio septenario *me te* pronomina ante vocalem dedita opera servasse, ubi commodissimis ascitis *med ted* formis in promptu esset vitare hiatum. Quemadmodum igitur versum 942 ipsi codices fidem faciunt a Plauto talem profectum esse:

Et ob eam rem in cárcerem ted ésse conpactúm scio,

ita v. 1044 dubitari nequit quin ex *a me habeat* rectius *a med abeat* quam *a me abeat* fiat:

Íd si attulerit, dícam ut a med ábeat liber quó uolet.

Inaudita foret pronuntiatio *úna ópera*, quae voces tam necessario inter se vinculo continentur ut nusquam non coalescant in *unópera*: quo confidentius addito, quale ad ipsam sententiam requiritur, pronomine sic versum 796 formavimus:

Póstulas uirós? dare illi una ópera pensum póstules.

Alibi vitii suspicio aliunde vel movetur vel augetur, velut cum accentus quaedam molestia accedit. Quo nomine cum vix tolerabilis v. 681 esset qualis in codicibus exstat: *Tibi dedi equidem illam, ád phrygionem út ferrés, pauló prius*, praeterea autem non *tibi* potius quam *dedi* notionem intendi sententia iubere videretur, cum Bothio transpositis verbis simul hiatum sustulimus:

Dédi equidem illanc, ád frugionem ut férres, tibi pauló prius.

Similis ratio versus 930 fuit, ubi cum hiatu coniuncta accentus non insolentia at insuavitas

Óbdormisco, sí resolui árgentúm quoi débeo

in caussa fuit cur *ego* addito numerorum elegantiae consulendum putaremus. Item mutilum in libris versum 1087 ne sic redintegrandum putes: *Íllic homost aut súcophanta aút geminus fratér tuus*, satis indicio esse accentus in ultima syllaba *geminus* vocis poterit. — Contra haec omnia vix quicquam auxilii, quo ad removendum hiatum cum aliqua et facilitate et probabilitate utare, praesto est his quos infra scripsimus versibus 399. 778. 841. 870. 913. 1112. 1113:

Égo quidem neque úmquam uxorem hábui neque habeó: neque huc —.
Néscio quid uos uélitati éstis inter uós duo.
Vaé capiti tuo :: Écce Apollo éx oraclo mi ímperat.
Sét quis hic est qui mé capillo hínc de curru déripit.
Nón potest haec rés ellebori únguine optinérier.

Cúm patre ut abií Tarentum ád mercatum: póstea
Ínter homines mé deerrare á patre atque inde áuehi.

Nam nec quattuor syllabarum esse *deerrare* potuit, nec tertio versu poetam ullo modo credibile est *Apollo mi ex oraculo imperat* dedisse. Haec igitur cum dubitationem non habeant in quantavis orationis perpetuitate, hinc proficiscendum erit ad ea quoque exempla tutanda quae, absque illo esset, sat lenibus corrigendi artificiis hiandi offensione omni liberarentur. Ergo non sollicitandos duxi v. 407. 435. 611. 667. 923. 950. 1072. 1091:

Nám nescio quem, múlier, alium hóminem, non me quaéritas.
Hábeo praedam: tántum incepi óperis. i et quantúm potest —.
Cérte familiárium aliquoi írata's :: Nugás agis.
Nam éx hac familiá me plane éxcidisse intéllego.
Díc mihi hoc: solént tibi umquam óculi duri fíeri.
Hélleborum potábis faxo áliquos uigintí dies.
Húnc censebam té esse: huic etiam éxhibui negótium.
Mémorat. meliust nós adire átque hunc percontárier.

Quorum primo licebat *alium tu hominem*, altero *incepi hic operis*, tertio *aliquoi tu irata's*, quarto *plane iam excidisse*, quinto *umquamne oculi*, sexto *faxo potabis*, septimo *téd esse: huíc etiam*, octavo *adíre atque húncce*. — Haec igitur cum ita sint, haud scio an non praeter similitudinem veri quispiam hanc ipsam hiatus frequentiam inde repetat, quod Menaechmorum fabula ex antiquissimis esse Plautinis, quae quidem aetatem tulerunt, existimatur. Eodemque fortasse illud pertinet, quod sero animadverti aut mihi visus sum animadvertere plus licentiae in hac quam in aliis fabulis sumpsisse sibi poetam in producenda eademque acuenda ultima syllaba *mihi tibi sibi* pronominum. Quorum cum hanc mensuram ◡́◡ esse olim dixi, dixi quod usitatum est et consuetudine receptum, nimius ut videtur in eo quod pristinae mensurae iambicae iam Plautina aetate vel Plautina in poesi evanuisse usum omnem credidi: nam a principio longam, non brevem vocalem fuisse evidentissimis ut puto argumentis demonstrari contra Theodorum Bergkium potest. Verum de

hoc alibi explicatius dicendi locus erit.' [Cf. Opusc. II p. 632 sqq.].

Quas hoc loco Ritschelius adumbravit sententias, eas notum est cum alios impugnasse tum Spengelium (T. M. P. p. 55 sqq. et 178 sqq.), qui neque in admittenda *mihī tibī sibī* mensura neque in hiatu septenario trochaico concedendo Menaechmos differre a ceteris fabulis ostendit, siquidem ipsam librorum memoriam sequeremur. Ac de pronominum illorum prosodia prorsus legitima hodie lis iam non est: de hiatu vero in diaeresi rem nondum confectam esse ex adnotationibus ad singulos versus modo enumeratos aliosque apparet. Quem hiatum etsi pauci prorsus excludunt, plerique liberalissime defendunt, tamen nequaquam continuo relinquendum esse, ubi exstare videatur, ipsa librorum memoria saepius edocti sumus. Neque in locis modo enumeratis desunt, qui aut propter lectionem omnino dubiam afferri non debuerint (velut v. 407. 841. 913, al.) aut aliis rationibus evanescant.

Quod vero sententiis illis ductus Ritschelius modo posuerat Menaechmorum fabulam ex antiquissimis esse Plautinis — de quo longe aliter postea iudicabat Nov. exc. Pl. I p. 126 —, id non defuerunt qui denuo contenderent, velut Stiefelius ('Bl. f. b. Gymn.' XV p. 312 sq.) eumque secutus Reinhardstoettnerus in libro amplissima doctrina insigni ('Plautus. Spätere Barbeitungen plautin. Lustsp.' ed. Lipsiae a. 1886 p. 490).

Sed praeter locum conclamatum de Hierone regnante*) ex Windischmanni Visseringiique opinione in hanc sententiam adhibitum, cum ad Plauti exemplar potius eiusque aetatem trahendum esse iam plerique consentiant, nihil attulit Stiefelius nisi eiusmodi rationes, quales dudum explosit Rit

*) Mire Reinhardstoettnerus scripsit Stiefelium interpolatos habere v. 407 sqq.: quam ille sententiam disertis verbis reiecit. Sed non minus mire ipse Stiefelius errores historicos Erotio maxime imputari vult ('*vergessen wir nicht, wem die Worte in den Mund gelegt sind: ein m Mädchen, das jene Namen öfters von seinem Geliebten gehört und nur teilweise richtig im Gedächtnis behalten hat*'): ubi prorsus neglexit Menaechmum Syracusanum addere 'haud falsa, mulier, praedicas' ipsaque verborum illorum 'veritate' commoveri.

schelius (Parerg. p. 200 adn., 268), vitia inveniri in ἤθεσιν describendis argumentoque explicando et rariores esse sententias communes: quae nihil valere ostendunt argumenta gravissima et ex ipsis quae accuratius novimus fabularum temporibus petenda et ex graecorum exemplarium quae poeta expressit varietate*).

Non minus inconsiderate Stiefelius l. s. p. 310 sqq., laudatus sane a Lorenzio, impugnavit Ladewigii coniecturam et acutam et satis probabilem, qua hanc fabulam ex Posidippo conversam esse sumpsit, sive *Ὅμοιοι* eius quam novimus exemplar fuerit**) sive aliqua *Δίδυμοι* vel *Μέναιχμοι* fabula inter duo et viginti eius comoedias referenda, quarum inscriptionem iam non tenemus. Nam vim testimonii ex Athenaeo petiti cum infringere studeat, in eodem quo Teuffelius 'Stud. u. Char.' p. 265 errore versatus summam rei plane pervertit. Scilicet *δοῦλος μάγειρος* cum invalescente demum luxuria usu venerit apud Graecos et posterius etiam apud Romanos — id quod testimoniis apte fulciri potest —, ille antiquioribus tribuit temporibus***): quibus servi atque vi-

*) Omnino falsam de Plauti indole ac de arte scaenica aetatis Plautinae opinionem prodit, qui monologorum facetias tanquam summae caveae concessisse poetam scribat ('*eine Concession des Dichters an die Gründlinge seiner Zeit*'): neque rectius de aliis rebus iudicat (velut p. 316, ubi notat '*ein gewisses selbstbewusstes Auftreten des vom Schicksal früh auf die eigenen Beine gestellten Menaechmus I gegenüber des hasenfüssigen Verhaltens* [sic] *seines erklärlicherweise verhätschelten Bruders*'). Multo melius de imitatoribus Plauti ex Italia oriundis disputavit Stiefelius. Quem iam longe superavit Reinhardstoettneri diligentia, cui utinam cura et elegantia in digerenda mole par esset. Ceterum cum nuper Mediolani degerem a grege Taurinensi, quem ducit Gemellius, lepide actam vidi fabulam '*I due gemei*', in qua argumentum *Διδύμων* ita mutatum est, ut alter vir sit honestissimus, alter nebulo ac fur — utrumque idem histrio nomine Vaser mira egit dexteritate —: atque inter alia pallae causa ita rediit, ut nequam ille vestem surrupuerit, quam a scrutario redemptam aliquis dono dat gemino: unde confusio augetur.

**) Cf. Ribbeckius 'Gesch. d. R. D.' p. 125. Quae una sententia servata est ex hac fabula etsi in Menaechmis non redit, tamen facile potuit proferri aut a parasito (III 1) aut a sene (V 2 in.) aut a Menaechmo I (V 5 in.).

***) '*So möchte der δοῦλος μάγειρος ganz wohl jener Zeit entsprechen, wo der Luxus noch innerhalb gewisser Schranken blieb . . . sollte Erotion zweier Personen halber immer einen Koch miethen? Nein, diese*

lissima adeo mancipia coquebant nec tamen coqui audiebant*), utpote qui non tam ex arte quam ex usu cottidiano culinam administrarent. Iam accedit, quod illud de Hierone regnante Posidippo convenit, non convenit plerisque aliis, quos comicis Latinis auctores fuisse praecipuos sciamus.

Iam ipsa ratio qua argumentum lepidissimum**) Plautus ex graeco exemplari non sine solita libertate traduxit cum saeculorum gentiumque plausu ac perpetua imitatione probata fuerit, hac ipsa aetate haud paucos vituperatores invenit, nimis saepe serio considerantes, quae facile conceduntur aut scaenicis rationibus***) aut ioculari licen-

ist ökonomischer [scilicet ut amatoris pecuniae parcat!] *und setzt einen Sklaven über die Küche*'. Quin immo hoc ipsi Plauto tribuit immutanti: at cf. adn. sq.

*) Itaque Cuamus in Truculento quamvis 'in culina clueat' v. 615. 627 sq. — nimirum bellator veru exarmatus! — SERVVS est, non COQVVS: id quod propter Lorenzium moneo ('phil. Anz.' VII p. 306 sq.) aliosque, qui et hoc exemplum perperam contra Ladewigium attulerunt et sine idoneo argumento coquos in Curculione et in Milite glorioso servos domesticos esse contenderunt. Paulo aliter res habet in Aulularia, ubi v. 309 coqui se servos esse significant. At iidem aperte conducticii sunt de foro (v. 280 sq.): unde patet coqui cuiusdam ministros illos esse, qualem ipse Posidippus alias exhibuit dicentem *κατ' ἀγορὰν ἐργάζομαι Ἐπρίατο γάρ τις ὁμότεχνός με γνώριμος.* Quode recte exposuit Vssingius ad Aulul. p. 300 sq. (cf. Ribbeckius 'Alazon' p. 25). Adde I. Muellerum 'griech. Privatalt.' p. 443 d. et Marquardtum 'Privatleben d. Römer' p. 146.

**) Quod nuper Zielinskius noster Quaest. com. ed. Petrop. a. 1887 p. 71 sqq. fabulae argumentum ad paramythium quoddam revocare studuit, argutius quam verius disputasse videtur. Quae enim necessario aut resecanda aut immutanda fuisse poetae comico statuit, in eis ipsis propria vis ac natura paramythii consistit. Quibus demptis quae restant, rectius ex ipso vitae usu ipsiusque artis comicae inventionibus atque exaggerationibus derivantur.

***) Velut Langenus Stud. Pl. p. 149 vituperat, quod Menaechmus II cum nondum in tabernam deverterit, veste communi, non viatoria incedat: quam quidni in ipsa navi mutare potuit, antequam in urbem iret, servis illam tradens? Idem notat v. 230 sqq. spectatorum gratia Messenionem sciscitari, quod probe sciat: qua libertate quis non utitur poeta scaenicus? Dein negat p. 150 pallam 'hodie' reconcinnari potuisse (v. 466 sq.): quod qui promittit aperte mentitur. Dein p. 153 patrem adscitum, quamvis moleste progrediatur, celerrime adesse dicit: quod cum omnino minus curent poetae, quid impedit quominus in proxima vicinia illum habitare sumamus? E contrario p. 155

tiae*): nam propius haec fabula ad tricarum genus (*Schwank*) accedit quam ad iustam comoediam (*Lustspiel*). Qua in re nemo gravius peccavit quam Sonnenburgius quaecunque displicere posse videantur ad dittographiam revocans nonnullis sane locis apertissimam: ac plerumque ille ita agit, ut tanquam circino potius quam stilo adumbrandam esse comoediam postulet. Itaque quaedam acute recteque observata nube errorum circumdedit. Quos cum plerosque Ribbeckius Langenusque optime perstrinxerint, alios paucis in appendice nos tetigerimus, nolim hoc loco plura subiungere.

Inter eos qui post Ritschelium hanc fabulam tractarunt iniuria prorsus neglecta iacuit Kayseri censura Annal. Heidelberg. XLVII, a. 1854, p. 414 sqq., qua nonnulla saltem bene monuit. Longe maiora partim commentando partim emendando praeter Langenum Ribbeckiumque quos modo commemoravi praestiterunt Brixius, C. F. W. Muellerus, Spengelius, Vssingius, Vahlenus, alii. Quamquam pleraque minus recte cum alii administrarunt tum Vahlenus, etsi per plus quam viginti annos huic maxime fabulae continuam operam navavit. De cuius editione obiter compilata**) cum 'phil.

Messenionem sero advorsum venire dicit pro negotio imperato: at quidni tabernam illam longius abesse sumamus? Praeterea 'ante solem occasum' illum venire erus iusserat, cum ipsa fabula sub meridiem incipiat. Denique miratur (p. 158) quod Menaechmus I familiam Syracusanam, ex qua se ortum esse probe sciat, plane non curavit: at bene illi est Epidamni, qui omnino diem carpat homo levior lasciviorque. Talia cum responderi possint, rectius omnino non quaerimus, quae vix offendunt, si non tam singula curiosius expendimus, quam lepide vivideque fabulam peragimus.

*) Huc pertinet quod uterque frater quae per apertum errorem accipiat in usum convertere vult improbissime (Langenus p. 151) quodque Matrona 'idem quod semper facit' male virum habens, vel cum fecisse videatur quae iusserat (Sonnenburgius p. 20, Langenus p. 152).

**) Ceterum tandem aliquando publice pronuntiandum est, etsi leges non impediant — quod sane dolendum —, parum honestam esse eorum rationem, qui collationes multo labore magnoque impendio comparatas nulla venia neque ab editoribus neque a redemptoribus impetrata perpetuo exscribant, etiamsi in potiore quam dicunt lectione se contineant. Ribbeckius sane, cui nos ipsi laeti lubentes copias commisimus quique eodem quo nos redemptore usus est, noluit tamen aliter adhibere quam quivis, qui honeste modesteque uteretur paratis in communem usum. Sed aliter sentiunt Ribbeckii, aliter — alii.

Rundsch.' II, a. 1882, p. 719 sqq. nequaquam iusto acerbius retulissem, ultra modum iratus ille in me desaeviit per observationes Hermae XVII p. 610 sqq. insertas. Quas quo animo conscripserit uno exemplo notabo, quo quia Brixium cum Ritschelio in v. 155 Gellium secutum esse dixi, ubi Wagnerum dicere debui — scilicet confusis in schedis meis *Br.* et *Wr.* notis —, Vahlenus scripsit (p. 617): 'de Brixio hoc ille homo diligens mentitus est'. At in eadem statim pagina ipse 'mentitus est' vir diligentissimus Gellium 'propter *umbilicum* versum afferre', quem propter *dimidiatus* affert. Et quotiens in editione*) aliasque 'mentitus est'. Velut ad v. 645, ubi Ritschelius adnotabat 'mihi *quidam apud Lambinum*', compilator Ritschelii habet 'mihi *Lambinus*': itaque Lambinum fingit commentum esse, in quo refutando, frustra sane, dimidiam fere paginam ille consumpsit. Etiam propius ad mendacii speciem illud accedit, quod v. 824 — ubi apud Ritschelium testimonium de *B* casu interciderat, quem defectum disertis verbis tetigit Muellerus 'Nachtr.' p. 129 a Vahleno ipso adhibitus — sine ullo fundamento *te* tribuit codici, quem *tu te* habere ex nota *B* iuxta *D* facile omissa vel conicere potuit coniector paulo felicior coniecitque Muellerus. Neque vero per solam aut neglegentiam aut confidentiam Vahlenus 'mentitur.' Quomodo enim appellabis quod p. 622 se a me scribit 'in summa re mirifice alucinatum increpari', cuius similem locutionem per totam censuram frustra quaesiveris, cum Vahlenus si in talibus se continuisset**), modeste sobrie humane scripsisse videri pos-

*) Sat multa menda invenies, si accurate Vahleni apparatum non modo cum nostro, sed etiam cum proecdosi contuleris. Non is sum qui eiusmodi peccata ultra modum efferam, quippe cum expertus sciam vel omni cura adhibita interdum vix evitari. Sed indignum est eum, qui nullo negotio alterius diligentia abutatur ne correcta quidem interim corrigens novaque vitia inferens, sic invehi in eum, qui — quomodocunque de ceteris iudices — saltem in fundamentis rei criticae parandis aliis viam muniat molestiamque minuat. Itaque quamvis diu tacuerim, hac occasione data non potui non punire Vahleni superbiam.

**) Ceterum risum non mihi tantum movit, quod ille tales maxime locutiones decerpsit, quales olim in ipsum coniecit L. Muellerus. Quem si imitari voluit, utinam potius in arte metrica severius exercenda imitatus esset.

set. Atque statim ab initio p. 610 scribit sibi 'iniuriosa convicia repellenda' esse. Iam si ex censura illa unum verbum proferre potuerit, quod convicii atque adeo iniuriosi convicii nomine recte appelletur, me iniuriam fecisse illi publice fatebor. Quodsi non poterit, ipse fatebitur se 'mentitum esse' atque iniuriam mihi fecisse.

Quod vero per hanc editionem permultos — nequaquam omnes — notavi Vahleni errores, non ideo feci, ut par pari referrem — quod me noluisse ipse tenor adnotationum mearum demonstrabit —, sed ideo, quia hac aetate 'laxae observantiae', quam facete Ritschelius dixit, vindex exstitit, quem iam nonnulli pro duce atque antesignano habere videantur. Hunc vero 'ordinem' improbandum esse novis exemplis demonstrare possumus in hac editione, ubi haud raro novis Ambrosiani testimoniis veram viam munire licuit. Vt pauca hoc quoque loco delibem: quod v. 299 Pylades *tu* sermoni aptissimum adiecit propter hiatum, tanquam commentum prorsus inutile ne commemoratione quidem dignum habuit Vahlenus, item quod v. 495 propter proceleusmaticum*) Ritschelius *mihi qui* traiecit: — utrumque *A* confirmat. Contra v. 589 *me* in *CD* iteratum reduxit Vahlenus, qui non facile patitur quidquam perire, quod librarius aliquis scripserit: iam *A* cum *B* consentiens afuisse ab archetypo demonstrat recteque omissum esse a plerisque editoribus. Puram putam habes 'laxitatem' in eis, quae Vahlenus de incisione anapaesti disputat Hermae XVII p. 604. Proficiscitur a v. 556, ubi cum eo ipso loco de quo agitur a libris dissentiat Nonius, quicunque via ac ratione progrediatur, diffidet potius. Immo cum Nonii scriptura exquisitior sit, librorum qua abutitur Vahlenus aperto nitatur errore (cf. adn. et append.), in contrariam partem hoc exemplum valet. Cui Vahlenus alterum adiungit 'item librorum testimoniis firmatum' *Tu magnus amator* v. 268. De testimoniis cum dicat videtur *BCD* scripturam pro diversis venditare, quod nobis 'criti-

*) Aut ridet aut contemnit Vahlenus eos, qui velut in anapaesto v. 204 vel v. 300 haereant: iam *A* docet iustam fuisse offensionem, etsi altero loco remedium simplicissimum nemodum invenerat.

castellis' unum est. Iam a Loewio discet *A* hanc scripturam non firmare. Id scire non potuit: sed non magis sciverunt Ritschelii Fleckeisenique, neque tamen hoc exemplo ad vitium commendandum abusi sunt, id quod proprium est Vahleno. Denique tertium addit exemplum*) 'item librorum testimoniis firmatum' scilicet 'senarium' v. 601 *Quam hodie úxori ábstuli átque huic détuli Erótio.* Hoc loco *A* non exstat, *B* autem *hodie* non habet: itaque egregie firmata est scriptura! Iam vero ipsa vox *hodie* minus quadrat. Nam haec verba quae olim Vahlenus ipse aliique damnabant etsi omitti non posse Langenus praeclare demonstravit, tamen mira sunt, si sic simpliciter rem enarrat Menaechmus saepius iam narratam: contra optime quadrant, si solita iactatione furtum 'lepidum' effert: unde exempli gratia *Quam commode* reposui tam hac ratiocinatione ductus quam metrica condicione. Nam 'senarius' ille adplicatur dimetris quibuscum arctissime cohaeret sententia ipsaque structura, sequuntur autem mutatis personis anapaesti. Quare senarius per se ne probabilis quidem est, nedum certus. Atque aliter discribendum esse hunc versum cum ex testimonio demonstrari nequeat, feliciter accidit, quod in simili causa erroris convincere possumus Vahlenum. V. 367 sq. pro longo in *B* dimetros omnes post Hermannum discripserunt: unus Vahlenus post Bothium malum effecit octonarium (cf. etiam l. s. s. p. 612 adn.): quem iam ipse *A* redarguit, quo duce totum illud canticum multifariam reformare licuit. Quo minus dubitabimus etiam sine testimonio non modo 'senarium' illum removere, sed etiam alios versus (velut 773 sq.), de quibus perperam Vahlenus iudicavit. Quid enim? num putabis saniore illum atque acutiore iudicio usum esse, ubi *A* aut non exstat aut opem non fert, sed eisdem tamen rationibus impugnari potest, quas hic illic ipsa memoria librorum confirmare possumus quasque ex universa memoria recte perpen-

*) Quasi ipse irrideat rationi suae — si rationem dicere fas est qua contrarium potius efficitur — addit singula huius dactyli exempla sparsa per omnes comoedias inveniri! Ceterum ex eiusmodi exemplis discant etiam alii, maxime metrici, quanta opus sit cautione in librorum Plautinorum 'auctoritate' laudanda.

sitata haurimus*)? Nam id summum est in hac disputatione mea — quam facile augere potui aliis exemplis —, quod non singula Vahleni commenta damnantur eis quae attuli — id quod non minus aliis accidit, cum singula etiam illius probari possint ac probanda sint, siqua diligentius, ut solet, observaverit subtiliusque —, sed ipsa eius ratio damnatur superstitiosa. Liberiorem vero rationem eandemque severiorem lubricam esse ac per multos demum labores et contentiones sensim sensimque propius ad veritatem perduci posse haud ignoramus. Neque tamen est quod Vahlenus rideat 'usquequaque per arva critica testas fractarum coniecturarum sparsas iacere': nam prae his testis videre non videtur montes silvasque explicationum artificiosarum, vindiciarum inutilium, defensionum inanium. Quarum ingentem tumulum ipse exstruit, sub quo olim sepelietur, ut nos si dis placet sub testis illis. At infracta manebit vis rationis, quam pro virili parte propugnamus, et profligabitur nesciendi non ars, sed inertia.

Probe scio propter haec similiaque quae unius veritatis causa scribo Vahlenum eiusve satellites vehementius etiam in me invecturos esse, ac fortasse invenient non tantum quae solito more modoque vituperent maligne, sed etiam quae suo iure castigent. Quo ex genere unum iam proferendum est idque gravissimum, quod nuper in RVDENTE edenda commissum est**). Vbi in contextu — non in apparatu — integri interciderunt versus duo, v. 499:

*) Quo etiam illud pertinet, quod Vahlenus perpaucis locis exceptis — ubi interdum erravit etiam — lacunas non agnoscit in eis partibus, quibus *A* non exstat. Miro igitur casu vel potius insigni fortunae beneficio integriorem habet recensionem Palatinam ab Ambrosiana destitutam, nedum utrique similem defectum tribuat.

**) Ceterum hoc nullus notavit censorum sat levia ex parte vanaque proferentium. Cum iam ipse et animadvertissem et cum socio communicassem, humane per litteras monuit Redslobius simul v. 754 *clauis* pro *clauos* expressum esse indicans. Alia melius complectentur in Addendorum et Corrigendorum fasciculo post absolutam editionem parando. In hac fabula praeter menda quaedam levicula — velut *40* pro *4* in marg. p. 36, accentus quosdam detritos, *s* interdum pro *ſ* expressam — corrigas ad v. 57 'Epidamnenſiſ *Z*', ad v. 195 (testim.) '[suc]cingulum', ad v. 380 'Epidanno *bis F*', v. 515 del. comma,

Deosque ínmortalis quaéso, dum uiuás, uti

et v. 874:

LA. Quid id ést? CH. Vt id quod quaérant inueniánt sibi.

Quod quomodo accidere potuerit et me et socio invito, qui solitam et in illa editione et in hac paranda operam mihi praestitit, explicare nil attinet, cum excusari nullo modo possit. Alia nolim hoc loco persequi, quae non modo excusari, verum etiam vindicari posse contra censorum quorundam opprobria putem: sed omnem potius curam aliis fabulis mox edendis impendam.

Scripsi Heidelbergae m. Iun. a. MDCCCLXXXIX.

F. S.

ad v. 604 corr. *Philol. II* pro *Exerc.*, v. 617 add. comma post *ei*, ad v. 656 et 768 add. (*), ad v. 925 sq. testim. suppl. ex append., ad v. 1156 corr. MENAECHMVS I (pro II).

T·MACCI·PLAVTI

MENAECHMI

ARGVMENTVM

Mercátor Siculus, quoí erant gemini fílii,
Ei súrrupto altero ócius mors óptigit.
Nomén surrupti deín illi indit, qui domist,
Auós paternus, fácit Menaechmum e Sósicle.
Et ís germanum, póstquam adoleuit, quaéritat
Circum ómnis oras. póst Epidamnum déuenit:
Hic fúerat alitus ílle subreptícius.
Menaéchmum ciuem crédunt omnes áduenam,
Eúmque appellant méretrix, uxor ét socer.
I sé cognoscunt frátres postremo ínuicem.

INCIPIT MENECHMVS. ARGVMENTV̄ MENECHMI · *B.* ARGVMENTV̄ IN menehmos PLAVTI POETę *D.* *om. C.* PLAVTI. POETE. CL^{m}I. MENECHINI. FABVLA. INCIPIT. ARGVMENTVM *F.* Plauti Comici feftiuiff. Menęchini *Z.* Menechini *per totam fabulam inscribit F. Nec in ipsis sermonibus aliam formam FZ norunt, nisi quod* ę *pro* e *Z constanter. Veram nominis formam ex editoribus primus restituit Scutarius*

1. fyculuf *C* quoi *pro* cui *B* 2. Ei *e corr. post. ras. Ba.* Et *F* furrupto *BaC.* fubrupto *D* (*er.* e *supra* ru) *Z.* fubrepto *F, codd. Pii.* surrepto *Bb* altero ocius mors optigit 𝕾. altero . . morf optigit (*ex* mor foptigit) *cum ras. Ba.* alię rumor foptigii *C et (nisi quod* optigii *separ. m. 3) D.* altero morf obtigit *FZ* (*) 3. furrupti dein 𝕾. furrepiti *B.* furrepit *CD.* fubrepit *F.* fubrepti *Z* domi ft *pro* domi eft *B* (*) 4. Auof paternuf *FZ.* Auof *(ex* Auo *Db)* paternof *BCD* Menaechmum e Sosicle 𝕽, *et* ex *pro* e *substituto Osannus in Bergkii Diurn. antiqu. a. 1849 p. 208.* menechumefoficle *Ba* (menech . me *B ex ras.*). menęchume foficle *CD.* menęchinū foficlē *Z.* menechinif foficlef *F* 5. queritat *Ba* 6. *om. CDFZ: ex B addidit Camerarius* (*) 7. alitus *codd. Pii, Pylades.* auitus *libri* fubrepticuf *Ba.* furrepticiuf *CD.* fubrepticiuf *BbFZ* (*) 8. Maenaechmum *B.* Menechmū *D* ciuem credunt omnes *Pylades.* omnef (om̄f, f *ex* i *ut vid., D*) ciuem credunt *libri* 9. a^{p}pellant *C.* apellant *BD.* appellat *F* 10. Ii *CD et ab initio* E *littera erasa B.* Hi *FZ* (I *Osannus*) fe *Bb.* fi *Ba* (*)

PERSONAE

PENICVLVS PARASITVS
MENAECHMVS I } ADVLESCENTES
MENAECHMVS II (SOSICLES) }
EROTIVM MERETRIX
CYLINDRVS COQVOS
MESSENIO SERVOS
ANCILLA
MATRONA
SENEX
MEDICVS

PROLOGVS

Salútem primum iam á principio própitiam
Mihi átque uobis, spéctatores, núntio.
Appórto uobis Plaútum lingua, nón manu:
Quaeso út benignis áccipiatis aúribus.
Nunc árgumentum accípite atque animum aduórtite:
Quam pótero in uerba cónferam paucíssuma.

(Atque hóc poetae fáciunt in comoédiis:
Omnís res gestas ésse Athenis aútumant,
Quo uóbis illud graécum uideatúr magis.
Ego númquam dicam, nísi ubi factum dícitur.
Atque ádeo hoc arguméntum graecissát: tamen
Non átticissat: séd sicilissat. scílicet

11. 12. *Glossae latino-graecae p. 34, 56 G. (Philoxenus p. 103, 32):* greciscat: ἑλληνίζει *(cf. p. 295, 31 G.). — glossar. Salomonis f. 91ʳa:* graecissat: Graecos imitatur*: cf. Loewius Prodr. p. 267 sq. — Consentius art. p. 376, 31 K.:* scire autem debemus etiam a nominibus

PROLOGVS POETA · *BD cum spatio satis amplo inter utramque vocem. om. C (ubi* alutem primũ *versum explet).* PROLOGVS *FZ* (*)
1. iam *om. Z (add. Scutarius)* aprintipio *B* propiciam *BCDZ* 2. nuncio *CDZ* 3. Aporto (p supra) *B* (p *s. scr. Bb*). Adporto *Z* 4. Qneſo *(sic) B.* queso *CD* 5. argnméntum *C* atq *B* aduorate *C ante corr.* 6. poṛtero *D* pauciſſima *DZ* 7—16 *duce Osanno Anal. p. 178 sq. secl. Langenus Ind. lect. Monast. a. 1873* 7. comediiſ *CD* (*) 8. omĩſ *CD.* Omneſ *F.* 9. uobis illud graecum *Pylades.* illud (illuc *D*) uobiſ grecum *libri, nisi quod ante* uobiſ *c. 8 litt. rasura est in B* (*) 10. ubi] ego *C* 11. greciſſat (◡ *sub* ſſ *Bb*) *BD.* geciſſat (r supra) *C* 12. sed sicilissat. scilicet 𝔖 (sed *cum Paulo,* sicilissat *cum Paulo Consentioque*). uerum ſiciliciſ ſitat *B* (ſſ *lineola coni. Bb*). uerum ſyciliciſſitat *CZ.* uerum ſy ciliciſſitat (ciſ *fort. in* tiſ *corr.*) *D (alt.* ci *exp. Dc).* uerum ſiciliriſſitat *F* (*)

Huic árgumento antélogium hoc fuit ínterim:
Nunc árgumentum uóbis demensúm dabo,
Non módio neque trimódio, uerum ipso hórreo:
Tantum ád narrandum argúmentum adest benígnitas.)

Mercátor quidam fuít Suracusís senex.
Eí sunt natei fílii gemineí duo,
Ita fórma simili púerei, uti matér sua
Non ínternosse pósset quae mammám dabat,
Neque ádeo mater ípsa quae illos pépererat.
(Vt quídem ille dixit míhi, qui pueros uíderat:

fieri frequentatiua uerba, ab appellatiuo ut 'graecizat sicilizat patrizat', a proprio ut 'lentulizat'. *Paulus p. 28, 17 M.:* atticissat: attice loquitur Plautus: non atticissat sed sicilissat i. e. sicule loquitur*: cf. Leidolphus 'de Festi et Pauli l. Pl.' p. 249, Baierus 'de Pl. fab. rec. A et P' p. 75.* atticissabas *hinc habere videtur Sidonius Apollinaris Epist. IV 1, 4* 13. *Ausonius Epist. XVI (XII ed. Peip.):* libello tamen apologorum antetuli paucos epodos .... fors fuat, ut si mihi uita suppetet aliquid rerum tuarum quamuis incultus expoliam .... hi igitur, ut Plautus ait, interim *[sic cod. T, vulg., Peip.:* interim ut Plautus ait *cod. M, Schenkl]* erunt antelogium fabularum, garruli et deceptores. *Cf. Fulgentius contin. Verg. p. 148 M.* 19—21. *Nonius p. 343, 30 M.:* matrem ueteres etiam nutricem dici uolunt. Plautus Menaechmis 'ita .... pepererat'. — *idem p. 423, 23:* mater aliquando pro nutrice ponitur .... Plautus Menaechmis 'ita .... pepererat'. *Cf. Reblinius 'de Non. l. Pl.' p. 104, Caesar 'de Pl. mem. ap. Non. serv.' p. 31.* — *[Seruius] ad Verg. Aen. VIII 632:* sane ueteres etiam nutrices matres uocabant ut ait Plautus in Menaechmis 'et mater non possit dignoscere, quae mammam dabat'

13. argumento *ex* argumentu *C* antelogium *Muretus.* antilogium *Ausonius.* ante elongium *Ba.* ante elogium *BbCDF, nisi quod* eᵘlogium *Dc.* elogium *Z* interim *add.* 𝕾 *ex Ausonio. om. libri* (*) 14. demenſuſ *Ba: corr. Bb* 15. modo C (i *supra* o) neque] atque *F* crimodio *C ante corr.* 16. argumtũadẽbenignitaſ (d *et* b *e corr. ut vid.*) *C* (*) 17. *Ante* quidam *ras. 2 litt. B* ſiracuſiſ *B.* ſyracuſiſ *reliqui (prima* ſ *ex* q *Da)* 18. ei' *C* natei *Ba.* nati *reliqui (B ex ras.)* geminei duo *Ba.* gemini duo *B ex ras. C.* duo gemini *D.* duo gemini *FZ* 19. puerei *Ba praecedente c. 7 litt. rasura.* pueri *reliqui* uti mater sua *Camerarius.* ut mater ſua *cum libris Nonius.* et mater *Seruius* (*) 20. non poſſit dignoſcere *Seruius* que . . amam *c. ras. Ba:* quę . mãmam *Bb* 21. Noque *Ba: corr. m. Camer.* ipſa que *Ba* (quę *Bb*). ipſaque *CD* pepererat *BDc, Nonius.* peperat *CDaFZ (corr. Beroaldus)* 22. dixit mihi *B.* mihi ‖ Dixit *reliqui*

Ego illós non uidi, né quis uostrum cénseat.)
Postquám iam pueri séptuennes súnt, pater
Oneráuit nauim mágnam multis mércibus.
Inpónit geminum item álterum in nauém pater,
Taréntum auexit sécum ad mercatúm simul:
Illúm reliquit álterum apud matrém domi.
Tarénti ludei fórte erant, quom illúc uenit:
Mortáles multi, ut ád ludos, conuénerant:
Puer ínter homines íbi aberrauit á patre.
Epidámniensis quídam ibi mercatór fuit:
Is púerum tollit áuehitque Epidámnum eum.
Pater éius autem póstquam puerum pérdidit,
Animúm despondit: eáque is aegritúdine
Paucís diebus póst Tarenti emórtuost:
(Sicút pollinctor díxit qui eum pollínxerat.)

36b. *Fulgentius p. 560, 8 (p. VIII sq. ed. Lersch.):* pollinctores dicti sunt qui funera morientium curant. unde et Plautus in Menaechmis comoedia ait 'sicut .... pollinxerat'. pollinctores dicti sunt quasi pollutorum unctores, id est cadauerum curatores. *Versum in libris omissum (ut v. 23 in CD) huc revocavit* 𝔖, *quem vulgo referunt ad similem (non parem) locum in Poenuli prologo 63* (alter est emortuos. Propterea apud uos dico hoc confidentius, Quia mihi pollinctor

23. *Hunc omissum in CDFZ servavit B: una cum v. antecedenti seclusit Teuffelius Annal. phil. XCV p. 32 sq.* uostrum] urm̃ *B,* uerū *B marg. m. Camer.* 24. ſeptuenſ . eſ *c. ras. Ba,* ſeptuen . neſ *Bb.* ſeptenneſ *F* sunt] ſt̃ *(sic) C* 25. onerabit *C ante corr.* nauim *CD.* nauem *BFZ* 26. Inponit *B.* imponit *ceteri* geminum item *Muellerus Pros. p. 490.* geminum *BDbFZ.* gemitum *CDa* (*) 27. Tercentum *Z (corr. Scutarius)* 28. reliquid *CDa (corr. Dc)* 29. ludei *Ba.* ludi *BbFZ.* iudei *C.* iudęi *D* cum *BCD* 30. ut *om. Da (suprascr. Dc).* et *F* 31. Puer] *post* P *una litt. erasa in B, quam puncto del. Bb* ibi aberrauit 𝕽. aberrauit *libri* (*) 32. Epidamnenſiſ *FZ* quạdam (i suprascr.) *C* 33. auehitque Epidamnum eum *Seyffertus Philologi XXV p. 451.* auehit que epidamnium *BCD.* auehitque epidamnum *Z.* aduehitque epidannum *F* (*) 34. autem *om. DFZ* pedidit (r suprascr.) *Bb* 35. diſponit *Ba.* diſpõdit *B manu Camer.* eaque iſ *Dc, Camerarius.* eaquiſ *CDa.* ea quiſ *B.* aquiſ *FZ* egritudine *BCD* (*) 36. tarenti emortuuſt *BD* (tarentic *D ante ras.*). tarentic mortuuſt (*ex* moſtuuſt) *C.* tarenti eſt mortuuſ *FZ* 36b. *Cf. testim. et append. ad v. 13*

Postquám domum autem de eá re rediit núntius
(Ad auóm puerorum, púerum surruptum álterum
Patrémque pueri maérendo esse emórtuom),
Immútat gemino nómen auos huic álteri.
Ita illúm dilexit, quí subruptust, álterum:
Illíus nomen índit illi quí domist,
(Menaéchmo, idem quod álteri nomén fuit.
Et ípsus eodemst áuos uocatus nómine.
Proptérea illius nómen memini fácilius,
Quia illúm clamore uídi flagitárier.
Ne móx erretis iám nunc praedicó prius:
Idémst ambobus nómen geminis frátribus.
Nunc ín Epidamnum pédibus redeundúmst mihi,
Vt hánc rem uobis éxamussim dísputem.

---

dixit qui eum pollinxerat). *Sed non aliter v. 51—55 consentiunt cum Poenuli v. 80—82 et v. 62 cum Poenuli v. 77. Eandem vero hic versus indolem habet quam in hoc prologo v. 22 sq., 45 sq.* 45. *Nonius p. 499, 35 M.:* accusatiuus pro genetiuo . . . Plautus . . . et Menaechmis 'propterea . . . . facilius' 50. *Nonius p. 9, 10 M.:* examus-

---

37. domum autem *exempli causa* ℞. ſiracuſaſ *BCD, sed cum rasura 9 litt. ante eam vocem B.* ſyracuſaſ *F.* ſyracuſiſ *Z* de ea re rediit *DFZ.* deea re redit *B.* deaearerediit (dea *corr. in* dee) *C* nunciuſ *Z* (*) 38. auom *omnes* ſurruptum *BaCD.* ſubruptum *F, codd. Pyladis, item Lambini.* ſubductum *Z.* ſubduptum *B man. Camer.* 39. maerendo 𝔖. tarenti *libri* emortuum *BCDF.* mortuum *Z* *Totum versum uncis inclusit Bothius unaque cum antecedenti Dziatzko Annal. phil. CVII p. 836* (*) 40. Immittat *Da.* Imnuttat *(sic) Db* gemino nomen auos huic ℞. nomen auoſ huic gemino *libri, nisi quod* auọ̌ſ *Bb* (*) 41. ſubruptuſt *BCD.* ſubruptuſ eſt *FZ* 42. illi *BCD. om. FZ (add. Scutarius)* domi eſt *libri* *V. 43—56 ducibus ex parte Teuffelio Langenoque seclusit Dziatzko l. s. s.* (*) 43. Mena hec moidem *Ba,* Mena—ec-mo,idem *Bb.* Manc hec moidẽ *C et, nisi quod* hęc/// *(er. ⊦ ?) D* 44. eodem eſt auuſ *B et, nisi quod* eodẽ *(uti saepius) C.* eodem eſt *DFZ post* uocatuſ *in C erasum* ẽ 45. Pr^p^oterea *C* nomeṃ *B* 46. clamorτ' *C* 47. e^r^retiſ *Db* predico *Ba* (ę *Bb*) 48. Idem (idẽ *C*) eſt *libri* fratribus] fratib; ſibi uelit *C (vide ad v. 51), in quo v. 49 (item ut in D) versum explet cum spatio in fine* 49. epidannum *F* eſt *libri* 50. Vt *in ras. Bb* *ante* examuſſim *una litt. crasa in B.* examu^s^ ſim *C.* examuſim *Z*

Si quís quid uostrum Epidámni curarí sibi
Velít, audacter ímperato et dícito:
Sed ita út det, unde cúrari id possít sibi.
Nam nísi qui argentum déderit, nugas égerit:
Qui déderit, magis maióres nugas égerit.
Verum ílluc redeo, unde ábii, atque uno adsto ín loco.)
Epidámniensis ílle, quem dudum díxeram,
(Geminum íllum puerum quí surrupuit álterum,
Ei líberorum, nísi diuitiae, níl erat.)
Adóptat illum púerum surruptícium
Sibi fílium eique uxórem dotatám dedit,
Eúmque heredem fécit, quom ipse obiít diem.
(Nam rús ut ibat fórte, ut multum plúerat,

---

sim dicitur examinate ad regulam uel coagmentum; est enim amussis regula fabrorum, quam architecti cum opus probant rubrica inlinunt. Plautus . . . . idem Menaechmis 'ut hanc . . . . disputem' 63. *Consentius art. p. 378, 32 K.:* sunt etiam praesenti tempori et praeterito perfecto quaedam uerba communia, ut incendit obruit pluit suit. haec enim nulla mutata praesentis temporis forma in declinatione

---

51. uestrum *libri, nisi quod* uestrm (u *supra*) *C,* uñm *D* epidamni *codices Pyladis.* epidamnum *BCDZ.* epidannum *F* sibi ‖ Velit audacter *R: v. Prol. Trin. p. CLXXXIII.* ſibi uelit ‖ Audacter *BCDFZ.* Audacter *C: vide ad v. 48* (*) 53. det unde *Ba.* de inde *B ex ras.* 54. qui argentum *Beroaldus.* qui non (*vel* ñ) argumentum *libri, sed ut in B spatium e rasura c. 8 litt. ortum sit ante* non dederit, r *ex* t *ut vid. corr. Da et Db* migaſ *C* 55. Qui *Pylades.* Nam niſi qui *libri* (*) 56. illu (c *supra*) *Dc* redeunde *BaCDa.* rede.unde (o *supra*) *BbDc* tq; *in* atq; *rescripsit Bb* *post* adſto *spatium e rasura vocis* loco *B* 57. Epidãnniensis *B.* Epidamnienſiſ *Z.* Epidannenſiſ *F* ——SILL—— *apparuit in A* (*) *V. 58 sq. seclusit* 𝕾 58. ſurrupuit *BCD.* ſubripuit *FZ* alteram *CD et ex* alterum *c. rasura* alter *vocis ante eam vocem Ba (corr. Bb)* 59. EILIBERO—— *A* diuiliae *BCD* erat *suprascr. C,* era *in ras. Ba* 60. ADO—— *A* *ante* illum *et post* puerum *rasuras C (fuit* adoptabat *et* puerum ei' *ut vid.)* surrupticium *BC (ex* ſurrupuitũ, *ut vid., corr.).* ſuprupticium (r *supra*) *D.* ſubrupticium *F.* ſubrepticium *Z* 61. eique] ei quod *F* 62. EUMQ—— *A* cum *Pius.* quam *libri, nisi quod* quam *(et mox* die *pro* diem) *Bb* *V. 63—66 seclusit Dziatzko l. s. s. p. 836, quibus v. 67 adi.* 𝕾 (*) 63. NAM—— *A* pluuerat *Dc.* pluerat *Da cum reliquis et Consentio* (*)

Ingréssus fluuium rápidum ab urbe haud lóngule,
Rapidús raptori púeri subduxit pedes,
Apstráxitque hominem in máxumam malám crucem:
Illi aútem diuitiae éuenerunt máxumae.)
Is íllic habitat géminus surruptícius.
Nunc ílle geminus, quí Suracusís habet,
Hodie ín Epidamnum uéniet cum seruó suo
Hunc quaéritatum géminum germanúm suom.
(Haec úrbs Epidamnus ést, dum haec agitur fábula:
Quando ália agetur, áliud fiet óppidum.
Sicút familiae quóque solent mutárier:
Modo hic hábitat leno, módo adulescens, módo senex,
Paupér, mendicus, réx, parasitus, háriolus.)
*   *   *   *   *   *

praeteriti temporis proferuntur, in tantum ut etiam pluit utrobique pronuntietur priore correpta, quamuis Plautus produxerit in Menaechmis 'forte .... pluerat' 64. longule *hinc habet glossar. Plaut.: cf.* ℞ *Opusc. II p. 252*

64. INGRESS———— *A* Ingroeſſuſ *Bb* ab urbe *BbDb.* burbe *BaCDa* haud, d *e corr. Bb* (*) 65. RAP———— *A* Rapiduſ ..... hominem *suo loco omissa in imo paginae margine habet Da additis* ʒ Rapide *FZ* pedes *Saracenus.* fideſ *libri* 66. Apstraxitque *B.* ab ſtraxit q' *CD.* ABSTRAX———— *A* maximam *libri* malam] malam matam *C, sed* t *vel* l *ex* c *ut vid. corr.* 67. Illi autem diuitiae 𝔖. Illi diuitiae *Z.* Illi diuicie *B.* illi diuitię *DF.* diuiciæ (*om.* illi) *C.* ILL———— *A* euenere *Z* maximę *CD.* maxume *FZ.* maxime *B* (*) 68. Is illic *Camerarius.* Iſtillic *C.* Iſtilic *BaD.* Iſillic *Bb.* Iſtic *FZ* habitant *C* ſubrupticiuſ *FZ* 69. germanuſ *Z* ſyracuſiſ *FZ.* ſiracuſſiſ *BCD* (r *ex* c *Da,* ſ *ex* ſſ *Dc*) habet (itat *supra*) *BbDc* 70. epidã nũ *BC.* epidaunum *FZ* ueniet *Geppertus.* uenit *libri* ſuo ſeruo *B* 71. Nunc *F* queritatũ *BC* ſuum *libri* *V.* 72 *sqq. secl. Teuffelius l. s. s.* 72. Hec *B et,* ec *ex* od *ut vid. in ras., C.* KAE———— *A* epidãpnuſ *D.* epidannuſ *FZ* hec *C* 73. QUA———— *A* opidum *B* 74. SICUT———— *A* familę (i *supra*) *C* mutarier *Camerarius.* mutari *BCD.* mutari modo *FZ omissis ceteroqui v. 75. 76* 75. Modo hic habitat 𝔖. Modo ni cadit at *B.* modonicaditat *CD.* MOD——*A* adolefcenſ (v *supra*) *Ba.* adoleſcenſ *CD* ſexnex *ante ras. C* (*) 76. medicoſ (n, u *supra*) *Ba* arioluſ *libri praeter A* (arioluſ peniculuſ *B*) *Mutilum in fine esse prolo-*

gum Bothius perspexit: atque uno versu vel A auctior fuit, in quo ante sequentis scaenae inscriptionem haec apparuerunt:

—————————————PARASITUSKARIOLUS

—————————————E ∗ MELIS——————,

ubi perdubias ante ELIS *litteras etiam* TUU *esse posse Loewius adnotabat. Praeterea fragmentum quoddam adiacet ex trium versuum spatio abscissum, ubi in primo versu* Q *certum est in altero* LUO *praecedente fortasse* A *subsequentibus* MS *(litteris a* Q *illo paullulum remotis): quae si ad hunc locum revocanda sunt, in priore v.* 75 *parte A* Q *habuit — ac potuit aut* QUE (Q·) *male inseri aut loco vocis* Pauper *velut* COQUOS *vel* QUOQUOS *poni — alterius reliquias tali exemplo illustret 'hariolus':*

⟨Fratrem ille s⟩aluom s⟨aluis u⟩elis ⟨auchet,
Bonitas si uostra adiutat atque aequanimitas.⟩

ACTVS I

PENICVLVS

Iuuéntus nomen fécit Peniculó mihi
Ideó quia mensam, quándo edo, detérgeo.
*   *   *   *   *   *
Hominés captiuos quí catenis uínciunt,
Et quí fugitiuis séruis indunt cómpedes,

77. *[Seruius] in Georg. I 137:* 'nomina fecit' uero notamina: Plautus in Men(a)echmis 'iuuentus . . . mihi' 78. *Festus p. 258, 33 M. (suppletus partim ex Paulo):* [quando cum graui uoce pro]nuntiatur significat [quod: acuta est temporis aduerbium] ut Plautus in Mae[naechmis ait 'ideo quia] mensam quando edo detergeo' *Marius Plotius Sacerdos p. 486, 10 K.:* tergeo tersi. dicimus et tergo tergis tertia correpta: legimus et 'spicula lucida tergent' quod uenit a tergeo ⟨terges⟩ et ⟨'ter⟩gunt' ab eo quod est tergo tergis *[cf. p. 490, 25 cum Probi cath. 34, 14 et 38, 21, unde patet et* 'tergunt' *et* 'tergent' *pertinere ad discrepantem scripturam apud Verg. Aen. VII 626, quod non significavit Keilius].* 'qua mensas detergeo'*: ubi hoc testimonium a Probo omissum a Sacerdote neglegentius adscriptum esse Keilius vidit*

Act. I Sc. 1 PENICVLVS PARASITVS *BD (in marg. iuxta v. 75 sq. nullo v. vacuo) FZ. unius v. spat. C. in A fuit inscriptio uno praeterea v. vacuo. Ceterum personarum in mediis scaenis notas per totam fabulam tam raras CD habent, ut non quas omittunt, sed quas addunt commemoremus. Plerumque autem ne spatia quidem ulla relicta sunt. Nisi quod paulo aliter res se habet in actus V scaenis 1. 2. 9: de quo diximus ad v. 701. 1102* 77. fecit *ex* fuit *C* paeniculo *Seruius* 78. ———— GEO *A* edo] ego *Z* detergeo *BC, sed* o *e corr. Bb.* detergo^{o} *D.* detergo *FZ: cf. testim. Post hunc versum quaedam intercidisse sensit R* (*) 79. ———— IUNT *A* cathenif *Z* 80. ———— NPEDES *A* (compedef *BCDFZ*)

Nimis stúlte faciunt meá quidem senténtia.
Nam hoc hómini misero si ád malum accedít malum,
Maiór lubidost fúgere et facere néquiter.
Nam se éx catenis éximunt aliquó modo,
Dum cómpediti aut ánum lima praéterunt
Aut lápide excutiunt cláuom: nugae súnt eae.
Quem tu ádseruare récte, ne aufugiát, uoles,
Esca átque potióne uincirí decet:
Apud ménsam plenam hamo hómini rostrum déliges.
Dum tu ílli, quod edit ét quod potet, praébeas
Suo árbitratu usque ád fatim cottídie,

85. *Nonius p. 333, 36 M.:* limare, exquirere et delinire, secundum consuetudinem, a lima dictum. Plautus Menaechmis 'anum lima praeterunt' 89. *Nonius p. 455, 10 M.:* rostrum hominis dici non debere consuetudo praesumpsit. apud Plautum in Menaechmis positum sic 'apud .... deligis'*: cf. Reblinius l. s. s. p. 93, Caesar l. s. s.*

81. ————ENTENTIA *A* fatiunt *B* 82. ————LUMACCEDITMALŨ *A, qui ceteris non videtur auctior fuisse* hoc homini *Muellerus Add. ad Pros. p. 117.* homini *libri, post quam vocem litt.* miſo *(sic) erasae in B* miſero *C* accidit *B* (*) 83. ————NEQU— *A* libido *FZ* eſt *libri inter* nequit̃ *et* nã *rasuram C (fuit* nequitũ iã, *ut vid.)* 84. cathenis *Z* ————MODO *A, ubi nihil apparuit in duobus qui sequuntur versibus* 85. Dum *R.* Tum *libri* aut anum *R, Bentleius.* anum *B, Nonius.* ianũ *CD, codd. Pyladis.* ianuam *FZ* praeterunt *Nonius.* p̄terunt *CD.* preterunt *Ba.* prẹterunt *Bb.* prẹtereunt *FZ, Nonii L A* (*) 86. excuciunt *B* clauum *CD (non B)* nugẹ, gẹ *pro* ſunt *in ras. B.* Nuge *D* eae] hẹ *FZ* (*) 87. ————OLES *A* afferuare *CD (non B)* recto *C* afugiat *C* 88. *Nihil apparuit in A* Aeſca *CD* uincire *C ante ras.* decet *B.* debet *reliqui V.* 89—91. *haec apparuerunt in A:*

————INIROSTRUMDELIGES
————UODPOTETPRAEBEAS
————COTTIDIE,

ubi C *expunxit m. 1, versus autem* 89 *et* 91 *auctiores fuisse spatium docet* 89. aput *Nonius* (apud *Bamb.*) plena *C* hamo homini *R convenienter spatio in A.* homini *BCDFZ.* hominiſ *Nonius* deligiſ *Nonius.* diligeſ *F.* dilieſ *C* (*) 90. edit *Ba, Camerarius.* edat *BbCDFZ* praebeaſ, p *ex* d *corr. Ba.* prẹbaſ *C* 91. Su *Bb* usque adfatim *R coll. Poen. v. 534: atque* USQ· *accurate spatium in A explet.* ad fatim *B.* affatim *reliqui* cottidie *BC.* cotidie

Numquam hércle effugiet, tam étsi capital fécerit.
(Facile ádseruabis, dúm eo uinclo uíncies.)
Ita istaéc nimis lenta uíncla sunt escária:
Quam mágis extendas, tánto adstringunt ártius.
Nam ego ád Menaechmum huc núnc eo, quo iám diu
Sum iúdicatus: últro eo, ut me uínciat.
Nam illi íllic homo homines nón alit, uerum éducat
Recreátque: nullus mélius medicinám facit.

p. 15. 31 92. *Nonius p. 38, 14 M.:* capital dictum est capitis periculum. Plautus Menaechmis 'numquam . . . . fecerit'*: cf. Reblinius p. 65, Caesar p. 38. 50 (ubi scripturam A ignorat)* 94. *Nonius p. 108, 21 M.:* esculentum et escarium ab escis et ab edendo dictum . . . . Plautus Menaechmis 'ea . . . . escaria'. *idem p. 338, 14:* lentum, tenax. Plautus Menaechmis 'lenta . . . escaria'*: ubi cum* Menechmiſmiſ *L ante corr. et* menecminiſ *H Gen. praebeant, cogitari posse de* nimis *addendo Muellerus animadvertit: cf. Reblinius p. 67. 102*
97. *Placidus p. 59, 12 D.:* iudicatus: iudicio addictus damnatusque*: huc revocavit Deuerlingius neque rectius ad Asin. v. 937 adhibueris, ubi* iudicatum *legitur* 98. *Nonius p. 422, 10 M.:* alere est uictu temporali sustentare, educare autem ad satietatem perpetuam educere. Plautus in Menaechmis 'nam . . . educat'

D cum A corr. quotidie *FZ* (*) 92. NUMQ*****RCL**FF——— *A* hercle effugiet tametſi *Nonius.* edepol te fugi & tiam & ſi *Ba.* edepol te fugi& ·etiam & ſi *Bb.* edepol te fugiet ·iã & ſi *CDZ.* edepol confugiet iam etſi *F.* edepol fugiet tametsi *Pylades* capitale *B, sed* e *e corr. Bb* fuerit *C ante corr.* (*) 93. *Hunc v. melius abesse sentiebat Vahlenus Mus. Rhen. XVI p. 635* adſeruabiſ *B.* aſeruabiſ *C.* aſſeruabiſ *DFZ* dum eo] Dueo *C* uinculo *B* 94. **A——————— *A* ea enim fere lenta *Nonius p. 108.* nimiſ lenta *idem fortasse p. 338* istec *Z* uincta *Nonius p. 338.* uincla (c *ex* l) uincla *C* ſcaria *Nonius utroque loco* (*) 95. ——TIUS *A* Quãquã (magiſ *supra*) *D* adſtringunt *B.* aſſtringunt *D.* aſtringunt *CF.* aſtringant *Z* artiuſ, u *in ras. Bb* (*) 96. ————IU *A* menechmũ *CD* huc nunc ℬ. hunc *BCD.* nunc *F, Pylades. om. Z* cui *FZ.* quo *BD et* (q *cum* o *supra*) *C, ante quam vocem gravius vulgo distinguebant* (*lenius ante* ultro eo)*: corr. Langenus Philol. XXXIII p. 709* (*) 97. —————T *A* uincia *C.* uinciet *ut vid. D ante corr.* 98. illi ℬ. *om. libri cum Nonio et A, in quo* **MILL****M——————UCAT *apparuerunt* homo *ex* hemo *ut vid. Db. rasuram litterarum* mo *post* homo *B* hominiſ *Nonius* alii *CD* aut uerte ducat *Nonius* (*) 99. R*C——Q——LL————IT *A* recreatque *cum BC etiam A, ut vid., et codd. Pyladis.* (re *supra*) creatq' *D.* recte atque *Z.* rete atque *F* meli·ſ (v *supra*), *er.* o *ut vid., C*

Itást adulescens: ípsus escae máxumae,
Ceriális cenas dát: ita mensas éxtruit,
Tantás struices cóncinnat patinárias:
Standúmst in lecto, sí quid de summó petas.
Sed mi ínteruallum iam hós dies multós fuit:
Domi dómitus sum usque in iúre cum careís meis:
Nam néque edo neque emo, nísi quod est caríssumum.
Id quóque iam cari qui ínstruontur déserunt,
Nunc ád eum inuiso. séd aperitur óstium:
Menaéchmum eccum ipsum uídeo: progreditúr foras.

101 *sq. Festus p. 310, 30 M.:* struices antiqui dicebant extructiones omnium rerum. Plautus 'cerialis .... patinarias'. *fragm. Bob. p. 542, 27 K.:* struices compositiones dicuntur patinarum (patinantur *B: corr. Keilius,* patinariae *ed. Vindob.*), unde etiam structores dicuntur. *[Seruius] in Aen. IV 267 (cf. ad v. 270):* exstruis a struice: Plautus in Menaechmis 'tantas .... patinarias' 103. *Donatus in Ter. Phorm. II 2, 29:* cena dubia ... ubi tu dubites quid sumas potissumum] non potius, sed potissimum dixit, ut in re omni aliis alia monstraret potiora. Plautus 'standum ... petas'

100. ——————E *A, in quo nihil apparuit v. 101 sq.* eſt *libri* adoleſcenſ *B.* adoleſcenſ *CDFZ, post quam vocem distinxit Weisius* ipſiuſ *Z* eſcę *rasura ex* ſeſcę *C* maxime (v) ę *D.* maxime *Ba* (ę *Bb*) 101. cerialiſ *Festus.* Cerealiſ *DcFZ.* Certaliſ *Ba CDa.* Cer·te·taliſ *Bb* caenaſ *Festus* menſaſ *Festus, codd. Pyladis.* mensam *BCDFZ* 102. tantaſ ſtruiceſ *Seruii cod. T cum libris.* tantant aſtruiciſ *Seruii cod. F* concinat *uterque cod. Seruii* (*) 103. ſtandum ſt *B.* ſtandūſt *CD.* Standum eſt *FZ, Donatus* ſiquid *BC* ſummo *libri.* ſumma *Donati ed. princ.: atque id Lipsius Ant. lect. III dicit in libris aliquot antiquis exstare* S****UM—————————SUMMOPET** *A* 104. ——————L****UI* *A* (L *in fragmento*) mihi *vel* m (i) *libri* hoſ *rasura ex* hodie *ut vid. C* multo *Z* 105. ——————S*MU——————M**S *A (priores litterae in fragmento) A* Domo *Ba.* Domi *Bb cum reliquis* sum usque in iure S. ſummuſ que· *Ba.* ſum · uſ que *Bb.* ſumuſq', q *ex* o *ut vid. corr., C.* ſum uſque *DFZ* careiſ *Ba.* cariſ *Bb, ceteri* (*) 106. ——————M *A* Nãneque *B.* nãq' *CDFZ* kariſſimum *B.* cariſſimum *FZ*

107. Idquoq' *B.* Id q(o)q(o), *fere evanida, D.* Id qq *C* qui, i *e corr., Bb* inſtruntur *BaC.* inſtruuntur *BbDFZ* (*) 108. N*N*A ——————— *A, in quo nihil apparuit versu antecedenti* ſed *C.* ſ& *ex* & *Bb.* ſ' *D.* ſi *FZ (corr. Scutarius)* apperitur *Z* hostium *FZ* 109. M*NA*CK——————IPSU——————ROGREDITURF**AS *A* menechmũ *D* progredictur foriſ *Z* foraˢ Menaech peniculuſ *B*

MENAECHMVS I. PENICVLVS

MENAECHMVS

Ní mala, ni stúlta sies, ni índomita impósque animi,
Quód uiro esse odió uideas, túte tibi odio hábeas.
Praéterhac sí mihi tále post húnc diem
Fáxis, faxó foris uídua uisás patrem.
Nám quotiéns foras íre uoló, mé retinés, reuocás, rogitás:
Quó ego eam, quám rem agam, quíd negotí geram,
Quíd petam, quíd feram, quíd foris pépigerim.
Pórtitorém domum dúxei: ita omném mihi
Rém necesse éloquist, quícquid egi átque ago.

110. *Seruius in Aen. III 686:* ni teneant cursus] antiqui 'ni' pro 'ne' ponebant, qua particula plenus est Plautus 'ni mala ni stulta sis'. *Donatus in Eun. II 3, 36:* quid ni] . . . est enim 'quid ni' aut quid nisi aut cur non, quia ueteres 'ni' pro 'ne' ponebant et 'ne' pro 'non', ut Plautus 'ni stulta sis' pro 'ne' et 'ne uult' pro 'non uult'. *Cf. ℞ Opusc. II p. 629* 118 *sq. Nonius p. 24, 19 M.:* portitores di-

Act. I Sc. 2 M***ECKMUS MENA *litteris minutis inter v. 109 et 110 habet A nullo vacuo relicto.* MENECHMVS ADOLESCENS PARASITVS PENICVLVS *B.* MENehem̈ ADOLESCENS PENICVL PARASITVS *D: item, nisi quod* Menęchinuſ *FZ. unius v. spat. C. MENAECHMOS I et II discriminavit ℞. Versuum fines B eosdem atque nos servat, praeter v. 120—122: itemque A praeter v. 110 et 120—122, ubi tamen v. 113. 115. 118. 120a nihil apparuit* (*) 110. *Sic A:*

NIMALA———— —

————A**PO*Q·ANI**

sies *Reizius, Bothius, Hermannus.* ſiſ *BC, Seruius, Donatus. om. DFZ* nundomita *C* ipſoſque *Z* 111. ————AS *A* urro *C* uideaſ tute *BC.* uideſ tute *FZ.* uidetute *D, ubi* tu te *separ. Dc* (*) 112. ————DIEM *A* Preter hac *B* ſi mi·hi *Ba.* ſimile *FZ* poſt *BFZ.* p̃ *CD* 113. uiſaſ *ex* uidu *ut vid. Da* (*) 114. ————ÇAS *A traiectis, ut vid.,* rogitas reuocas foraſ *BC. om. DFZ* (*) 115. ego *suprascr. Db* negotii *BCD.* negocii *FZ* geritur *FZ: atque* ã *in D fere* ĩt *videtur esse* 116. petam *Camerarius.* detam *BaDa.* dedam *Bb.* detiam *C.* dicã *Dc.* detur *FZ* færam *C* ————AMQUIDFORIS ---G—— *A, ubi cum inter* FORIS *et* G *spatio* LE *non sufficiat* pepigerim *corr.* ℞ (pegerim *Ussingius*), *ubi* legerim *BaCDF.* egerim *B ex ras. Z* (*) 117. —— ·XEIITAO———— *A* Portitiorem *C* duxi *BCDFZ.* dixit *Nonius* omnem *om. Nonius* 118. Rem *om. Nonius* necesse

Nímium ego te habui délicatam. múnc adeo, ut factúrus, dicam.

Quando égo tibi ancillás penum, 120
Lanám linum, aurum púrpuram
Bene praébeo nec quícquam eges, 121
Maló cauebis, sí sapis:
Virum óbseruare désines. 122

Átque adeo, ne mé nequiquam sérues, ob eam indústriam
Hódie ducam scórtum atque aliquo ad cénam condicám foras.

PENICVLVS

Íllic homo se uxóri simulat mále loqui, loquitúr mihi: 125
Nám si foris cenát, profecto me, haúd uxorem, ulcíscitur.

cuntur telonearii, qui portum obsidentes omnia sciscitantur, ut ex eo uectigal accipiant . . . Plautus Menaechmis 'portitorem . . . . ago'
120 *sq.* *[Seruius] ad Aen. IV 373:* litore egentem] . . . . et in tribus modis haec elocutio profertur. 'egeo hanc rem' Plautus Menaechmis 'linum lanam praebeo neque quicquam eges'

---

eloqui est *Dousa.* neceſſe loqui eſt *BCDF.* neceſſe eſt loqui *Z.* neceſſe eſt eloqui *Nonius* quidquid *Nonii L* (*) 119. ——— —USDICÃ *A* nimiũ *ex* nuniũ *Dc* (*) 120—122. *Post duos versus versui 120a respondentes haec apparuerunt in A (ex parte in panno nunc abscisso: cf. ad v. 104 sq.):*

LAN**LIN — — ———
——— G*SMAL ——— IS

ubi sic B:

Quando ego tibi Ancillaſ penum
Lanam aurum ueſtem purpuram bene prębeo nec quicquam egeſ
Malo cauebiſ ſiſapiſ uirum obſeruare desineſ:

itaque duobus versiculis duos senarios cum dimetro subiunxit A, duos octonarios B, ubi dimetros discripsit Geppertus Lanam linum aurum 𝔖 *duce A et Seruio.* Lanam (lanã, ã *e corr.*, *C*) aurum ueſtem *BCDFZ* prebeo *C* neque *Seruius* molo *C* (*) 123. ATQ ——— *A* neme *BC.* me *Z* nequicquam *BaFZ.* nequicquam *Bb.* quicquam *C.* quicq *D* induſtriam] ſ *abscissum cum marg. C.* induſtiã, r *Dc* 124. atque aliquo ad coenam *Acidalius.* ad cenam (cęnam *C*) atque aliquo *libri cum A, ut vid., in quo* K*D ——— Q·***Q**C**D*C*M *apparuit sequente versu voci* foras *vacante* conducam *DcFZ* (*) 125. ILLICKOM****XOR ——— QUILOQUITURMIKI *A* ſimulat, at *e corr.*, *Bb* 126. cęnat *C*

MENAECHMVS

Eúax, iurgio hércle tandem uxórem abegi ab iánua.
Vbi sínt amatorés mariti? dóna quid cessánt mihi
Conférre omnes congrátulantes, quía pugnaui fórtiter?
Hánc modo uxori íntus pallam súrrupui: ad scortúm fero.
Sic hóc decet, darí facete uérba custodí catae.
Hoc fácinus pulcrumst, hóc probumst, hoc lépidumst, hoc factúmst fabre:
[Meó malo a mala ábstuli, hoc ad dámnum deferétur.]
Auórti praedam ab hóstibus nostrúm salute sócium.

PENICVLVS

Heús adulescens, écqua in istac párs inest praedá mihi?

MENAECHMVS

Périi, in insidiás deueni.

PENICVLVS

Immo ín praesidium: né time.

127. *Varro de l. l. VII 93:* apud Plautum 'euax . . . . ianua' euax uerbum nihil significat, sed effutitum naturaliter est*: cf. Bergkius* '*Beitr.*' *I p. 157* 134. *Priscianus inst. VII 26 p. 309, 4 H.*: in pronominibus quoque fecerunt antiqui 'meum' pro 'meorum', 'tuum' pro 'tuorum', 'nostrum' pro 'nostrorum' dicentes. Plautus . . . . idem in Menaechmis 'auerti . . . . socium'

127. hecle (r supra) *C. om. Varro* (ab regia ianua *Flor.*) (*) 128. ſ̃ amatoreſ, a *ex corr. (incohata* m *ut vid.) D* (*) 129. qui *Ba.* quia *Bb cum reliquis* (q‹ *D*) foriter *B* (*) 130. palam *C* ſubrupui *FZ* (*)
131. Sic hoc *BbCD* (h). Si hoc *Ba.* Si hic *FZ* *post* decet *distinxit Geppertus* cate *BZ (corr. Lambinus)* (*) 132. pulcrum (h supra) eſt *B.* pulchrum eſt *reliqui* probum est hoc lepidum eſt *libri* factuſt *BCD.* factumst *F.* factum eſt *Z* 133. *Versum seclusit Goetzius Mus. Rhen. XXXV p. 481 adn.* ạmala *D, sed . Dc* ſuſtuli *Z* dampnum *D* (*) 134. Aduorti *B.* Auerti *reliqui cum Prisciano* (auertit *Prisciani PWr*) predam *Ba* (ę *Bb*) ostibus (h supra) *Bb.* ostib; (h supra) *C* ſalutẽ,˜ *Dc.* ſaluto *Z* ſotium *D* (*) 135. adoleſcenſ *DFZ* ecqua *BbFZ.* et qua *BaCD* in] mihi *Z* praeda mihi *Camerarius.* pre mihi *BaC.* p.re (·66t supra) mihi *(sic) Bb.* p̄mihi *Da.* p̄mihi *Dc.* premii *FZ* (*) 136 *sqq. Spatia usque ad v. 142 personis relinquunt CD (pers. suppl. Dc v. 137 sq.)* 136. Perii *om. Z* deuenit *BaCD.* deueni *B ex ras. Dc* preſidium *BC*

MENAECHMVS

Quís homost?

PENICVLVS

Ego sum.

MENAECHMVS

O méa Commoditas, ó mea Opportúnitas,
Sálue.

PENICVLVS

Salue.

MENAECHMVS

Quíd agis?

PENICVLVS

Teneo déxtera Geniúm meum.

MENAECHMVS

Nón potuisti mágis per tempus mi áduenire quam áduenis.

PENICVLVS

Íta ego soleo: cómmoditatis ómnis articulós scio.

MENAECHMVS

Vín tu facinus lúculentum inspícere?

PENICVLVS

Quis id coxít coquos?
Iám sciam, si quíd titubatumst, úbi reliquias uídero.

137. homo est *libri* ME· Oh *B*. ‡oh *CD* ó *C* oportunitaſ *BC*. °portunitaſ *Da* (*) 138. Qui *Ba* agiſ *BCDF*. aiſ *Z* dextra *libri: corr. Camerarius* meum] mihi *C* 139. *ante* magis *er*. g *C* mihi *libri* quem (a *supra*) *Bb* 140. omneſ *F* 141. lutulentum *F*. lucĕlentum *Da* Inspice *Da: corr. Db* quiſ hid *D*. quid iſ *F* ·quocuſ *c. ras. litt.* e *(puncta ab ead. m.)* *B*. quocuſ *C*. cocuſ *DF*. coquuſ *Z* (*) 142. ſiquid *BC* titubatumſt *BF*. titubatuſt *CD*. titubatum est *Z* (*)

MENAECHMVS

Díc mi, en umquam tú uidisti tábulam pictam in páriete,
Vbi aquila Catameítum raperet, aút ubi Venus Adóneum?

PENICVLVS

Saépe. sed quid istaé picturae ad me áttinent?

MENAECHMVS

Age me áspice.
Écquid adsimuló similiter?

PENICVLVS

Quí istic ornatúst tuos?

MENAECHMVS

Díc hominem lepidíssumum esse méd.

PENICVLVS

Vbi essurí sumus?

MENAECHMVS

Díc modo hoc quod égo te iubeo.

PENICVLVS

Díco: homo lepidíssume.

143. *Ausonius (Edyll. VI) epist. ad Gregor. fil.:* En umquam uidisti nebulam *(cf. Epist. XVII [II] 40?)* pictam In pariete? *Cf. Seyffertus Stud. Pl. p. 21, Goetzius Act. soc. phil. Lips. IV p. 355* 144. *Liber glossarum:* Catamitus quidam uir fuit. Plautus 'ubi . . . Adoneum'*: cf. Loewius Prodr. p. 256. Praeterea probabile est ad hunc versum spectare Paulum p. 44, 6 M.:* Catamitum pro Ganymede dixerunt, qui fuit Iouis concubinus.

143. mihi *libri* en umquam *Brixius confirmante Ausonio.* nũqũa *C.* nũq *D.* numqua *B.* numquid *FZ* (*) 144. aqulã *C* catameitum *Da.* catamei tum *Ba.* cate mei tũ *C.* catamettum *F.* catamitum *BbDcZ* adoneum *Bb.* 145. Sepe *BCD* picture *BaD.* pictu . . ré, ti *ut vid. cr., C* adtinent *B* 146. E^c^quid *Bb.* Ecquidem *Z* adſimulo *B.* aſſimulo *CDFZ* quid *F* ornatuſt *Weisius.* eſt ornatuſ *libri* tuuſ *libri* (*) 147. *Spat. D* lepidiſſimum *libri* med *Guietus.* me *libri* eſſuri ſumuſ *Ba.* eſſuri ſum *C.* ẹẹ (eſſuri) mẹ ſum' *D.* eſuri ſumuſ *BbDcFZ* (*) 148. *Spat. D* hoc *om. Z* quo^d^ *Bb.* quid *Z* i^v^béo *C* dico *BbCDZ.* dic *Ba F* lepidiſſime *libri, ex* lepidiſſe me *C*

MENAECHMVS

Écquid audes dé tuo istuc áddere?

PENICVLVS

Atque hilaríssume.

MENAECHMVS

Pérge, perge.

PENICVLVS

Nón pergo hércle, nísi scio qua grátia.
Lítigium tibíst cum uxore: eo mi ábs te caueo caútius.

MENAECHMVS

Clam úxoremst * * * * * * * *
Vbi sepulcrum habeámus atque hilare húnc conburamús diem.

PENICVLVS

Age sane igitur, quándo aequom oras, quám mox incendó rogum?
Díes quidem iam ad úmbilicum est dímidiatus mórtuos.

152. *Charisius inst. I p. 145 K.:* 'te' ablatiuus 'clam te est'. atquin Plautus in Menaechmis 'clam uxorem est': nisi forte clam et accusativo et ablatiuo possit aptari 155. *Gellius N. A. III 14, 16:* Varro . . . disseritque ac diuidit subtilissime, quid 'dimidium' 'dimidiato' intersit . . . . propterea Plautus quoque in Bacchidibus 'dimidium auri' dicit non 'dimidiatum 'aurum' . . . . in Menaechmis autem 'dimidiatum' diem non 'dimidium' in hoc uersu 'dies . . . mortuust'

149. *Spat. D* Ec quid *B.* Etqd *C.* et qid *D* iſtic *F* PE. *om. BZ* atqui *BCD* hilariſſime *BCDZ* 150. ME. *om. Z* Perge, perge *Schwabius Ann. phil. CV p. 407.* Perge *libri* (*) 151. Litigium *BbDcZ.* Litidium *CDaF.* Litutium *Ba* tibi eſt *libri* uxore: eo *R et Brixius in progr. a. 1847 p. 3 (praeeunte* uxore: hoc *Acidalio).* uxore oh *C.* uxore M o *B.* uxore ‡oh *D.* uxore ME. hoc *FZ* mihi *libri* 152 *sq. Sic constituit S cum lacuna ad hoc exemplum explenda:* Clam uxoremst<, ubi bene erit nobis, oblatratricem meam> Vbi, *ubi* clam uxorem eſt *testatur Charisius: libri habent:* Clam uxorem ubi ſepulchrum habeamuſ atque hunc comburamuſ diem, *nisi quod* habemuſ *F,* combura · · uſ *c. ras. Ba.* conburamuſ *Bb.* c̄burnauſ *Da (corr. Dc).* c̄ burnauſ *C* (*) 154. equum *BaZ.* ęquum *Bb CD* eraſ *Z* incendo rogū *add. Bb* 155. ME. *praemittunt FZ* iam ad umbilicum *FZ, Gellius (sed* in ad *Gellii P ante corr. itemque R ex* iad *corr.).* iā ad um bilicum *Bb.* iā dumbilicum *CD.* ia · dum bilicum *c. ras. Ba* dimidiatuſ mortuuſ eſt *Gellius* (mortuuſt *Carrio*). eſt dimidiatuſ (dimi[di]atuſ *Db*) mortuuſ *libri* (*)

MENAECHMVS

Té morare míhi quom obloquere.

PENICVLVS

Óculum ecfodito pér solum
Míhi, Menaechme, si úllum uerbum fáxo, nisi quod iússeris.

MENAECHMVS

Cóncede huc a fóribus.

PENICVLVS

Fiat.

MENAECHMVS

Étiam concede húc.

PENICVLVS

Licet.

MENAECHMVS

Étiam nunc concéde audacter áb leoninó cauo.

PENICVLVS

Eú: edepol ne tu, út ego opinor, ésses agitatór probus.

MENAECHMVS

Quídum?

PENICVLVS

Ne te uxór sequatur, réspectas idéntidem.

MENAECHMVS

Séd quid ais?

---

156. *Personas om. B* Te morare *CD.* Nemorare *B, sed* N *e corr. Bb.* Remorare *FZ* quom *FZ.* quam *CD.* quin *B,* in *e corr. Bb* obloquere PE. oculum *F et, nisi quod* occulum, *Z.* obloquere oculum *CD.* obloquere. occulum *B* ecfodito *CD.* effodito *BbFZ.* hec fodito *Ba* perſolum *libri: sed* pſolũ· *add. Bb* (*) 157. Mihi *BbCDFZ.* Mi *Ba* męnęchine *C.* menechmę *D* iuſeriſ *Ba: corr. Bb* 158. fiat etiam M concede huc licet *B: in CD spatium est post* fiat 159. *Sic libri cum A, nisi quod* ALẸỌNỊNỌ *A.* ab leomino *Z* (*) 160. ẸUEDẸPOLNETU———— ——— *A* Eu *BCD.* Heu *FZ* *ultimam litteram in* eſſeſ *e corr. Bb* 161. ME. *om. B* QUIDỤṂ‡‡NẸTẸỤX———————— *A* Quidum ne *B* ſequatuſ *C* 162. SEDQUIDAISEGON——————— *A* quid *ex* quiſ *Bb* ais *Pylades cum A.*

PENICVLVS

Egone? íd enim quod tu uís, id aio atque íd nego.

MENAECHMVS

Écquid tu de odóre possis, sí quid forte olféceris,
Fácere coiectúram, quoi sit *?

PENICVLVS

* * *
Cíeo res nasum * * * * cáptum sit collégium.

MENAECHMVS

Agedum, odorare hánc quam ego habeo pállam: quid olet? ápstines?

PENICVLVS

Súmmum oportet ólfactare uéstimentum múliebre:
Nam éx istoc locó spurcatur násum odore inlútili.

---

168. *Nonius p. 394, 16 M.:* spurcum etiam fetidum. Plautus Menaechmis 'nec isto . . . . inlutibili'*: cf. Reblinius p. 119, Caesar p. 38. 56. 71*

---

agiſ *BCDFZ* Ego ne *BC* quid *Z* aio *B ex ras. Z.* ato *B ante ras.* dato *CDF* nego *BbZ.* nega *BaCDF* 163. ECQUIDTUDEODOR———— *A* Ecquid *F.* Hec quid *CD.* Haec quid *B.* En ecquid *Z* deo dore *B* ſiquid *B* forte *ex* fecte *Da* 164 *sq. Sic versus constituit* 𝕾 *ad hoc exemplum explendos:*

Facere coiecturam, quoi sit ⟨demptum (*vel* aptum)?
PENICVLVS
Ex latebris aeque ego⟩
Cieo res nasum ⟨si scit⟩ (*vel* nasum ciens) q⟨uasi⟩ c. s. c.,

quos libri praeter A in unum exhibent contractos:

Facere coniecturam captum ſit collegium,

nisi quod coniecturũ *CD, spatium post* ſit *C,* colegium *B ante corr. In A vero haec apparuerunt:*

FACERECOIECTURAMCUISI (*vix* CVM)————
CITO—S—ASUM———— Q————,

ubi re(s)n(asum)siscit(q—) *spatia accurate explent* (*) 166. ME. *om. B* AGEDUMODORAREKANCQUAMEGOKABEOPA———— *et in versu sequenti dubiam* N *litteram vocis* abstines *A* hanc . . . . olfactare *om. Da, add. Db in marg. (suo loco* d *adscripto): unde factum, ut* PE. Agedum odorare *verba in FZ collocata sint inter* olfactare *et* oportet palam *C* quod *Ba* apſtineſ *BaC.* abſtines *reliqui* 167. SUMMUM———— *A* oportet olfactare *Guietus:* olfactare (olfaetare *C*) oportet *libri* (*) 168. NAMEXISTOCLOCO——GA———— *A* Nam ex *CDF cum A.* Nam *B.* Nec ex *Z.* Nec *Nonius* iſto *Nonius.*

MENAECHMVS

Ólfacta igitur hínc, Penicule: ut lépide fastidís.

PENICVLVS

Decet.

MENAECHMVS

Quíd igitur? quid olét? responde.

PENICVLVS

Fúrtum, scortum, prándium..

MENAECHMVS

Tíbi fuat . . nqu * * * * *
Élocutu's: nam * * * * *
Núnc ad amicam déferetur hánc meretricem Erótium.
Míhi, tibi atque illí iubebo iam ádparari prándium.

---

hoc *F* isto cloco *CDa: corr. Dc* loco spurcatur *ex* locos purcatur *Bb, ubi ex A si recte* —GA *notatur, spatium docet* LOCOPURGATUR *vel tale quid exstitisse* nasum odore *BbZ, Nonius.* nasum modori *BaC.* nasũmodori *D, ubi insolentiorem* n *litterae formam* n *suprascripto expunxit et* m *lineola separavit Dc.* a summo odore *F* inlutili *R.* inlutibili *Nonius ex coque Z.* inlucido *BCD.* in lutido *F* (*) 169. DIFACTAIGITURKINCPEN—————— *A* Olfacta *Dc in marg.* (O abscissa) *F, codd. Pyladis, Saracenus.* Di facta *B.* Difacta *CD cum A.* Dii facta *Z* ut lepide *R.* lepide ut *libri* PE. *Saracenus. om. libri sine spatio* (*) 170. ME. *Scutarius. om. libri* QUIDIGITURQUIDOLETRE—————— *A* Quĩ igitur *Z* quod olet *CDFZ* 171 *sq. Duobus versibus auctior A est, quorum initia quae sola nunc exstant, sic descripsit Loewius:*

TENFUAT——NQU————————

ELOCUTUSNAM——U————————

initio tamen TIBIFUAT *(ut interpretari posse Ritschelius visus erat) non prorsus excludens: quae ad hoc exemplum explet* 𝔖 *(quadrante* eo *et* ego)*:*

ME. Tibi fuat ⟨co⟩nqu⟨isite exstructum epulum: ut paucis rem meram⟩
Elocutu's: nam ⟨ego⟩ u⟨xori pallam hanc surrupui modo.⟩

(*) 173. ME. *praem. B* NUNCADAMICAMDEFER——————EROTIUM *A* defertur *Z* ^{ro}etium *D* 174 *sq. Haec apparuerunt in A:*

MIKITIBIATQ·ILLIIUBEBOI——————NDIUMEU

INDEUSQ·ADDIURNAMSTELLAMCRASTINAMPOTERIMUSEU,

ubi eu Peniculo tribuendum utroque versu omiserunt ceteri, praeterea v. 174 PEN. *praemittit F* iubeo *BZ* apparari *FZ, v.* 175 MEN. *praemittit F* ad diurnam *DcFZ cum A.* ad diurnum *CDa.*

PENICVLVS

Eu!

MENAECHMVS

Índe usque ad diúrnam stellam crástinam potérimus—.

PENICVLVS

Eu!

Éxpedite fábulatu's. iám foris ferió?

MENAECHMVS

Feri.

Vél mane etiam.

PENICVLVS

Míłle passum cómmoratu's cántharum.

MENAECHMVS

Plácide pulta.

PENICVLVS

Métuis credo, né fores Samiaé sient,

F * * * * * * * *

MENAECHMVS

Máne mane, obsecro hércle: eapse eccam éxit: ah, solém uide,
Sátin ut occaecátust prae huius córporis candóribus?

---

adiurnvm (d· above) *B* poterimus—. 𝕾 *cum A.* potabimuſ *BCDFZ* (*) 176. *Sic libri cum A, nisi quod* fabulatuſ *(corr. Lambinus)*, FERIOFORIS *A.* foreſ ferio *reliqui* (*) 177. ————COMMORATUSCANTKARŨ *A* *Peniculi pers. add. Acidalius: om. libri cum A, ut vid. ex spatio* millę *D* paſſuſ *F* commoratuſ *libri: corr. Pistoris* 178. ME *B, Acidalius. om. FZ* pulta. P metuiſ credo *B (sed* met *Bb e corr.) F, Pylades* (metuiſ *afferens e codd. ant.*). pultã & uiſ (iuſ *D*) credo *CD.* pulta. PE. credo *Z* ſcient *BaCD* P————SAMIAESIENT *A, in quo versus sequebatur a ceteris omissus, quem ad hoc exemplum explet* 𝕾 *(vel* F *dubia)*:

F⟨rangi quae tam facile possint, quam in me uas Samium solet⟩.

180. ————PA————SOLEMUIDES *A, ubi ex certis quae videntur* PA *litteris et ex spatiis concludas tale quid exstitisse:*

⟨Mane, mane obsecro, heus:⟩ pa⟨tent ipsae aedes. ah⟩solem uides

eapse *Acidalius.* ab ſe *libri* eccam *Bothius.* ecca *libri* exit oh *Acidalius* (ah *Bothius*). exitoh *CD.* exit. PE. oh (o *Z*) *BFZ* uide *Acidalius.* uideſ *libri cum A* (*) 181. MEN. *praemittit F* ————ORISCANDORIBUS *A* Santin *B.* Statin *F.* Statim *Z* occaecatust *Pylades.* occecatuſ *libri* pre *BaC.* prę *Bb.* p̄ *D. om. A, ut vid. ex spat.* candoribuſ erotium peniculuſ *CD itemque B ante ras.* (*)

EROTIVM. PENICVLVS. MENAECHMVS I

EROTIVM

hia deliciaſ *CDF.* eia delitiaſ *Z.* hi adelitiaſ *Ba,* h *et* a *erasis* eia *corr.* *post* facis (*non ante* quin) *gravius distinxit Geppertus* 382. ERO *praem.* *BDc* menęchme *B.* menechme *D* (*) *Mox* Hic tibi — nomine, Nimiſ — atque (*sed* Huic), Edepol — marſuppium Eamuſ — iuſſiſti, Coquere — tuo (*sed* Egone) *quinque versibus comprehendit B* 383. MEN. *Dc* Hec *B.* Nec *Z* apellat *CD* 384. MES *praemittit B mox omittens sine spatio* minor *CD* negotii *BCD.* negocii *FZ* oboluit *BbFZ.* obuoluit *BaCD* marſupium *BDFZ* (*non C*), *item v. 386* (*) 385. ME *post* Huic *habet B mox omittens s. sp.* istud *F* qđ *sup. scr. Da.* quid *Z* MEN. *F.* MES. *Z* 386. accipedum *B* cibo *CD* me *add. Db* 387. tamen gratia eſt *FZ* (*) 388. me tibi *BDc.* me tibi me *CDa.* tibi me *FZ* meiuſſiſti, *alt.* ſ *c corr. et* ſt *in ras. C* (*fuit* meiuſcoq *ut vid.*) quoquere *Z* 389. Egone *libri: corr. Bothius, Bentleius* tibi, mi 𝔖 (*huc revocans* [tibi] me *in CD excurrens v. 388*) *itemque Leo Hermae XVIII p. 585.* tibi *libri* (*)

MENAECHMVS

Quoí, malum, parasíto? certo haec múlier non sanást satis.

EROTIVM

Péniculo.

MENAECHMVS

Quis istést Peniculus? qui éxtergentur báxeae?

EROTIVM

Scílicet qui dúdum tecum uénit, quom pallám mihi
Détulisti, quám ab uxore tuá surrupuistí.

MENAECHMVS

Quid est?
Tíbi pallam dedí, quam uxori meaé surrupui? sánan es?
Cérte haec mulier cánterino rítu restans sómniat.

EROTIVM

Quí lubet ludíbrio habere me átque ire infitiás mihi
Fácta quae sunt?

MENAECHMVS

Díc quid est id quód negem, quod fécerim?

---

391. *Vix dubium est, quin huc spectaverit Verrius Flaccus, ex quo haec servavit Festus p. 230, 24 M.:* peniculi quis calciamenta tergentur, quod e codis extremis faciebant antiqui qui tergent ea. dictum est forsitan a pendendo. *Contra non recte huc traxit Deuerlingius Placidum p. 13, 7* (baxeas, *quae forma etiam in aliis glossis redit*).

395. *Festus p. 273, 6 M.:* Rit[us est mos uel consuetudo. rite autem be]ne a[c recte significat . . . . . Plautus in Menaechmis 'certe haec mulier can]terin[o ritu astans somniat']*: quae huc pertinere Vrsinus vidit*

---

390. ME SoS *Db* Cni *libri* malum *BbF*. malo *BaCDZ* certe *Z* hec *D* non ſanaſt *B*. non ſana eſt *FZ*. noſanaſt *C*. ñ anaſt *Da*. ñu (*vel* ĩ.o) ſanaſt *Db* 391. iſte eſt *BCDZ*. hic eſt *F* peniciluſ *Z* extergent̄ *ex* extenuenti *ut vid. Da* baxeae *Scutarius*. bexeae *BC, sed* ł buxeę *suprascr. Ba*. bexeę *D*. bexe *Z* (*) 392. quom *FZ*. qum *CDa*. cum *BDc* palã *Da: corr. Db* 393 *sq.* ab uxore . . . . dedi quam *om. FZ* (*non D*) meę ſurrupuiſ ananeſ *CDa* (*corr. Dc*). tue ſubripuiſſe aiebaſ *FZ* 395. MEN. *praem. FZ* Certo *F* cantherino ritu *BbDc* (canterino *Pylades e codd. ant.: cf. testim.*). cantherin ori tu *BaCDa* (orituaſtanſ *C*). cantherum oritu *F*. cantharidum ritu *Z* restans 𝕾. aſtanſ *libri* (*) 396. Qui (o *superscr.*) *B, sed* ° *erasum* inficiaſ *CDF* 397. que ſt̄ *D* quid fecerim *Z* (*)

EROTIVM

Pállam te hodie míhi dedisse uxóris.

MENAECHMVS

Etiam múnc nego.
Égo quidem neque úmquam uxorem hábui neque habeó: neque huc
Vmquam, postquam nátus sum, intra pórtam penetrauí pedem.
Prándi in naui: inde húc sum egressus ét te conueni.

EROTIVM

Éccere,
Périi misera. quám tu mihi nunc náuem narras?

MENAECHMVS

Lígneam,
Saépe tritam, saépe fixam, saépe excussam málleo.
Quási supellex péllionist: pálus palo próxumust.

EROTIVM

Iám, amabo, desíste ludos fácere atque i hac mecúm semul.

MENAECHMVS

Néscioquem, muliér, quem nosti alium hóminem, non me quaéritas.

398. chodie *C ante ras.* uxoris MEN. etiam *ante Gruterum Colvius in Appul. Metam. I p. 50a Oud.* uxoriſ. ſed iam *B.* (M *suprascr.*) uxoriſ etiã *Dc.* uxoriſ ſ› iam *Da.* uxoriſ etiam *C,* etiam *ex* eccam, *ut vid., corr. et* ia *clarius suprascr.* uxoriſ. MEN. iam *FZ* 399. (*) 401 *sq.* naui *C,* a *ex* i, *ut vid., corr. et clarius suprascr.* ſume greſſuſ *C* et te *R.* te *libri* conueni. ERO. eccere. ‖ Perii *Pistorem secutus Taubmannus.* conueni eccere ‖ Perii *CD.* conueni eccerẽ ‖ ERO Perii *B.* conueni. ecce rem. ERO. Perii (Peri *Z*) *FZ* mihi nunc *BCDF.* nunc mihi *Z* (*) 403. Sepe *ter CD, bis* (*non ab initio*) *B* (*)

404. Quam ſi *BCD* ſuppellex *B.* ſupplex *F* pellionist *R.* pellioniſ *BCD, codd. Pyladis.* cellioniſ *F, cod. Scaligeri.* celioniſ *Z* proxumuſt *BCD.* proximuſt *F.* proximuſ eſt *Z* (*) 405. desiste *Fleckeisenus Annal. philol. XCV, a. 1867, p. 629.* deſine *libri* ſemul *BbCDa.* ſemel *Ba.* ſimul *DcFZ* (*) 407. Nescio quem *B.* Nam quem *CDFZ* quem nosti *suppl. S.* *om. libri* queritaſ *Ba* (*)

EROTIVM

Nón ego te nouí Menaechmum, Móscho prognatúm patre,
Quí Suracusís perhibere nátus esse in Sícilia,
Vbi rex Agathoclés regnator fúit, et iterum Píntia,
Tértium Liparó, qui in morte régnum Hieroni trádidit,
Núnc Hierost?

MENAECHMVS

Haud fálsa, mulier, praédicas.

MESSENIO

Pro Iúppiter,
Núm istaec mulier ílline uenit, quaé te nouit tám cate?

MENAECHMVS

Hércle opinor pérnegari nón potest.

MESSENIO

Ne féceris.
Périisti, si intrássis intra límen.

MENAECHMVS

Quin tu táce modo:
*   *   *   *   *   *   *   *
Béne res geritur. ádsentabor, quícquid dicet, múlieri,
Sí possum hospitiúm nancisci. iám dudum, muliér, tibi

—

408. menechmum *B D* mofco *B D a F*. nofco *D c* progna-tum *B*, *sed* ro *litteris erasis* 409. firacufif *D*. firacuffif *B*. fyracu-fif *C F Z* perhibere [tur] *D c* fycilia *C*. fcilia [ci] *B m. cad.* 410. *Verba* ubi . . . . fuit *antecedenti versui, verba* Et i. P. *insequenti adiungit B supra* Vbi *aliquid* (Er *ut vid.*) *erasum D* agatoclef *F* Pin-tia *R duce Gronovio.* pinthia *libri* (*) 411. Tercium *B C*. Tertio *Z* liparo, p *ex* b, *C*. lyparo *Z* mofte *C ante corr.* heroni [i] *D a* 412. MEN. *praemittunt F Z* hiero eft M haud *B*. hiero ef haud *C*. heroef haud *D F Z* falfa *B C D F*. falfo *Z* p̄dicaf p i uppit *B*, MES *hic omittens* pro [h] *D c* iupiter *D F Z* 413. Num *C F*, *Dousa III 6.* MES Num *B*. Nč *D*. Nunc *Z*. ifta hec *B*, h *era-so* illinc *rasura ex* illunc *B* que *B a* (*) 415. Ercle *B* poft [to] *C* fine *B* 416. Perifti *F Z* *inter* tace *et* modo *aliquid* (c *ut vid.*) *erasum C* (*) *Post hunc versum quaedam intercidisse Ladewigius p. 296 vidit: recedere servum erus iusserat ut e v. 432 apparet* 418. adfentabor *B*. affentabor *ceteri* 419. pofum [f] *C*. poffem *Z* hofpitium *B b*. hofpicium *D* nancifor *D ante ras.* (*)

Nón inprudens áduorsabar: húnc metuebam né meae
V́xori renúntiaret dé palla et de prándio.
Núnc quando uis, eámus intro.

EROTIVM

Étiam parasitúm manes?

MENAECHMVS

Néque ego illum maneó neque flocci fácio, neque, si uénerit,
Eúm uolo intromítti.

EROTIVM

Ecastor haúd inuita fécero.
Séd scin quid te amábo ut facias?

MENAECHMVS

Ímpera quiduís modo.

EROTIVM

Pállam illam quam dúdum dederas, ád phrygionem ut déferas,
V́t reconcinnétur atque ut ópera addantur quaé uolo.

MENAECHMVS

Hércle qui tu récte dicis: eádem dignorábitur,
Ne úxor cognoscát te habere, si ín uia conspéxerit.

---

420. inprudenſ *B.* imprudenſ *ceteri* aduorſab$\overset{a}{\text{o}}$r *Da.* aduorſabor *C.* aduerſabar *FZ* nimeae *BaCDa* (*corr. Dc*) 421. renuntiaret *BbDcF.* renuntiare *BaDa.* renunciare *C.* renunciaret *Z* 422. & iam *B* (*) 423. maneo *ex* moneo *Bb* fatio *B* 424. ecaſto *D.* etaſto *C* haud inuita *CD, codd. Pyladis.* auh inuita *B.* audiui. ita *FZ* 425. MEN. *praemittit F* ſ$\overset{c}{\text{i}}$n *Bb* faciaſ? MEN. impera quiduis modo *Dousa Expl. III 6 cum Palmerio Lipsioque.* fatiaſ? impera ME quid uiſ modo *B* (*ubi* impero *corr. Bb*). faciaſ impero? quiduiſ modo? *CD.* faciaſ impero. ERO. quiduiſ modo *F et* MES. *pro* ERO. *substituens Z* 426. ERO *B.* MEN. *FZ* dederam *Z* frigionem *BCD* ui *B* deferam *Z* (*) 427. re concinnetur *B* que *CD.* 428. ME *B.* ERO. *FZ* qui tu *Fleckeisenus misc. crit. ed. a. 1864 p. 29.* quiintu *CD* (cum *suprascr. Dc*). quin tu *B FZ* diciſ. MEN. eadem *FZ* dignorabitur 𝔖. ignorabitur *BD FZ.* gnorabitur *C* (*) 429. cuxor *in 6 fere litt. rasura* (*fuit* Nil *ab initio et fort.* noſc) *C* (*)

EROTIVM

Érgo mox auférto tecum, quándo abibis.

MENAECHMVS

Máxume.

EROTIVM

Eámus intro.

MENAECHMVS

Iám sequar ted: húnc uolo etiam cónloqui.
Ého, Messenio, áccede huc.

MESSENIO

Em: quíd negotist? * *
* * * * * * * * sus sciri

MENAECHMVS

Quíd eo opust?

MESSENIO

Opúst.

MENAECHMVS

Scio ut me díces.

MESSENIO

Tanto néquior.

MENAECHMVS

Hábeo praedam: tántum incepi óperis. ei quantúm potest,

---

430. abibiſ maxime *BCD* 431. Ero *om. B* ted *Guietus.* te *libri* et iam *B* colloqui *DFZ* (*) 432. Eo *Z* Mes. *om. B sine spatio* Em : quid 𝔖. quid *libri* negotii eſt *BCD.* negocii eſt *FZ* *Post* eſt *habent* ſuſſciri *BaC.* ſuſ^ſ^ciri *Da.* ſuſciri *FZ.* t ſcifcitari *Bb in marg.* ſuſurra *alia m. ant. in B marg., ubi lacunam statuit* 𝔖 *ad hoc exemplum explendam:*

Mes. Em: quíd negotist? ⟨Men. Tuóm scies.
Mes. Quíd tu agis? Men. Tace. Mes. Mónitor sum, omnem rém neces⟩sust scíre ⟨me⟩.

(*) 434. Men. 𝔖. Mes *B. om. FZ* eo *Pylades.* ego *BaCD.* ergo *BbFZ* opust? Mes. Opust. Men. Scio 𝔖 *coll. Stichi v. 95.* op ̃. ſi op̉ ẽ ſcio *B, ubi* ᵛ *in fine add.* (*non suprascr.*) *Bb.* opu ſiopuſ eſt ſcio *C.* opuſi opuſt ẽ ſcio *D.* opuſ eſt. Men. ſcio *FZ* me diceſ Mes. *Acidalius.* me^n^ dicaſ Me *B* (^n e^ *Bb ut supra*). medicaſ *C.* me dicaſ *DFZ* nequior. Men. *Acidalius.* nequiore^ſ^ *B* (^ſ^ *Bb ut supra*). nec quiorę *C.* ne^c^quorę *D.* nequiorem *FZ* (*) 435. p̄dam *BD.* predam *C* tãntū, *er.* ˜, *D* ei *Gruterus.* et *libri* quantum, tı *ex* d, *C* potest *Dousa.* poteſ (t *ex* ſ *C*) *libri* (*)

Ábduc istos ín tabernam actútum deuorsóriam.
Tú facito ante sólem occasum ut uénias aduorsúm mihi.

MESSENIO

Nón tu istas meretríces nouisti, ére.

MENAECHMVS

Tace, inquam * *
Míhi dolebit, nón tibi, si quíd ego stulte fécero.
Múlier haec stulta átque inscitast: quántum perspexí modo,
Ést hic praeda nóbis.

MESSENIO

Perii. iámne abis? periít probe:
Dúcit lembum díerectum náuis praedatória.
Séd ego inscitus, quí domini animo póstulem moderárier:
Dícto me emit aúdientem, haud ímperatorém sibi.
Séquimini, ut quod ímperatumst, uéniam aduorsum témperi.

---

436. Abduc, b *ex* p, *C* iſtoc *Z* iſto ſintabnam *Ba.* iſto ſintaber nam *C.* iſto ſin t abernã *Da: corr. BbDc* deuorſoriam *CD.* diuorſoriam *B.* diuerſoriam *FZ* 437. solem *Lambinus.* ſoliſ *libri* occ[a]ſum *C* (*) 438. ere *om. F* tace inquam *versu mutilo libri* (*) 439. ſiquid *B* ſtulte, e *e corr. Bb.* ſtul *CDa* (*corr. Dc*) 440. hec *CD* inſcita eſt *DcFZ.* inſita eſt *BaCDa.* inſcia eſt *Bb* quantum . . . . modo *vulgo constructa cum superioribus, cum proximis iunxit* ℞ proſpexi *Z* 441. perii. iamne abis? periit *Bothius, Fleckeisenus Exerc. p. 16 sq.* peri iamne abiſ periit *BCD, sed ut in B post* peri *unius litterae rasura sit,* ia ne *et* perit *Da habuerit.* peri (perii *F*). MEN. iamne abiſ. MES. peri tibi *FZ* (*) 442. lembum *Z.* limbum *BC.* limpum *DF* dierectum *Z.* d[i]erectũ *Bb.* cllerectũ *C.* dlerectum *D.* directum *F* p̄datoria *BD.* predatoria *C* (*) 443. inſcituſ *DcFZ.* inſituſ *BCDa.* t inſciuſ *Bb in marg.* qui domini animo 𝕾. quid rome *C.* qid romę *D* (*in* rornę, *ut vid., corr. m. ead.*). quod ˙ romę *B,* ˙ p me *Bb in marg.* qui hero me *FZ* (*) 444. aut *F* 445. Sequini *Z.* Sedquimini *CD, exp.* d *Db, ut vid.* quid *Z* eſt *libri* tem[o]peri *Dc* temperi. Peniculuſ *CD, cui C subscr.* PARASITV[S] *in fine v. sq. post* loci *vacuo nullo*

ACTVS III

PENICVLVS

Plús triginta annís nunc natus súm iam, quom intereá loci
Númquam quicquam fácinus feci péius neque sceléstius,
Quám hodie, quom in cóntionem médiam me inmersí miser:
Vbi ego dum hietó, Menaechmus sé subterduxít mihi
Átque abit ad amícam, credo, néque me uoluit dúcere.
Quei íllum dei omnes pérduint, quei prímus commentúst poplum

Act. III Sc. 1 PENICVLVS PARASITVS. *BFZ.* PARASITVS *D, de quo, item ut de C, cf. ad v. 445* 446. nunc natus sum iam 𝔖 *duce A, in quo primus paginae versus ante v. 447 ab initio vacat scriptura, unde v. 446 bipartitum fuisse probabile est et excessisse reliquorum librorum ambitum hoc loco* natuſ ſum *exhibentium* quom *FZ.* qum (u supra) *B m. cad.* qum *CDa.* qum (c supra) *Dc* (*) 447. NUMQUAMQUICQUAM———— *A* quicqu/////am *C* (*fuit* [qu]ia) neque] atque *B* 448. QUAMKODIEQUO————————IMISER *A* cum *BCD* concionem *F* inmerſi, ſ *ex* i, *Da.* immerſi *BC* 449. UBIEGODUMKIETOMENAECKM———————— *A* ego dum hieto, Menaechmus *Palmerius p. 666 cum A, ut vid.* ego dumhi & omen aechm' *B.* ego du mihi & omenaechmuſ *C.* ego du m (i supra) & omenechm' *D.* egomet menechinuſ *Z.* ego dii mihi et menechinuſ *F* ſubter duxit *C.* ſubtraxit *Z* (*) 450. ATQ·ABITADAMICA**R***N——OLU *A quadrante ante* OLU *litteras perdubias* eq·meu abit *B D cum A.* abiit *C.* abiit *FZ* dicere (v supra) *Da* 451. QUIILLUMDEIOMNESPERD———————— ‖ M .1 Qui *Camerarius cum A, ut vid.* Que *CD.* Quo *Ba,* Quõ, *deinde* Qui *Bb.* quem *FZ* di *BCD.* dii *FZ* oīſ *B* perduint *BbC.* perdunt *BaD.* perdiunt *FZ* quei primuſ *C.* que çipm' (i supra) *B.* que iprim' *Da.* qui primuſ *DcFZ* commentu eſt *BCDa.* commentuſ eſt *DcFZ* poplum 𝔖 *duce A, in quo quinto fere loco versus bipartiti* M *Loewius testatur, prior versus cum verba usque ad* commentuſt *capiat. om. BCDFZ* (*)

Cóntionem habére, qui homines óccupatos óccupat.
Nón ad eam rem désidiosos hómines decuit délegi,
Quí nisi adsint quóm citentur, cénsus capiat ílico?
Qu . . . . qua . senatus . . . o . . one . . . . .
. . . . q . . m l. . . . . . .
Ádfatimst hominum, ín dies qui síngulas escás edint,
Quíbus negoti níhil est, qui essum néque uocantur néque uocant:
Eós oportet cóntioni dáre operam atque cómitieis.
Seí id ita esset, nón ego hodie pérdidissem prándium:

452. CON——N——B——KOMIN——————UPAT *A, ubi et* tio *et* emha *quadrant,* erequi *vix locum habet* (*an fuit* ereq.i ?) Contionem habere qui *Scutarius, fortasse cum A.* Contionem hac re qui *B.* Contionem hare qui *CD* (hare [nc] *Dc*). Contionare, qui *Z.* Concionare qui *F* [h]ominef *ex* omfnef *Da* (*) 453. NON—————— *A vacuo sub finem versu, ut ceteris non plus verborum habuisse appareat* Non [am] *Dc* desidiosos homines 𝔖. otiofof (ociofof *CD*) hominef *libri* deligi *B F* (*) 454. QUI——————ATILICO *A quadrante* nisiadsintquomcitenturcensuscapi*: atque* ADSINTQUOMCITENTUR *legit etiam* ℜ, *ubi* qum *CD.* cum *B,* cinetet [n~] *Bb.* citenet̃ *CDa* (*supra* en *cr.* u[s] [= us], *ut vid., D*)*: corr. DcFZ* (CAPI)AT *A.* capiant *BC.* percapiant *DF.* percapiunt *Z* (*) 455. 456. '*Duobus hic versibus auctior A est, quorum nihil nisi haec legi potuerunt:*

QU·······QUAMSENATUSLLGL\E\LONLONE··AIAP
··——————··Q··ML··—— ——· ||

In priore post SENATUS *prima littera visa est vel* D *vel* P *esse posse, altera* E, *tertia fortasse non* G *sed* U *potius, post quattuor autem vel quinque intervalla* CONTIONE *apparere. Posterior versus priore longe brevior est in fine, non ab initio'* ℜ: *ubi Loewius initio prioris versus* QUAE *in fine eiusdem* ONENAMIP *dubitanter enotavit ceteris abscissis, et propter* P *finalem et propter sequentis versus spatium unum tantum versum eumque bipartitum extitisse coniciens* 457. ————KOMINUM ————ESQUISINGULASESCASEDINT *A quadrante* adfatimest *et* indi, NT *per ligaturam* Ad fatũ *Da.* Affatim *DcZ.* Affatum *F* eſt *libri* edint *Da cum ABC.* edant *Dc.* edunt *FZ* (*) 458. QUIBUSNEGOTINIKILESTQUBSUUNTNEQ·UOCANTURNEQ· || UOCANT *A, ubi* negotii *BCD.* negocii *FZ,* qui essum *BCD.* qui eſum *FZ* (QUB'\UNT *Ar 'quod non expedio': neque magis expedivit Loewius pravam potius lectionem quam gravem corruptelam admittens*), uocauit *BaCDa* (*corr. Bb DcFZ*) 459. EOSOPORTETCONTIONIDAREOPERAMATQ·COMITIEIS, *ubi* concioni *F,* comitiiſ *BCDFZ, sed antepaenultimam litteram e corr. Bb* 460. SEIIDITAESSENONEGOKODIEPE——————IUM *A, ubi* Si id ita eſſet *ceteri* pdidiſſẽ, ˜ *vel add. vel rescr. Bb.* perdidiſſem, *pro alt.* d *incohata* ſ, *ut vid., D*

Quoí tam credo halátum oluisse, quám me uideo uíuere.
Íbo: etiamnum réliquiarum spés animum oblectát meum.
Séd quid ego uideó? Menaechmus cúm corona exít foras.
Súblatumst conuíuium: edepol uénio aduorsum témperi.
Óbseruabo, quíd agat, hominem: póst adibo atque ádloquar.

MENAECHMVS II. PENICVLVS

MENAECHMVS

Potine út quiescas, si égo tibi hanc hodié probe
Lepidéque concinnátam referam témperi?
Non fáxo eam esse díces: ita ignorábitur.

---

461. QUOITAMCREDODATUMUOLUISSEQUAMMEUIDEOUIUERE *A, ubi* Cui *ceteri,* noluiſſe *Z,* quamne *B.* quã ne *CDa* (*corr. DcFZ*)*: pro* datum uoluisse '*veteri ut apparet vitio*' halatum oluisse 𝕾 (*) 462. IBOETIAMNUMRELIQUARUMSPESANIMUMOBLECTATMEUM *A, ubi* etiam-num (nunc) *Dc.* etiam: nam *FZ,* reliquiarum *BCDF.* relliquiarum *Z,* obiectat me *BaCDaFZ.* oblectat me *Bb.* oblectat meum *Dc* (*Saracenus, Beroaldus*) *cum A* 463. uideo? Menaechmus cum *Brixius* (cum *cum Saraceno*). uideo menechmũ *BD.* uideo menaechmum *CFZ* chorona *B ante ras. CD* ——FORAS *Ar* (*) 464. ——POLUENIOADUERSUMTEMPERI *A quadrante* sublatumestconuiuiumede eſt *libri* conuium *C* aduerſum *BCDF* temoeri *Ba* (*corr. Bb*). temp(o)eri *Dc* 465. ——NEMPOSTADIBOATQ·ĖADLOQUAR (E *expuncta,* UA *in fine per ligaturam, quadrante* obseruaboquidagathomi) *A: unde R, cui* QU*R *tantum apparuit ante spatium insequentium versuum usque ad v. 471, huc revocavit, quem post v. 474 habent BCD* (*praem.* PE *B,* adibo *ex* adipo *Da*)*, post v. 472 med. FZ*

Act. III Sc. 2 ||||||||||||| (Menechm̃ *er.*) peniculuſ. MENECHM' ADOL̃. PENICVLV^S PARASIT'. *B.* Menechm̃ Peniculuſ MENechM' ADOŁ. PENICVŁ PARASITVS *D.* Menechmuſ peniculuſ *CFZ. unius v. spat. A* 466. ——TIBIKANÇKODIEPROBE *A, ubi fortasse* potineutquiescassei *potius quam* potineutquiescassiego *locum habuisse Loewius adnotavit* ME *praem. B* Potine ut *F.* P . otine me ut *B.*]otine ńeut *CDa.* Potin ne ut *Dc* (P *rubr.*) *Z* quieſcaſ? *B.* quieſcaſ, c *ex* t *C* ſi ego *FZ.* ſed dico *B.* ſedco *CDa.* ſedego *Dc* hodio, o *ex* a, *C* (*) 467. ——TAMREFERAMTEMPERI *A quadrante* lepideq·concinna Lepide que *BC* referram *CD* tempori *DcZ* 468. ——SE——SITAIGNORABITUR *A quadrante* nonfaxocames *et* dicc eam ẽẽ *B.* eum eſſe *CD* (*)

PENICVLVS

Pallam ád phrygionem fért confecto prándio
Vinóque expoto, párasito excluső foras.
Non hércle ego is sum quí sum, ni hanc iniúriam
Meque últus pulcre fúero. obserua quíd dabo.

MENAECHMVS

Pro di ímmortales, quoí homini umquam unó die
Boní dedistis plús, qui minus sperấuerit?
Prandí, potaui, scórtum accubui: ápstuli
Hanc quóius heres númquam erit post húnc diem.

469. *Nonius p. 3, 23 M. s. v.* Phrygiones, *sed lemmate cum explicatione nunc deperdito:* ....Plautus Menaechmis 'pallam....prandio': *Idem p. 537, 32 M.:* palla est honestae mulieris uestimentum, hoc est tunicopallium. Plautus in Menaechmis 'pallam.....prandio': *cf. Reblinius p. 77, Caesar p. 38* 476. *Priscianus inst. VIIII 48 p. 483, 18 H.:* alia uero omnia in 'deo' desinentia per 'ui' diuisas proferunt praeteritum..... excipitur 'prandeo prandi'. Plautus in Menaechmis 'prandi.... accubui'

469. ——————ONFECTOPRANDIO *A quadrante fere* pallamadfrigionemfertc phrygionem *DcFZ.* phyyglonẽ *BaCDa.* phyygionẽ *B corr.* frigionem *Nonius, sed priore loco* frygionem *LG*
470. ——————OF—— *A quadrante* uinoq.expotoparasitoexclus Vino que *B* e poto *Z* 471. NON ——— NIURIÃ *A quadrante* hercleissumquisumnihanci, *ex quibus* QUISUMNI *legit etiam* ℞ hercle ego is ℞ *cum Fleckeiseno.* hercle iſ *BFZ.* hercleiſ *C.* er cleiſ *D* ſum ni *BbD.* ſumni *BaC.* ſum in *FZ* (*)
472. MEQ·ULTUSP *A, ubi praeterea* ULCKREFUEROOBSERUAQU—— *legit* ℞ Neque *FZ* ultuſ *BbFZ.* uultuſ *BaCD* pulchre fuero. obſerua quid dabo *BCD.* fuero. obſeruabo quid agat. Hominem poſt adibo: atq; alloquar *FZ: cf. ad v. 465* (*) 474. PRODEI ——— E *A, ubi* PRODIIMMORTALESQUOIKOMINIUMQUAM ——— *enotavit* ℞, *inter* DEI *et* E *reliqua non quadrare nisi et* UMQUÃ *admisso et extremis litteris imminutis adnotavit Loewius* P *B.* Pro[h] *Dc* dii *BCDFZ* inmortaleſ *D* cui *BCDFZ* homini *ras. ex* hominum *C* hominiũ quam *D* *Post hunc versum habent BCD v. 465, ubi vide* 475 *sq. Sic A:*

BONIDEDISTISPLUSQUIMINUSSPERAUERIT
PRANDIPOTAUISCORTUMACCUBUIABSTULI

itemque FZ, quos versus invertunt BCD (praem. ME *B ob versum interpositum) ceteroqui consentientes, nisi quod* dediſti *CDa: corr. Db,* qui minuſ *ex* quominuſ *Da,* apſtuli *CDa* (abſtuli *Dc*) Prandi et potaui *Priscianus* (*) 477. KANCQUOIUSREIERESNUMQUAMERITPOSTKUNCDIẼ *A, ubi* QUOIUSKAERES *et* KANC *Ar* cuiuſ hereſ *BCDFZ* unquam *Z*

PENICVLVS

Nequeó, quae loquitur, éxaudire clánculum.
[Satúr nunc loquitur dé me et de partí mea.]

MENAECHMVS

Ait hánc dedisse mé sibi atque eam mé meae
Vxóri surrupuísse. quoniam séntio
Erráre, extemplo, quási res cum ea essét mihi,
Coepi ádsentari: múlier quicquid díxerat,
Idem égo dicebam. quíd multis uerbís opust?
Minóre nusquam béne fui dispéndio.

PENICVLVS

Adíbo ad hominem: nám turbare géstio.

MENAECHMVS

Quis hic ést, qui aduorsus ít mihi?

---

485. *Donatus in Ter. Eun. III 4, 2:* ut de symbolis essemus: Plautus in Menaechmis 'minore nusquam fui dispendio': sed melius 'essemus' producta 'e' litterą: *ubi* minime essemus minore: ut cũ fui *ed. princ.* (*item, sed* nõ cũ sui *ed. Ven.*). minore nunquam fui *vulgo* 487. *sq. Diomedes art. gr. I p. 325, 21 K.:* interdum comparatiuus nominatiuo iungitur, ut doctior hic quam ille, ut Plautus in Menaechmis 'quid .... pluma?'

478. NEQUEOQUAELOQUITUREXAUDIRECLANCULUM *A* quae loquitur *BbCZ.* qua eloquit̃ *Ba.* que loquitur *DF* (*) 479. *Hunc v., ut qui ab A absit, secl.* ℞ de parti *CDaZ.* de parte *DcF.* departe *B*, *ubi* † pallacro (*ubi minus certae* cro [*an* ero(tii)?] *litterae*) *rursus del. m. poster.* (*) 480. —————E———Q·EAMMEAE *A quadrante* aithancdedissem *et* (*quod non prorsus evanuit*) sibiat Ait/// hanc, *er.* h *et* ha *quoque in ras.*, *C* mé *C* me meae *Bothius.* meae *libri cum A* (*) 481. UXORISURRUPUISSEQUONIAMSENTIO *A* ſubripuiſſe *FZ* qũõ *C* 482. ERRAREEXTEMPLOQUASIRESCUMEAESSETMIKI *A* q(a)ſireſ *CD* 483. Cępi adſentari *B.* Coepi aſſentari *CDFZ* 484. Idẽ///, *er.* ſt, *C* opust *Pylades. om. libri: in A nihil neque hoc v. neque antecedente apparuit* (*) 485. MINORE—————— *A* pene *Bb. om. Donatus: v. testim.* (*) 486. ADIBOA—————— *A* PE. *om. Z* 487. QUISK—————— *A* ME. *om. Z* aduorſuſ it *Bothius* (it *cum Grutero*). aduerſum (adũſum *B*) ſit *BCD.* aduerſum ſit *FZ*

PENICVLVS

Quid aís, homo
Leuiór quam pluma, péssume et nequíssume,
Flagítium hominis, súbdole ac minumí preti?
Quid dé te merui, quá me causa pérderes?
Vt súrrupuisti té mihi dudum dé foro.
Fecísti funus méd absente prándio.
Cur aúsu's facere, quoíi ego aeque herés eram?

MENAECHMVS

Adoléscens, quaeso, quíd tibi mecúmst rei,
Mihi quí male dicas hómini hic ignoto, ínsciens?
An tíbi malam rem uís pro male dictís dari?

PENICVLVS

Pol eám quidem modo té dedisse intéllego.

MENAECHMVS

Respónde, adulescens, quaéso, quid nomén tibist?

PE *om. B (sine sp.) et Z* agiſ *C* (*) 488. peſſime *BDcZ.* peſ ///ime, *er.* l, *ut vid., D* nequiſſime *BDZ.* nequiſſime (u *sup.*) *C* 489. FLAGITIUMKO———— *A* ſubdo leac *Da: corr. Dc* minimi *libri* ptii *B.* precii *CDFZ* (*) 490. qua/// *c. ras.* m *litt. B* 491. UT———— *A* ſubripuiſti *FZ* (*) 492. FECISTIFUNUSME———— *A* fumuſ *C* med *Salmasius.* meo *libri* (me *Beroaldus*) abſenti *libri* (*) 493. CURAUSUSFA———— *A* auſuſ *libri: corr. Lambinus* quoii *Brixius.* quo[i] *Bb.* cui *reliqui* aeque ac heres eram *e 'Vaticana lectione' Lipsius Ant. lect. II 13: ubi* ac *del.* 𝔑, *Bentleius.* ea quae heriſ heram *BC et, nisi quod* eaque, *D.* ea que heriſ eraut *F.* quę eraſ era *Z* (*) 494. ***LESCENS———— *A* PE *BDb* Adoleſcenſ *CD* queſo *BCD* quid *ex* quit *C* mecum eſt *libri* 495. MIKIQUIM———— *A*

Mihi qui 𝔑 *cum A.* Quę (i *sup.*) mihi *Bb.* qui mihi *CDFZ* homini *B. om. CD* (*in fine v.*) *FZ* hic ignoto *Camerarius cum Bb* (*post quam vocem distinxit* 𝔖). hic noto *BaCD.* hic·ig· noto *Bb.* ignoto *FZ* inſcienſ *BbCDFZ.* inſienſ *Ba* (*) 496. ANTIBIM———— *A* malã, ã *ex* ũ, *C* dari? *B.* dari. *C.* daré. *D.* dari (*cum* Poſtea? *constructum*) *FZ* 497. PE. Pol eam quidem modo (*vel* hodie) 𝔖: *atque* POLEAMQU———— *apparere in A visum est.* PE Poſt eam quidem edepol *B.* Poſt eã (*in ras. ex* quã) quidẽ aedepol *C.* Poſt eã quid (q *ex* c *ut vid.*) ẽ edepol *D.* Poſtea? PE. quid eſt edepol *FZ* intellogo *C ante corr.* intelligo *Z* (*) 498. RESPONDEADULESCENSQUAESOQ———— *A* adoleſcenſ *CDFZ*

PENICVLVS

Etiám derides, nómen quasi non nóueris?

MENAECHMVS

Non édepol ego te, quód sciam, umquam ante húnc diem
Vidí neque noui: uérum certo, quísquis es,
Eas, si aéquom facias, míhi odiosus né sies.

PENICVLVS

Non mé nouisti?

MENAECHMVS

Nón negem, si nóuerim.

PENICVLVS

Menaéchme, uigila.

MENAECHMVS

Vígilo hercle equidem, quód sciam.

PENICVLVS

Tuóm parasitum nón nouisti?

MENAECHMVS

Nón tibi
Sanúmst, adulescens, sínciput, ut intéllego.

queſo *B D* quid *BbDFZ*. qui *B a C* nomen tibist *cum Weisio Fleckeiseuus.* tibi nomenſt *Ba.* tibi nomen ſit *B man. rec. cum CD FZ* (*) 499. ETIAMDERIDESQUASINOMENNONNOUERIS *A cum ceteris: trai.* ℞ (*) 500. NONEDEPOLEGOTEQUADSCIA*********TEKUNCDIẼ *A* aedepol *C* qđ *C.* quod *BDFZ* unquã *D* Nite *ex* ante, *ut vid., Da* (Ni te *Dc*) 501. UIDINEQ·GNOUIUERUMCERTOQUISQ——— *A, ubi* noui *ceteri,* orto *CDa* (certo *etiam B*). orto[r] *Db.* hortor *FZ* (*) 502. Eas, si aequom 𝕾. Si aequom *B.* ſięquũ *CZ.* ſiequum *DF: in A primae litterae vix* SI *fuerunt, praeterea nil nisi* D *in altera parte versus apparuit* fatiaſ *B* ſiæſ *D.* ſiaſ *FZ* (*) 503. — — — — UER——— *A* no[n]negẽ *Db* 504. ME ——— QUODSCIAM *A* Menaecme *B.* menechmae *C.* menech me *D* uigilia *B,* uigida *C* ME.] M *Db* herole *C.* ercle *D* [e]quidem *Da.* quidem *FZ* 505. T——————— *A* Tuum *libri* paraſ//itum, ſ *ex* ſt, *C* tibi *BCD, codd. Pyladis. om. FZ* 506. ——— — — — INTELLE** *A* eſt *libri* adoleſcenſ *CDFZ* sinciput, ut *Camerarius.* ſinciput *libri, sed* iput *Bb in lit.* intelligo *Z* (*)

PENICVLVS

Respónde: surrupuístin uxorí tuae
Pallam ístanc hodie atque eám dedisti Erótio?

MENAECHMVS

Neque hércle ego uxorem hábeo, neque ego Erótio
Dedí nec pallam súrpui. satin sánus es?

PENICVLVS

Occísast haec res. nón ego te indutúm foras
Exíre uidi pállam?

MENAECHMVS

Vae capití tuo.
Omnís cinaedos ésse censes, tú quia's?
Tun méd indutum, fuísse pallam praédicas?

PENICVLVS

Ego hércle uero.

MENAECHMVS

Nón tu abis, quo dígnus es,
Aut té piari iúbe, homo uesaníssume?

---

512. *Nonius p. 449, 20 M.:* interfici et occidi et inanimalia posse ueteres uehementi auctoritate posuerunt. Plautus in Menaechmis 'occisa est haec res'

---

507. ——————N*X**ITUAE *A* ſurrupuiſtin *B ex ras. CD.* ſurrupuiſtiin *B ante ras.* ſubripuiſti *FZ* tuę, ę *ex* o, *C.* tue *D* 508—510. *nihil apparuit in A* 508. palã *Da,* l *suprascr. Db* atque eam *ℜ, Bentleius.* atque *libri* (*) 509. M *Db* ercle *D. om. FZ* 510. taliam *Ba.* taliã *CDa* (pallã *suprascr. Dc*) surpui *Bothius.* ſurrupui *BCD.* ſubripui *FZ* satin *Thomas 'Rev. de l'instr. publ. en Belg.' XIX p. 260 sq.* PE Satin *BFZ.* Satin *D.* Satui *C* (*) 512. PE. *hoc loco praem. Thomas* ——NONEGOTEINDUTUMFORAS *A* occiſa eſt *Nonius, Pius.* Occiſa ſi *Ba.* Occiſaſi (t *suprascr.*) *Bb.* occiſa ſi *CDFZ* hec *BD* 513. EXIREUI—————— *A* pallam *Lambinus.* palã *B.* palla? *reliqui* ME *suprascr. B* Ve *CDZ* 514. oĩſ *D.* omneſ *FZ* cinedoſ *Z.* cina (omniſcina) edoſ *Ba.* cynedoſ *CDF* eſſe *om. DFZ* ſenſeſ *Ba* tu quia es *Camerarius.* quia tueſ *BC.* quia tu eſ *DFZ: nihil apparuit in A* (*) 515. ——————PALLAMPRAEDICAS *A* tum *Z* med *Bothius.* me *libri* fuiſſe *B. om. reliqui, in fine v. cum spatio CD* p̄dicaſ *B* (*) 516. ——————NUSES *A* 517. ——————O****SANISSUME *A* uesanissume *𝔖.* inſaniſſime *BCDFZ* (*)

PENICVLVS

Numquam édepol quisquam me éxorabit, quín tuae
Vxórei rem omnem iam, út siet gesta, éloquar.
Omnés in te istaec récident contuméliae.
Faxo haúd inultus prándium comédereis.

MENAECHMVS

Quid hoc ést negoti? sátine, ut quemque cónspicor,
Ita mé ludificant? séd concrepuit óstium.

ANCILLA. MENAECHMVS II

ANCILLA

Menaéchme, amare aít te multum Erótium,
Vt hóc una opera iám ad aurificem déferas,
Atque húc ut addas aúri pondo unam únciam
Iubeásque spinter nóuom reconcinnárier.

527. *Festus p. 333, 6 M.* (*suppletus ex Paulo*): Spinther uocabatur [armillae genus, quod mulie]res antiquae gere[re solebant brachio summo] sinistro. Plautus ‘iu[beasque . . . .] reconcinnarier.’ *Pris-*

518. ***Q*********QUISQUAMMEEXORABITQUINTU** *A* (EDEPOL *Ar*) nunquã *D* aedepol *C* quintue *D* 519. ***REIREM***EM***********TAELOQUAR *A*, *ubi* uxori *ceteri* siet *Brixius.* ſit *BCDFZ* (*) 520. *M*****T***TAECRECIDENTCONTUMELIAE *A* MEN. *praemittit F* Om̄ſ *BCD* iſtec *D* 521. FAXOKAUDINULTUSPRANDIUMCOMEDEREIS *A*, *ubi* ^h^aut *C*, inultum *BF*, *Scutarius.* multum *CDZ*, comederiſ *BCDFZ* 522. QUID***EST——————— *A* negoti *CD.* negotii *B.* negocii *FZ* ſatine ut quemquem *B* (*) 523. hoſtium *DFZ* Ancilla maenechm̄ idem *addit B*, ANCILLA. ADOLESCENS *D*

Act. III Sc. 3 ANCILLA . ADOLESCENS *B: cf. ad v. 523.* Menęchinuſ adoleſcenſ *FZ. unius versus spatium A* (*in quo v. 523—524 nihil apparuit*) *itemque C* (*non D*) 524. A M (*sic*) *praemittit Db* (M, *ut vid., rubricatoris gratia*) Menech me *D* (M *rubr.*). enaedime *c. sp. init. C* (*) 525. UTKO——————— *A* iam ad ℞. ad *libri* (*) 526. ATQ——————— *A* huc ℞. hunc *Ba.* nunc *BbCDFZ*, *sed* tq; nunc *C in ras., er.* (A)d aurific, *ut vid.* unam unciam ℞. unciam *BbCDFZ.* untiam *Ba* (*) 527. IUBEASQ·SPI——————— *A* Iubeaſ q; *B*, ; *in parva ras.* iubeaſ *Priscianus* ſpinter *BZ*, *Priscianus, Paulus.* ſpinther *CDF*, *Festus* nouom *B.* nouum *CDFZ*, *Priscianus*

MENAECHMVS

Et istúc et aliud, sí quid curarí uolet,
Me cúraturum dícito, quicquíd uolet.

ANCILLA

Scin, quíd hoc sit spinter?

MENAECHMVS

Néscio, nisi aúreum.

ANCILLA

Hoc ést, quod olim cláncululum ex armário
Te súrrupuisse aiébas uxorí tuae.

MENAECHMVS

Numquam hércle factumst.

ANCILLA

Nón meministi, te óbsecro?
Redde ígitur spinter, sí non meministí.

MENAECHMVS

Mane.
Immo équidem memini: némpe hoc est quod illí dedei.

cianus inst. V 15 p. 151, 8 H.: iter quoque uel itiner uetuste neutri sunt generis et spinter, quod ἀκροχέριον aut fibulam in umeris aut armillam significat. Plautus in Menaechmis 'iubeas . . . . reconcinnarier'

528. ETISTUCET—————— *A* M, *ut vid., suprascr. Dc* iſtuc *F, Bothius cum A.* iſtud *BCDZ* ſiquid *B* uolei *C.* uoleſ *Ba* 529. MECURATURUMDICITOQUIC ————— *A* 530. SCINQUIDKOCSITSPIN—————— *A, ubi* quod *reliqui* ſpinther *CF* ſpintherne ſcio *D* (ne *separ. Db*). ſpinterne ſcio (M suprascr.) *Ba.* ſpinter (M suprascr.) neſcio *Bb* (*) 531. KOCESTQUODOLIMCLANCULUMEX————— *A* quo dolim *Ba* 532. T*S*RR*****SEAIEBAS—————— *A* ſubrupuiſſe *Z.* ſubripuiſſe *F* aiebaſ *Bb cum A (et priscis exempl. Pii).* mebaſ (ſurrupuiſſemebaſ) *BaCDa.* timebaſ *DbFZ* tue *D* 533. NUMQ—————— ECRO *A* herde *C* eſt *libri* te *R. om. libri* (*) 534. REDDEIGITUR——————————MANE *A* Rede *B* ſpint̃ *BZ.* ſpinther *CD. om. F* ſi nomine miniſti *CD ante corr.* (*) 535. IMMOEQUIDEM——————————LLIDEDEI *A* quidem *F* dedi *BCDFZ*

Ancilla

Istúc.

Menaechmvs

Vbi illae armillaé sunt, quas uná dedei?

Ancilla

Numquám dedisti.

Menaechmvs

Nám pol occultó dedei. 537

Ancilla

Dicám curare?

Menaechmvs

Dícito: curábitur. 539
Et pálla et spinter fáxo referantúr simul.

Ancilla

Amábo, mei Menaéchme, inauris dá mihi,
Faciúnda pondo duóm nummum stalágmia:
Vt té lubenter uídeam, quom ad nos uéneris.

Menaechmvs

Fiát. cedo aurum: ego póst manupretiúm dabo.

536. **TU——————————QUASUNADED— *A* (*extrema ex parte in fragmento huc pertinente*) An. Istuc. Me. *Lambinus.* Istuc *libri* illae *Bb.* iclae *BaC.* erclạe, *ubi* er *suprascr. Db,* a *del. Dc.* hercle *FZ* unị (a) *C* dedi *BbFZ.* dedit *BaCD* (*) 537. M. *praemittit Db* *In A pro duobus v.* 537. 539 *unus est, in quo nihil apparuit: sed probabile est v.* 537 *intercidisse* occulto 𝕾. hoc una *BCD.* una *FZ* dedi *BCD.* die dedi *F.* dedi die *Z* (*) 539. *Cf. ad v. 537* An. Dicam curare? Me. *Camerarius.* Dicam curare *BCD.* An. accurare dicit Me. (Pe. *Z*) *FZ* dicito. curabitur. *Bb.* dicit occurabitur *BaCD, nisi quod* occurrabitur *C ante ras.* Accurabitur *FZ* (*) 540. ****LAẸṬSPỊNṬẸRFAXỌRẸFERATUR——— *A* A *praemittit Db* Et *BC cum Ar.* hec *D.* hęc *Z.* Nec *F* ſpinther *CDF* faxo referantur *BDFZ.* faxore ferantur *C* (*) 541. AMABOMEIMENAECHMEINAURIS*****I *A* mi *BCD. om. FZ* amabomime naethme. *C* mime nechme *D, ubi* mi *separ. Db,* men *copul. Dc* in aureſ *F* 542. ——————MU***AL*G——— *A* Faciunda *Pylades.* Faciundaſ *F.* Fatiendaſ *BC.* Faciendaſ *DZ* duum *libri* nummũ *ex* nummi *Db* stalagmia *Pylades cum A.* ſtatagmia *BC, sed* i *exp. Bb,* a *ult. in ras. 2 litt. C.* ſtatacmia '*codd. ant.*' *Pyladis.* ſta////tacmia (nummũſta) *D* (*er.* i, *ut vid.*). ſtatamia *F.* ſpathalia *Z* (*) 543. ——————————IS *A* libenter *BCDZ* quom *FZ.* quõ *B, sed* õ *e corr. Bb.* quã *CD* 544 *sqq.* Me Fiat . . . . ANC da ſodeſ abſte *et* Poſt . . . . . duplex *duobus versibus discr. B* 544. EGO*****RETIUMDABO post 𝕾. *om. libri* manu

ANCILLA

Da sódes aps ted: égo post reddideró tibi.

MENAECHMVS

Immó cedo aps ted: égo post tibi reddám duplex.

ANCILLA

Non hábeo.

MENAECHMVS

At tu, quándo habebis, túm dato.

ANCILLA

Numquíd uis?

MENAECHMVS

Haec me cúraturum dícito, —
Vt, quántum possint, quíque liceant, uéneant.
Iamne ábiit intro? ábiit, operuít foris.
Di mé quidem omnes ádiuuant, augént, amant.
Sed quíd ego cesso, dúm datur mi occásio

---

547. *Charisius inst. gr. I p. 111, 23 K.:* Quando particulam pro cum ponere Formianos et Fundanos ait Varro: faciunt nec sine exemplo, nam Plautus in Menaechmis ita ait 'n o n . . . . d a t o'. uitium tamen esse non dubium est*: ubi ante* faciunt, nec *Keilius inserit* sed et alii (formianus et fundanius ait ut uarro *habet Neap.*)

pretium *C.* manu p̄tiũ *Ba* (*copul. Bb*). manu p̄cium *D.* manu precium *F.* manu priuſ *Z* (*) *Inter v.* 544 *et* 551 *nihil apparuit in A, sed quinque tantum sunt versus, ut unus* (*fortasse ab similem exitum* dato*:* dicito) *interciderit* 545. hoſpeſ *pro* ſodeſ *Z* (*corr. Pylades ex codd.*) aps ted : ego ℞ *duce Spengelio praeeunte* post ego *Pylade.* apſte *C.* abſte *BDF.* a te *Z* p̓ *D* (*) 546. ME. *om. B sine spatio* Imo *Da* (*corr. Db*) apſ ted: ego ℞. abſte ego *BD.* apſte ego *C.* abſ te. AN. ego *FZ* (*pers. del. Weisius*) dupelex *B.* duplex daturum dicito *F* 547. ME Non habeo A *BFZ: corr.* ℞ *post Weisium* ad *B ante ras. C* a^t^tu *Charisius* dum *D* dabiſ^to^ (*del.* biſ) *Charisius* dato Daturum dicito *Z* (*) 548. ANC. *Weisius. om. B.* ME. *FZ* uis *Acidalius.* me uiſ *libri, sed er.* i *ante* meuiſ *C* hec *D* curaturũ dioto *C.* cura *FZ: cf. ad v. 546 sq.* (*) 549. poſſint *BC.* poſſent *D.* poſſit *FZ* quique liceant *BCD.* quãque liceat *FZ* ueneant *B.* ueniant *CDFZ* (*) 550. ME. *praemittunt FZ* intro habiit *B ante ras. CD* operuit *BCD, Scutarius.* obtrudit *Z* foreſ *libri* (*) 551. ——————UGENTAMANT *A* Dii *FZ* quidem *Bothius.* equidem *libri* om̄ſ *BD* 552. —————— URMIKIOCCASIO *A,* mihi *cum reliquis* oeſ ſo *D*

Tempúsque, abire ab hís locis lenónieis?
Properá, Menaechme: fér pedem, confér gradum.
Demam hánc coronam atque ábiciam ad laeuám manum:
Vt, sí sequentur me, hác abiisse cénseant.
Ibo ét conueniam séruom, si poteró, meum,
Vt haéc, quae bona dant dí mihi, ex me iám sciat.

MATRONA. PENICVLVS

MATRONA

Egone híc me patiar ésse in matrimónio,
Vbi uír conpilet clánculum, quicquíd domist,
Atque íd ad amicam déferat?

554 *sq. Nonius p. 519, 26 M.:* censere et arbitrari ueteres cognatione quadam socia ac similia uerba esse uoluerunt . . . . Plautus . . . idem in Menaechmis 'demam . . . . censeant'*: cf. Reblinius p. 89 sq., Caesar p. 53. 56. 72*

553. ——————ABKISLOCISLENONIEIS *A* Tempuſ que *BC* adire *Z* (*corr. Pius ex* '*codd. ant.*') iiſ *F* lenoniiſ *FZ*. lenoniſ *Ba CD*. lenoni·ſ (·ni) *Bb* 554 *sq. Nihil apparuit in A* 554. A (*del. antea* M) *praemittit Db* menechme *BD* (*) 555. hanc *Nonius. om. libri* abiiciam *FZ* leuam *libri cum Nonio* 556. U— — ——BII*SEC$_E$NSEANT *A* ſi ſequentur *Nonius* (ſi *om. Bamb.*). ſi qui ſequatur *BCD, sed* ſequi *Ba,* ſi quiſ *C ante ras.* ſi qui ſequantur *FZ* me hac *Nonius.* hac me *BbDcFZ.* hec me *BaDa.* haec me *C* abiiſſe *BDFZ cum A.* habiiſſe *C.* abiſſe (habiſſe *G*) *Nonius* (*) 557. ——————MSIPOTEROMEUM *A* mum *Ba* (*)

558. ——————I*I**MESCIAT *A* Š, *ut vid., er. in marg. D* hec que *BD* di *BCD ex ras. Z.* dic *D ante ras.* dii *F* mihi ex me iam *Bentleius in Ter. Heaut. II 3, 104.* mihi ex me *libri cum A, ut vid.* ſciat peniculuſ *B* (peniculuſ *erasum*) *et C.* ſciat peniculiſ *D* (*)

Act. IV Sc. 1 MVLIER PARASIT'· *B.* MVLIER PARASITVS PENIICVLVS *D.* Mulier. Peniculuſ. Paraſituſ *FZ. unius v. spat. AC.* MATRONA *ex inscriptione act. V sc. 1 ascivit* 'R. *Eundem actum continuandum esse Ribbeckius intellexit* '*Gesch. d. R. D.*' *p. 21* 559. EGO—————— *A* M *praemittit Db* me patiar esse in *Camerarius.* mepaciar in *Bb.* medaciar in *BaCDa.* medacier (n) in *Db.* mendiciar in *FZ* (*) 560. UBIUIRCONPILETCLANCULUMQUIDQUIDDOMIST *A* uir . . . pilet *Ba.* uir . cō pilet *Bb.* uir compilet *CDFZ* domi eſt *libri praeter A* 561. ATQ·IDADAMICAMD——————‡‡QUIN ——— *A, ubi fortasse* degerat *potius locum habuisse ex incerta valde*

PENICVLVS

Quin tú taces?
Manufésto faxo iam ópprimes: sequere hác modo.
Pallam ád phrygionem cúm corona adeo ébrius
Ferébat, hodie tíbi quam surrupuít domo.
Sed eccám coronam, quám habuit. num méntior?
Em hac ábiit, si uis pérsequi uestígiis.
Atque édepol eccum ipse óptume reuórtitur,
Sed pállam non fert.

MATRONA

Quíd ego nunc cum illóc agam?

PENICVLVS

Idém quod semper: mále habeas.

MATRONA

Sic cénseo.

PENICVLVS

Huc cóncedamus: éx insidiis aúcupa.

---

570. *Nonius p. 467, 11 M.:* aucupaui actiuum positum pro passiuo . . . Plautus . . . idem Menaechmis 'ut concedamus . . . aucupa'

G *litterae lineola Loewius adnotabat* P *praemittit Db* Atque id ad *Camerarius cum A.* Atq . . ad *Ba.* Atq; . ad *c. ras. Bb.* Atque ad *C DFZ* (*) 562. MANUFESTOFAXO—————— *A* Manifesto *BFZ* obprimeſ *D* ac *Ba.* ˫ac *Bb* 563. PALLAMADFRYGION—————— *A* phydrionẽ *B.* fridionẽ *C et,* o *ex* d *rasura, D* corona adeo ebriuſ 𝕾. corona ebriuſ *B.* coronã *CD.* corona *FZ* (*) 564. FẸṚEBATKỌḌIETIBIQUẠMS—————— *A* ſurripuit *F.* ſubripuit *Z* domo *ex* homo *CaDa* 565. SEDẸCCAMCỌṚOṆA—————— *A* (*) 566. EMKAÇABIỊTṢỊỤỊS —————— *A* Em hac abiit ſi *etiam B.* heen hac abiit Si *CD*, *sed* abiit *ex* habuit *Dc.* MVL. hem hanc habuit? PE. ſi *FZ* 567. ATQ·EDEPOLECCUMOPT—————— *A* aedepol *C* ipse *Muellerus Pros. p. 498. om. libri cum A* obtume *D.* optime *B* (*) 568. SẸDPALLAMNONFẸRT‡QỤỊḌ—————— *A* illo *B* 569. IDEMQUỌDṢE** ***ALEKABEẠS‡—————— *A* habeat *Bb* MV *om. B* 570. KUCCONCEDAṂUSEXINṢỊḌỊỊṢ***UP* *A* PE *om. B* ut (*non* huc) concedamuſ (conconcedamuſ *Bamb.*) *Nonius* concedam *F* accupi *Z*

Post aucupa *erasum* meneçhm̕ idẽ *in B*

MENAECHMVS I. MATRONA. PENICVLVS

Menaechmvs

Vt hóc utimúr maxumé more móro 571
moléstoque múltum atque utí, quique súnt
optumí, maxumé morem habént hunc:
cluéntis sibi ómnes uolúnt esse múltos: 573
boníne an malí sint, id haúd quaeritánt:
res magís quaeritúr quam cluéntum fidés quoiusmodí
clueat: 575

Act. IV Sc. 2 MENECHM' MVLIER . PARASITVS *B.* MENECHMVS ADOLESCENS · DV · *D.* Menechinuſ. Mulier. Peniculuſ *F.* Meṇechin⁹ adoleſ. Mulier uxor. Peĩcul⁹ Paraſit⁹ *Z. unius v. spat. AC*

571—577. *Sic A:*

UTKOCUTỊMURMAXIMẸMORE————

MOḶESTO∗Q·MULTOATQ·UṬIQUỊQ·

OPT————ẠXỊMỊ ——

CLỊENTESSIBIOMNẸSUOLUNṬẸSSẸMULTOS

ḄỌNINẸANMALISINTIDKAUDQ ————

RESMAGISQUAẸRITURQUAṂÇ————FỊDES

CUIUSMỌDỊCL —

SIEṢPAUPERAṬQ·KAUḌMALUSNẸQUAMKAB————

———— - — —S——I—L———FRUGỊKABẸTUR

sic autem B:

Vt hoc utim̃ maxime more morum
Moleſto q///// multũ. atq' uti quiq' ſunt
Optumi maxumi. morem habent hunc.
Clientiſ ſibi om̃ſ uolunt ẽẽ multoſ.
Bonine an mali ſint id haud queritant.
Reſ magiſ quẹrit̃ quam clientiũ fideſ cuiuſmodi ducat
Si ẽ paup atq' haud maluſ. nequã habetur.
Sin diueſ maluſ eſtiſ clienſ frugi habetur.

ubi v. 571 *sq.* t hoc *c. sp. init. Da.* At hoc *D rubr. FZ.* et hec *c. sp. init. C* utimur *C.* ut unur *D.* utuntur *FZ.* uiuitur *codd. Pyladis* maxume *F* moro *Lipsius Ant. lect. II 13.* morũ *etiam CD FZ* Moleſtoque multum *CDFZ.* Moleſto qui multũ *B fortasse ante ras.* (Moleſtoq; *Bb*). MOLESTOSQ·MULTO *A, ut vid.* obtumi *D.* OPTUMEI *A, ut vid.* maxume *Lomanus p. 51.* maxumi *BCFZ.* max[v]imi *D.* MAXIMI *A, ut vid.* (*) 573. CLỊENTES *A.* clientiſ *etiam CDFZ* uolunt omneſ *F* 574. an mali *ras. ex* animali *D* queritant *etiam D* (*non C*) 575. querit̃ *D.* quaerit̃ *C* clientum *CDFZ cum A, ut vid.* cuiuſ modi *vel* cuiuſmodi *libri* clueat *C.* cluat *Z.* [v]oleat *D* (v *del. Dc*). oluat *F* (*)

síst pauper átque haud malús nequam habétur,
sin díues malúst, is cluéns frugi habétur.
Quí neque legés neque aequóm bonum usquám colunt,
Sóllicitos patrónós habent: datúm
Dénegant, quód datumst, lítium pléni:
Rapáces, uirí fraudulénti * *,
Qui aut faénore aut periúriis
Habént rem parátam: mens ést in querélis.
Iurís ubi dicitúr dies, simúl patronis dícitur.
[Quippe qui pro illis loquantur, quae male fecerint:]
[Aut ad populum aut in iure aut ad iudicem res est.]

---

576. Si eſt *etiam CDFZ.* SIES, *ut vid., A* (*) 577. *Ante* S *in A* Seindiuesmalu *spatium explet, post* S est(i)sc(l)iens eſt iſ clienſ *BbCDFZ* 578—585. *Sic A* (*ubi v.* 578 *litteras* INEQ·LE *inveni in lacinia huc, ut vid., pertinente, spatium vero ante* SQUAM *minus est, quam quod* quineq.legesneq.aequmbonumu *capiat, ut fortasse* bonum *defuerit; v.* 584 *autem* NQUOL *apparuit Ritschelio,* NQ *tantum Loewio*):

**INEQ·LE——————————SQUAMCOLUNTSOLLICITOSPA
KAB**T
——————————————TUMESTLITIUMPLEN***PACES
————LEN————
Q——————————————K***NTREMPARATAM
————ESTINQUERELI*
—— —— ——MULPATRONISDICITUR

sic autem B:

Qui neq⁊ legeſ neq⁊ aequum bonum uſquam colunt·
Sollicitoſ patronoſ habent
Datum denegant quod datum ē. litium pleni. rapaceſ. uirifraudulenti
Quia ut fenorea·aut. piuriiſ habent rem paratã menſę inquo /// re
Liſ uiriſ ubi dicit̃. dieſ ſimul patroniſ dicit̃.

ubi v. 578 equum *D* uſque *FZ* *v.* 579 ſolicitoſ *F* *v.* 581 luxantur *suppl.* 𝕾 *duce A, in quo sub finem versus* UX *inter alia litt. vestigia pellucebat* *v.* 583 Qui aut *Bb.* quiaut *C* fenore aut *Bb.* foenore aut *CDcFZ.* foenore haud *Da* *v.* 584 menſ eſt in quereliſ *FZ, fortasse cum A.* menſę inquoi (i *in lit.*) rẽ Liſ *Bb.* menſae inquo ire liſ *C et, nisi quod* menſe, *D* *v.* 585 iuriſ *DFZ.* uiriſ *etiam C* (*) 586 *sq. Sic A:*

QU——————Q————QUAEMALEFECERINT
AUTADPOPULUMAUTINIUREAUTAPUDAEDILEMRESEST

sic autem B:

Quippe qui ꝓilliſ loqua . . que male fecerint.
Aut adpopulũ aut iniure aut adiudicẽ reſ ē.

ubi v. 586 loquant̃ *BbC.* loquitur *F.* LOQUNTUR *A, ut vid. ex spatio inter* Q——Q quę male *Bb.* quemale *D* fecerunt *D* *Priorem versum interpreti tribuit Hermannus, alterum Vssingius* (*)

Sicút me hodie nimis sóllicitum cluens quídam habuit neque quód uolui
Agere haú quiquam licitúmst: ita med attínuit, ita detínuit.
Ápud aediles pro éius factis plúrumisque péssumisque 590
Deíxei causam: cóndiciones tétuli tortas, cómfragosas.
Aút plus aut minús quám opus fuerát 592
Dícto dixerám, cóntrouorsiám
Vt * * * * * * sponsió 593
Fíeret: quid ille? quíd? — mé praedem dedít.
Néc magis manuféstum ego hominem úmquam ullum tenéri uidi: 594

---

588. SICUTMEKODIENIMISSOLLICITUMCLIENSQUIDAMKABUIT ‖ NEQ·QUODUOLUI *A, itemque reliqui, nisi quod* ſic̃ *C.* ſiout *D,* minif *B.* Minif *CD,* ſolicitum *F.* ſollicituſ *Z,* quidem *F,* quid uoluit *Z* (*) 589. *Sic* 𝕾, *ubi A:* AGEREAUQ——QUAMLICITUMESTITAMEATTINUITITADETINUIT*: ubi de* AUQUI *a* ℞ *notato dubitans dubitanter* MEQUEI *exstare posse Loewius adnotabat, B autem:* Agere quicum licitũ ẽ. ita me attinuit ita de(ti)nuit (*ubi* ta *ante* denuit *in litura scr. et* ti *suprascr. Bb*) *itemque reliqui, nisi quod* adtinuit *DF,* ita me detinuit *CDFZ* (*)
590 *sq. Sic A:*

APUTAEDILESPROEIUSFACTISPLURUMISQ·PESSUMISQUE
DEIXEICAUSAMCONDICIONESDETULITORTASCOMFRAGOSAS

sic autem B:

Apud aedileſ proeliiſ factiſ plurimiſq; peſſimiſ qui dixi cauſã.
conditioneſ tetuli tortaſ. confragoſaſ.

itemque ceteri, nisi quod pro eiuſ *Bb* (*Camerarius*) *cum A,* plurumiſ peſſumiſq; *CD.* plurimiſ peſſimiſque *F.* plurimiſ peſſumiſ *Z* condicioneſ *CF cum A.* conditio neſ *D.* conditione *Z* detuli *Bb cum A* (*) 592 *sq. Sic locum constituit* 𝕾 (ille? quid? praedem *Camerario praeeunte, ubi* me *add. duce Bekkero Icto*) *cum lacuna tertii versiculi ad hoc exemplum explenda:*

Vt ⟨procrastinarem aut ut⟩ sponsio,

ubi A habet:

AUTPIUSAUTMINUSQUAOPUSFUERATDICTODIXERAMCÕ
TROUERSIAMUT
SPONSIOFIERETQUIDILLEQUIPRAEDEMDEDIT

B autem:

Aut pluſ aut minuſquã op̉ erat multo dixerã controuerſiam.
Vt ſponſio fier& Pe quid ille qui p̃dã dedit?

itemque reliqui, nisi quod minuſ opuſ quam *Z* Aut ſponſio *Da* (*corr. rubr.*) fieret quid ille qui *CD.* fieret quid ille *FZ* praedem *Camerarius cum A.* p̃dã *B, sed* ã *e corr. Bb, itemque D.* praedã *C.* predam *FZ* (*) 594. NECMAGISMANIFESTUMEGOKOMINEMUMQUAMULLUM *A in fine pag.,* UA *per ligat.* neg(c) magiſ *Da.* neg(o) magiſ *Dc* manifeſtũ *BZ* unquã *D itemque rasura ex* umquã *C* (*)

Ómnibus male fáctis testes trés aderant acérrumi.
Di illum ómnes perdant, íta mihi 596
Hunc hódie corrumpít diem:
Meque ádeo, qui hodié forum 597
Vmquam óculis inspexí meis.
Diém iam corrupi óptumum: 598
Iussi ádparari prándium:
Amíca expectat mé, scio.
Vbi prímum licitumst, ílico 599
Properáui abire dé foro.
Irátast credo núnc mihi: 600
Placábit palla quám dedi,
Quam cómmode uxori ábstuli 601
Atque huíc degessi Erótio.

PENICVLVS

Quid aís?

MATRONA

Viro me malo mále nuptam.

PENICVLVS

Satin, aúdis quae illic lóquitur? 602

MATRONA

Satis.

595. acerrumi *D*. acerrummi *C*. acerrimi *F* 596—600. *Dimetros discripsit Geppertus, quos sic exhibet B:*

Di illũ om̃ſ pdant. ita mihi hunc hodie corrumpit diem.
Meq' adeo qui hodie forũ umquã oculiſ inspeximeiſ.
Diem corrupi. optimũ iuſſi adparari prandiũ.
Amica exſpectat me ſcio. ubi pmũ ẽ licitũ. ilico
Pperaui abire deforo. irata ẽ credo nunc mihi.
Placabit palla quã dedi quam uxori abſtuli. atq' huic detuli erotio.

ubi v. 596 Dii *F* corrumpit *BaCD*. corrupit *BbFZ* *v.* 597 quiodie *BaCD*. qui hodie *FZ* inſpexi meiſ *BbFZ*. inſpexim . . *Ba*. inſpeximuſ *D*. inſpicimuſ (ex) *C* *v.* 598 diem iam 𝕾. diem *libri* optimum *BCZ*. optumum *F*. hoptintũ *D, sed* p *ex* n *Da,* m *ex* nt *Db,* h *del. Dc* apparári *FZ* expectat *CDFZ* *v.* 599 licitum eſt *Guietus*. eſt licitum *libri* illico *Z* *v.* 600 irataſt *CD*. irata eſt *FZ* placabit *B, Beroaldus*. Placebit *CDFZ* (*) 601. quam commode 𝕾. quam hodie *CDFZ*. quam *B* degessi 𝕾. detuli *libri* (*) 602. aiſ *in ras.* (*er.* agiſ) *C* ſatin *BbFZ*. ſtatin *BaD*. ſtatet *C* que *BCD* 603. ſatiſſiſ apiam *C*

MENAECHMVS

Sí sapiam, hinc intro ábeam, ubi mihi bene sít.

PENICVLVS

Mane: male erit pótius.

MATRONA

Né illam ecastor faénerato mi ábstulisti.

PENICVLVS

Síc datur.

MATRONA

Cláncullum te istaéc flagitia fácere censebás pote?

MENAECHMVS

Quíd illuc est, uxór, negoti?

MATRONA

Mén rogas?

MENAECHMVS

Vin húnc rogem?

MATRONA

Aúfer hinc palpátiones.

PENICVLVS

Pérge tu.

MENAECHMVS

Quid tú mihi

Trístis es?

MATRONA

Te scíre oportet.

Act. V Sc. 8 M———US ——— *A* (MENAECKMUS, *ut vid., ab initio versus*). Menaechm̃ meſſenio *versu singulari ac dein* MENECHM' ADOL̃. MESSENIO. SOSICLES· *B.* MENECHM' SOSICLES MESSENIO SERVVS *rubr. in D erasis eisdem nominibus a Db scriptis itemque, sed* Menechinuſ Soſideſ, *Z.* Menechinuſ. Meſſenio *F. unius v. spat. C* 1050. TUMEKO*****QUAM*O*UE*IS***U*****DESDIC — *A* te *B. om. reliqui cum A, ut. vid.* (*) *Quartum ab hoc versum cum medium inter quattuor quorum legi nihil potuit habere videatur A ante v. 1056, aut ordo aut ipse contextus horum versuum alius fuerit oportet neque improbabile est v. 1053 sq. inversos illum exhibuisse* 1051. aduorſum mihi *libri* (Aduor ſum *D*) MESSEN. *CDa in spat. om. Z* quomodo (in· *suprascr.*) *B* 1052. quom *R.* qui *libri* ferebant te *Gruterus.* te ferebant *libri* ſublimen *B F.* ſuplimem *C.* ſublimem *D Z* quatuor *libri* (*) 1053. haſcę *D.* haſ ce *C* ediſ *CF.* hędiſ *Da.* haedeſ *Dd* 1054. ———IS *A: vide ad v. 1050* Qum *BD.* Quin *CZ.* qn *F* te q . . *c. ras. Ba.* te q; *Bb.* tequę *D* ui pugnando *Camerarius.* uel inpugnando *B.* oppugnando *reliqui* ingraciiſ *C.* ingratiſ *FZ* 1055. Obeatam rẽ *Ba:* at *exp. Bb* mea miſiſti *D:* a *exp. Dc* 1056. Cum *BCD* argento *B* poteſt *BaDaFZ.* poteſ *B ex ras. CDc cum A, ut vid., in quo* S *in fine versus apparuit* (*) 1057. ———S *A* p̄cucurriſti *D.* pręcucurriſti *C.* Precucurriſti *B.* percurriſti *FZ* utq' *BCD* infitiaſ *BD.* inficiaſ *CFZ* 1058. ———NCER*******ST *A* Sos *B.* SUSICLES *CD in spat.* abire certo cui *BCD, ubi personas*

MENAECHMVS

Quin certíssumumst
Mépte potius fíeri seruom, quám te umquam emittám manu.

MENAECHMVS I. MESSENIO. MENAECHMVS II

MENAECHMVS I

Si uóltis per oculós iurare, níhilo hercle ea causá magis
Faciétis ut ego hinc hódie abstulerim pállam et spinter, péssumae.

MESSENIO

Pro di ímmortales, quíd ego uideo?

MENAECHMVS II

Quíd uides?

MESSENIO

Speculúm tuom.

inser. FZ, quin *corr. Saracenus cum A, ut vid.* certiſſimũ ſt *B itemque ex* tertiſſimũſt *Dc.* certiſſimumſt *CZ.* certiſſimum eſt *F* (*) 1059. ——————NU *A* Mepte, *sed* p *corr. ex* n, *B.* meapte *CD.* Me a te *FZ* ſeruom *B.* ſeruum *ceteri, nisi quod* ſeruũ *rasura ex* ſeruiſ, *ut vid., D* unquã *CD* emit amanu *Ba.* emittâmanu *Bb.* emitteam manu *C*

Act. V Sc. 9 ——————KMUS, *ut vid.* (MU *per ligaturam*) *A.* . . . . Menaechm' Meſſenio *singulari versu et mox* MENECHM' ⁊ FRAT̄ EIVS. MESSENIO SERVVS *B.* MENECHM' MESSENIO *rubr. in D delens initio* Me *et* Mes *adhibens a Db scripta.* Menechinuſ. Meſſenio. Soſideſ Menechinuſ *Z et, nisi quod* Soſicleſ, *F. unius r. spat. C. In ipsis sermonibus utrumque fratrem BZ eadem nota* (ME *B.* ME. *vel* MEN. ſoſi· *Z*) *significant: in F alter* Mene. *alter* Mene. (*sic*) *scribitur: de CD vide singulos locos et ad v. 1102. Ex editoribus primus distinxit Camerarius* ME. SV(*rreptum*) *et* ME. So(*siclem*) 1060. ——————AGIS *A* M *Db* (*del.*) occuloſ *C* uira re *D* ʰercle *C* (*) 1061. Fatietiſ *B* hinc hodie *R in adn.* hodie *BCDFZ: in A versus* (*post* SPINTER, *ut vid.*) *bipartitus fuit: unde probabile est ceteris eum auctiorem fuisse. Sed legi praeter incertas vocis* SPINTER *reliquias nihil potuit* abſtulerem (i *suprascr.*) *C* ſpinther *BCDF, cui voci* ? *adscr. Db* peſinae (si *suprascr.*) *Bb.* peſſume *F.* peſſime *DZ.* poſſime *C* 1062. ——————ULUMTUŨ (UM *et* UU *per ligaturam*) *A* Proʰ *Dc* diimmortaliſ *CDa: separ. Dc.* dii immortaleſ *BFZ* ⁜quid *CD* uideſ ſpeculum *s. sp. CD* tuum *libri cum A* (*)

MENAECHMVS II

Quíd negotist?

MESSENIO

Tuást imago: tám consimilest quám potest.

MENAECHMVS II

Pól profecto haud ést dissimilis, meám quom formam nóscito.

* * * * * * * *

MENAECHMVS I

O adulescens, sálue, qui me séruauisti, quísquis es.

MESSENIO

Ádulescens, quaeso hércle, eloquere tuóm mihi nomen, nísi piget.

MENAECHMVS I

Nón edepol ita prómeruisti dé me, ut pigeat óbsequi
Quaé uelis. mihíst Menaechmo nómen.

1063. negoti *D.* negoci *C.* negotii *B.* negocii *FZ* eſt *libri* (*om. sp. CD*) tua eſt *FZ.* tumſt *D et* (tum ſtimago) *B.* tumeſt *C* inmago *D* consimilest 𝕾 (*cf. ad Truc. 505. 507, Amph. 537, al.*). conſiliaeſt *CD.* conſi! . . . . . *Ba.* conſimiliſ ∸ *Bb itemque, sed* eſt, *FZ.* consimilis, *ut vid., A, in quo apparuit* ——————LISQU****T*ST
1064. ME. *om. F* havdeſt *C* (v *in ras. paulo maiore ex* de, *ut vid.*). haud *Z* mea *CD* quom formam *Acidalius praeeunte* formam quum *Pylade.* quã formã *CD.* quam formã *Ba* (q'uam *Bb*). formam *FZ* noſ ſcito *Ba: corr. Bb* (*) *Inter versuum 1063 et 1065 reliquias tres versus sunt in A, in quibus nihil nisi* M *sub medii finem legi potuit: unde patet praeter v. 1064 in A duos alios exstitisse aut unum bipartitum. In ipso autem versu* 1065 ————Q————Q*** QUIS———— *ita apparuit, ut ante primam et alteram* Q *ceterorum scriptura paulo excedere spatium videatur et aliquid post* quisquis es *exstitisse. Quae conformatio illustretur velut hoc exemplo:*

MES. Est lubido adire hominem. MEN. II. Adeas. MES. Salue multum, ‖ quisquis es.
MEN. I. Et tu edepol, qui me seruasti, quisquis es, saluos sies.

1065. ME *del.* SoS *Db* aduleſcenſ *B: non item proximo v.* adoleſcenſ *utroque reliqui* ſeruauiſti *B.* ſeruaſti *CDZ.* ſaluaſti *F: de A vide antea* 1066. MES *Db* quęſo *Z.* queſo *BDbF.* queſ *Da.* quiſ *C* ercle *C, ante quam vocem* M, *ut vid., erasum* eloquere *Fleckeisenus.* loquere *libri* tuum *libri* piget *DF.* piger[t] *Bb.* pier *C.* pigeſ *Z* (*corr. Scutarius*) 1067 *sq.* edepol ita *Bb, Camerarius.* me depolita *Bb.* me edepol ita *reliqui* obsequi ‖ Quae uelis. mihi 𝕾 *coll. Ter. Phorm. 79 praeeunte* quae uelis ‖ Obsequi. mihi *Vahleno.* quae ueliſ ‖ Mihi *libri* (que *Ba*) eſt *libri* menęc h mo *C.* menechmo *BD ante*

MENAECHMVS II

Immo edepól mihi.

MENAECHMVS I

Sículus sum Surácusanus.

MENAECHMVS II

Ét mihi illi patriást domus.

MENAECHMVS I

Quíd ego ex te audio?

MENAECHMVS II

Hóc quod res est.

MESSENIO

Nóui equidem hunc: erus ést meus.
Égo quidem huius séruos sum, sed méd esse huius crédidi.
Égo hunc censebam téd esse: huic etiam éxhibui negótium.
Quaéso ignoscas, sí quid stulte díxi atque inprudéns tibi.

MENAECHMVS II

Délirare míhi uidere. nón commeministí semul
Té hodie mecum éxire ex naui?

MESSENIO

Énimuero aequom póstulas.
Tú erus es: tu séruom quaere. tú salueto: tú uale.
Húnc ego esse aió Menaechmum.

---

ras. menaechm̉ *Db.* menęchinuſ *FZ* ME *Db in spat.* mi *C c. spat. in fine v.* (*) 1069. Si c . . duſ *c. ras. Ba.* Si culuſ *Bb.* Syculuſ *D* ſiracuſanuſ *BCDZ* et mihi illi patriast domus 𝔖. ea domuſ et patria eſt mihi *libri* (*) 1070. ME *Db, mox* SoS *et* MESSENIO *CDa* noui *B, Pylades.* noui ‖ Noui *CDFZ* meuſ, euſ *e corr. Bb* 1071. ſeruuſ *libri* med *Pareus.* me *libri* (*) 1072. c̃ſebam *C* ted esse *Pareus.* te eſſe *BCDF.* eſſe te *Z* hunc *C* exibui *Ba Da:* ⊢ *suprascr. Bb,* h *Dc* negocium *FZ* (*) 1073. Queſo *BCD* ſiquid *B* inprudenſ *BC.* imprudenſ *DF, codd. Pyladis.* imprudenter *Z* 1074. SoS *CDa* c̃ominuiſti, nui *ex* niv, *ut vid., corr., C* ſemul *B.* ſimul *CDFZ* 1075. e naui *Z* M *Db.*‡*CDa* enimuero aequom *B.* equũ *CF.* æ quũ *D.* ęquum *Z* poſtulaſ *C in ras.* (*) 1076. eſtu *Ba.* eſ‡tu *BbCDa, ubi* S *Db* ſeruom *BF.* ſeruũ *CDZ* quere *B.* quaere‡*D.* quę re‡*C* tu ſalueto tu *Bb.* tu ſalue totu *Ba.* ſalueto tu. tu *reliqui, nisi quod* tuuale *in ras. C,* ‡tu uale *D* 1077. MeS *praem. Db* aio eſſe *F*

MENAECHMVS I

At ego me.

MENAECHMVS II

Quae haec fábulast?
Tú's Menaechmus?

MENAECHMVS I

Mé esse dico, Móscho prognatúm patre.

MENAECHMVS II

Tún meo patré's prognatus?

MENAECHMVS I

Ímmo equidem, adulescéns, meo.
Tuóm tibi neque óccupare néque praeripere póstulo.

MESSENIO

Di ímmortales, spem ínsperatam dáte mihi, quam súspicor.
Nám nisi me animus fállit, hi sunt géminei germaní duo:
Nam ét patriam et patrém commemorant páriter qui fuerínt sibi.
Séuocabo erúm. Menaechme.

MENAECHMI AMBO

Quíd uis?

MESSENIO

Non ambós uolo.
Séd uter uostrorúmst aduectus mécum naui?

---

menec hum·at (ME suprascr.) ego *B*. menaechmum‡at ego *CDa*, *ubi* SoS *Db* me quae *CD*, *ubi* Meſ *suprascr. Db* que hec *Ba* (quę *Bb*) fabulaſt *B*. fabulaẽ *CD* (*) 1078. So *Db* Tueſ *BCD* menechni *B*. męnechmuſ *C* ME *Db*.‡*om. CD* moſcọ *F*. meſco (h suprascr.) *C* 1079. S *Db* Tun meo *Pylades*. Tun ameo *B*. Tuñameo *C*. Tunã meo *DFZ* patre eſ *libri* MeS *er*. S *Db*.‡*CD* adoleſcenſ *BCD* meo *CD ante ras. om. B*. nec *D ex ras FZ proximis iunctum* 1080. Tuum *libri* tibi nec *F* p̄ripere *B* (*) 1081. MES *CDa* Dũ mortaleſ *CD*. Dii immortaleſ *BFZ* ſuſpico *BaCDa* (*) 1082. geminei *Ba*. gemini *BbDFZ*. gemui *C* 1083. patriam et patrem *Lipsius Epistol. quaest. IV 6*. patrem et matrem *libri* commorant *C* quẹ (i suprascr.) *Bb* fuerunt *DFZ* (*) 1084. Seuocabo *BCDa*. Sed uocabo *DbFZ* . . menechme, *eraso* ME, *B* MEN. AMBO *Camerarius*. ME *BDbZ*.‡*CDa*. *om. F* MESSEN *CD* ñambo[f] *Da*. nãboſ *C* 1085. uostrorumst *Gruterus*. uoſtrũ eſt *BC et, ex* ueſtro *corr., D*. ueſtrum eſt *FZ* naui mecum *Z* MEN *CD* (*)

MENAECHMVS I

Nón ego.

MENAECHMVS II

Át ego.

MESSENIO

Te uolo ígitur. huc concéde.

MENAECHMVS II

Concessí. quid est?

MESSENIO

Íllic homo aut merus súcophanta aut géminus est fratér tuos.
Nam égo hominem hominis símiliorem númquam uidi usquam álterum,
Néque aqua aquae neque láctest lactis, créde mi, usquam símilius,
Quam híc tuist tuque húius autem. póst eandem patriam ác patrem
Mémorat. meliust nós adire átque hunc percontárier.

MENAECHMVS II

Hércle qui tu me ádmonuisti récte et habeo grátiam.

1089. *Priscianus inst. VI 20 p. 212, 6 H.:* in c duo sunt generis neutri 'lac lactis' — quod antiquissimi etiam 'hoc lacte' protulisse inueniuntur teste Capro, apud quem exempla inuenis (Plautus in Menaechmis: 'neque aqua .... similius') — et allec allecis*: cf. ad Bacch. v. 19*

1086. ME At ego MES te *B.* MES at ego te *reliqui* hunc *C* SoS *CD* conceſſi *ras. ex* conceſſeſt, *ut vid., Da* 1087. aut *om. C* merus sucophanta 𝔖. ſicophanta *B.* ſycophanta *CDFZ* tuuſ *libri* (*) 1088. hominis *Wesenbergius Emend. Cic. Tusc. I p. 27.* homini *libri* nunquã *CD* usquam *Onions 'Journ. of philol.' XIV p. 53 sq. coll. Most 905. om. libri* (*) 1089. MES *CD* Neque *B, Priscianus.* Nec *CDFZ* aque *Ba* neque *Priscianus.* nec *BCDFZ* lacte (e *ex corr. BbC*) eſt *BCD, Priscianus.* lacte *FZ* lactis ℜ. lacti *libri cum Prisciano* mihi *omnes* (*) 1090. tuiſt *D ante corr.* tui eſt *D ex corr. cum ceteris* tuque huius autem. post *Bothius.* tuqueuiuſ autẽ poſtea *Ba.* tuqꝰ ⊢·uiuſ autẽ. poſtea *c. ras. Bb.* tuqꝰ huiuſ (huiſ *C*). aut̄ poſtea *CD.* tuque huiuſ. poſtea autem *FZ* (*) 1091. meliuſ ẽ *B.* meliuſ *reliqui* percunctarier *Z* (*) 1092. SoS *CD* qui *Ba, Fleckeisenus.* quin *BbCDFZ*

Pérge operam dare, ópsecro hercle. líber esto, si ínuenis
Húnc meum fratrem ésse.

MESSENIO

Spero.

MENAECHMVS II

Et égo itidem speró fore.

MESSENIO

Quíd ais tu? Menaéchmum opinor té uocari díxeras.

MENAECHMVS I

Íta uero.

MESSENIO

Huic itém Menaechmo nómen est. in Sícilia
Té Suracusís natum esse díxti: et hic natúst ibi.
Móschum tibi patrém fuisse díxti: et huic itidém fuit.
(Núnc operam potéstis ambo míhi dare et uobís simul.

MENAECHMVS I

Prómeruisti ut né quid ores, quód uelis, quin ímpetres.
Tám quasi me emerís argento, líber seruibó tibi.

1093. opſecro *C.* obſecro *BCDFZ* lib̄ *C, ut saepius* eſtoſi *et in marg.* ¨ hodie *Dc.* e · oſi *c. ras. Ba* inuentuſ *DaZ et (suprascr.) Dc.* inuenif *ex* inuent *non deleto in fine* uſ *Db.* inuentum *F*
1094. fratrem meum *FZ* eſſe ſpero·& *(sic) B.* eſſe ſpero. MES. et *CDFZ: corr. Lambinus* itidem *Bothius.* idem *libri* "fore ſpéro *F* (*) [MES MES superscr.] 1095. MES. *Lambinus. om. libri* Quid agiſ *Ba.* Qui[d]Aiſ *D*, A *ex incohata* ſ, *ut vid., corr., unde* Qui diſ *FZ* menechmum *BC* dixeraſ, r *ex* x, *ut vid., corr., C* 1096. MEN. *CDFZ. om. B* MES *DZ. om. BCF* menechmo *BC* nomenẽ. in *CDb.* nominẽ in *Da* ſycilia *C.* ſicylia *D* 1097. Te *om. FZ* ſiracuſiſ *BCD.* ſyracuſiſ *FZ* dixti: et *Seyffertus Stud. Pl. p. 13.* dixiſti *libri* natuſ eſt ibi *BDZ.* natuſ ẽ tibi *F.* natuſ ibi *C, sed* ibi *in ras. ex* eſt (*) 1098. Moſcum *FZ* dixti: et *Seyffertus.* dixti *DFZ.* dixit *BaC.* dixſti *Bb* MES. huic *F* utidẽ *C* (*) 1099—1110. *Hos versus alterius esse recensionis Goetzius demonstravit Mus. Rhen. XXXV p. 487* 1099. *Ante* poteſtiſ *unam litteram,* q *ut vid., erasam C* 1100. MEN *CD.* Mene [ſoſi superscr.] *F* Ut neq; qđ oreſ qđ uelif *C* nequid *B* 1101. MES. *hic praemittunt libri, non v. 1102: corr. Camerarius* Tam quaſi *BCDa.* Tãnquã ſi *Db.* Tamquam ſi *FZ* me emeriſ *C ex corr. FZ.* me ęmeriſ *Bb.* meę meriſ *Ba.* me emeraſ *D* (*)

MESSENIO

Spés mihist, uos ínuenturum frátres germanós duos
Géminos, una mátre natos ét patre uno unó die.

MENAECHMVS I

Míra memoras. útinam efficere quód pollicitu's póssies.

MESSENIO

Póssum. sed nunc ágite uterque id quód rogabo dícite.

MENAECHMVS I

Vbi lubet, roga: réspondebo. níl reticebo quód sciam.

MESSENIO

Ést tibi nomén Menaechmo?

MENAECHMVS I

Fáteor.

MESSENIO

Est itidém tibi?

MENAECHMVS II

Ést.

MESSENIO

Patrem fuísse Moschum tíbi ais?

MENAECHMVS I

Ita uero.

MENAECHMVS II

Ét mihi.

MESSENIO

Ésne tu Surácusanus?

1102. *Cf. ad v. 1101* *Inde ab hoc versu personas* (MEN, MES, SOS) *habent CD recte, nisi contrarium testamur* eſt *libri* inuenturum *Lambinus, Scaliger.* inuenturoſ *libri* 1103. notoſ *C* 1104. memoreſ *C* pollioitus *C.* policituſ *F.* pollicituſ *BDZ: corr. Lambinus* poſſiſ *libri: corr. Camerarius* 1105. nunc agite *CDFZ.* nunc co·ite *rasura ex* cogite *B* id quod] iquod *C* 1106. iubet *Da: corr. Db* rogare ſpondebo *Ba* nihil *libri* 1107. menęchmo *Da.* menechmo *B.* menechimo *C.* menechmọ *Db.* menechinuſ *FZ* MEN.] *spatium F* MES.] MEN. (*iterum*) *C* idem *FZ* (*) 1108. moſcum *F* MEN ita uoet (o *supra* u) mihi *CD* 1109. Eſt ne *Ba* tu ſiracuſanuſ *BD.* tu ſyracuſanuſ *FZ.* tuſ yracuſanuſ *C*

MENAECHMVS I

Cérto.

MESSENIO

Quid tu?

MENAECHMVS II

Quíppini?

MESSENIO

Óptume usque adhúc conueniunt sígna. porro operám date.)
Quíd longissumé meministi, díc mihi, in patriá tua?

MENAECHMVS I

Cúm patre ut abiḯ Tarentum ád mercatum: póstea
Ínter homines mé deerrare á patre atque inde áuehi.

MENAECHMVS II

Iúppiter supréme, serua mé.

MESSENIO

Quid clamas? quín taces?
Quót eras annos gnátus, secum quóm pater a patria áuehit?

MENAECHMVS I

Séptuennis: nám tum dentes míhi cadebant prímulum.
Néque patrem postíllac umquam uídi.

ME. SV. certo. MES. quid tu? ME. SO. quippini *Camerarius cum F*. SOS. certo. MES. quid tu? MEN. quippini *CD*. ME certo. MES quid tu ſcilic&. ME quippini *B*, *ubi* ſcilicet *ex interpretatione* quippini *vocis repetit* ℞ (*ex* ſoſict *nota Bothius*) quippeni *Db*. quippin *FZ* 1110. Optime *BCDZ* adhuc·ueniunt (.con supra) *Da* date, e *ex* i *minio B* 1111. longiſſime *BCFZ*. logiſſime (n supra) *D* in *rasura ex* ut *D* 1112. ut abii tarentum *Db FZ*. utabutarentũ *Da*. ut apiit arentum *C*. ut habitarem. tum *B*, *punctum minio: cf. ad v. 1113* (*) 1113. dęerrare *Z*. de errare *F* auehi *CDFZ*. abiit *Ba*. abii *B ex ras.: cf. ad v. 1112* (*) 1114. SOS. *om. C* iupiter *FZ* ſup̄me *BC* MES *et ante* quid *et post* taceſ *in fine versus CD* 1115. anno *C* gnatuſ *BZ*. gnatoſ (v supra) *D*. natọſ (v supra) *C*.. nataſ *F* secum quom 𝕾. quã te *B*. cũ te *CDFZ* pat̃ a *CD*. patera *Ba* patia (r supra) uehit *Bb* (*) 1116. nam tum *Z*. nam tunc *DF*. nam tuno *C*. iam nunc *B* mihi *om. DFZ* 1117. poſtillac umquam ℞. umquã puſilla *Ba*. um-

MESSENIO

Quid? uos túm patri
Fílii quot erátis?

MENAECHMVS I

Vt nunc máxume meminí, duo.

MESSENIO

Vter eratis, tún an ille, máior?

MENAECHMVS I

Aeque ambó pares.

MESSENIO

Qui íd potest?

MENAECHMVS I

Gemini ámbo eramus.

MENAECHMVS II

Dí me seruatúm uolunt.

MESSENIO

Si ínterpellas, égo tacebo pótius.

MENAECHMVS II

Taceo.

MESSENIO

Díc mihi:
Vno nomine ámbo eratis?

MENAECHMVS I

Mínume: nam mihi hóc erat,

---

quã ꝑ illa[c] *Bb.* unquã poſtilli, nq *ex* m *corr., C.* unq post illa *D item-que, sed* ũquam, *FZ* qid *D* uos tum *Colvius in Appul. Metam. XI p. 768 a Oud., Scaliger.* uoſtrum *libri* (*) 1118. fili[i] *Bb* quot *B ex ras.* quod *BaC* erratiſ *Ba* ut *BC.* & *D.* et *FZ* nuno *C* maxime *libri* maxi·memini (me· *suprascr.*) *Bb* 1119. Vt e·ratiſ *c. ras.* r *litt. B.* Vteratiſ (///re) *D,* re *suprascr. Db erasa* e, *ut vid.* an] aut *Z* maiore (ME) que *Ba.* maior,e—que (ME) *Bb* ęquę *D* 1120. id *om. FZ* MEN *om. B* gemini *BbDFZ.* gemino *Ba.* germini *C* erramuſ *Ba* dii *FZ* 1121. taceo *Ba.* tacebo *BbCDFZ, cui voci* potius *adiunxit* 𝕾, *quod cum* taceo *iungunt libri* (*) 1122. amberatiſ *F* Minine *C.* minime *reliqui* hoc *B. om. reliqui*

Quód nunc est, Menaéchmo, illum autem túm uocabant Sósiclem.

MENAECHMVS II

Sígna adgnoui: cóntineri quín conplectar nón queo.
Mí germane gémine frater, sálue: is ego sum Sósicles.

MENAECHMVS I

Quómodo igitur póst Menaechmo nómen est factúm tibi?

MENAECHMVS II

Póstquam ad nos renúntiatumst te * * * *
* * * * * * ét patrem esse mórtuom,
Áuos noster mutáuit: quod tibi nómen est, fecít mihi.

MENAECHMVS I

Crédo ita esse fáctum ut dicis. séd mi hoc respondé.

MENAECHMVS II.

Roga.

MENAECHMVS I

Quíd erat nomen nóstrae matri?

MENAECHMVS II

Teúximarchae.

1123. menechmo *BCDa*. menęchmuſ *DbFZ* illum autem tum *Muellerus Add. ad Pros. p. 130 sq.* illum tum *BCDZ*. illum tamen *F* ſoſiclen *BD*. ſoſidem *Z* (*) 1124. SOSICLES *CD* adgnoui *BC*. agnoui *DF*. cognoui *Z* conplectar *B*. cõplectar *CDZ*. amplectar *F* nonqueo *B* 1125. Mihi *BCD* salue: is 𝕾. ſalui *C*. ſalue *BDFZ* (*) 1126. ///ẽ factũ tibi?, *crasa* e, *ut vid.*, *D*. ẽ factũ ẽ tibi *B* 1127 *sq.* *Vnum versum habent libri hunc:* ME (SOS) Poſtquã adnoſ renuntiatũ ẽ te & patrẽ ẽẽ mortuum, *nisi quod* $\text{mora}^{\text{tuum}}\text{ru}$ *B*: *quem ex duobus coaluisse duce Is. Pontano intellexit* ℜ [*velut* renuntiatumst te ⟨et deerrauisse a patre Et per praedonem aliquem ablatum esse⟩ et] (*) 1129. Auuſ *BCDF* noſter mutauit quod tibi *libri*, *nisi quod* nĩ *C*, qđ *CD*. quid *Ba*: *corr.* *Bb* nominẽ fecit *C* (*) 1130. Hercle ita *FZ* eſſe factum *B*. Factũ *CDF*. factum eſt *Z* diciſ; ſed *CDF*. diciſſ& *Ba*. diciſ ſ& *Bb*. dicit MES. ſed *Z* mihi *libri* reſponde *BC*. reſpondere *D*. reſpondeto *FZ* SOS. *om.* *CD sine spat.* 1131. MEN. *FZ*. *om.* *BCD* Quid *BaCDZ*. Quod *BbF* erat ueſtrę *Z* (erat nomen noſtrae *Pylades ex 'codd. ant.'*) SOS. *om.* *C* Teuximarchae ℜ. teuxi inarce *D* (*copul.* *Dc*). teuxinarce *BC*. theuſinarcae *F*. theuſimarce *Z*

MENAECHMVS I

Cónuenit.
Ó salue, insperáte, multis ánnis post quem cónspicor.

MENAECHMVS II

Fráter, et tu, quém ego multeis míserieis labóribus
Ýsque adhuc quaesíui quemque ego ésse inuentum gaúdeo.

MESSENIO

Hóc erat, quod haéc te meretrix huíus uocabat nómine:
Húnc censebat té esse, credo, quóm uocat te ad prándium.

MENAECHMVS I

Námque edepol iussi híc mihi hodie prándium adparárier
Clám meam uxorem, ouáns, quia pallam súrrupui dudúm domo:
Eám dedi huic.

MENAECHMVS II

Hanc dícis, frater, pállam, quam ego habeo?

MEN. *post* conuenit *demum habent CDZ* (*) 1132. O *om. F* inſpiratio *Da: ubi* io (e supra) *corr. Db,* ir (e supra) *Dc* anniſ multiſ *B solus* post quem *Gulielmus Verisim. III 20, Acidalius.* poſtquẽ *B.* poſtquã *C.* Poſt quã *D.* poſtquam *FZ cum A, in quo* ——POSTQUAMCONSPICOR *ita apparuit, ut ceteroqui reliquorum scriptura neque cum spatio neque cum litterarum reliquiis sane prorsus obscuratis conueniat:* INSP**ATETEN *ab ipso uersus initio dispicere mihi uisus sum et* EST *ante* POSTQUAM*: sed et haec incerta et prorsus dubiae (c. 10?) quae intercedunt litterae* 1133. **ATERETTUQUEMEGOMULTEISMISERIEISLABORIBUS *A* Sos. Frater (fr̃ *CD*) et tu *CDFZ cum A, ut vid.* Frater ME et tu *B* ego *BC cum A. om. DFZ* multis miseriis *Bothius cum A, ut vid.* multiſ miſeriſ *BCDFZ* (*) 1134. **Q·ADKUCQUAESIUIQUEMQ·EGOINUENTUMESSEGAUDEO *A* queſiui *B* quenque *F* 1135. KOCERATQUODKAECTEMERETRIXKUIUSUO —— *A* Hoc, c *ex* ſ, *ut vid., C* hęc *ex* hoc *C* meritrix *C* 1136. KUNCCENSEBATTEESSE****OQUOMTEUO—— *A* quom *B cum A, ut vid.* cũ *CDFZ* 1137. NA*Q·EDEPOL——RARIER *A* nanq; *C* edepol *CD* iussi hic mihi hodie 𝕾. hic mihi hodie iuſſi *libri* (iuſſit *B ante ras.*) prandium appararier *Camerarius cum A, ut vid., praeeunte* apparari prandium *Pylade.* prandiũ paraui (r supra) *Bb.* prandium adprandiũ *C.* prandium adparandum *D et* (app.) *FZ* (*) 1138. CLAMMEAMUXO——DUDUMDOMO *A* ouans, quia 𝕾. quia *Ba CDFZ.* quia (oi supra) *Bb* ſurrupui *C et, ras. ex* ſurrupuit, *B.* ſurripui *D.* ſubripui *FZ* (*) 1139. EAMDEDEIKUIC‡KA—— QUAMEGOKABEO ‖ K——ST *A* dedi[t] *Db (fortasse etiam A)* habeo.

MENAECHMVS I

Haéc east.

Quómodo haec ad té peruenit?

MENAECHMVS II

Méretrix, quae huc ad prándium 1140
Me ábduxit, me síbi dedisse aiébat. prandi pérbene,
Pótaui atque accúbui scortum: pállam et aurum hoc ábstuli. 1142

MENAECHMVS I

Gaúdeo edepol, sí quid propter mé tibi euenít boni: 1144
Nám illa quom te ad sé uocabat, mémet esse crédidit. 1145

MESSENIO

Númquid me moráre, quin ego líber, ut iustí, siem?

MENAECHMVS I

Óptumum atque aequíssumum orat, fráter: fac causá mea.

MENAECHMVS II

Líber esto.

MENAECHMVS I

Quóm tu's liber, gaúdeo, Messénio.

MEN. Haec east *Vahlenus* (*in A siquidem* K——ST *perdubiae revera exstant,* KAECEST *fere locum habere visum est*). habeo MEN. *BCDFZ* (*) 1140. QUOMODOKAECADTEPER——————DIUM *A* (*et* MER *in fragmento*) hec *Ba.* hęc *Bb. om. Z* Meritrix *C* quae huc *R.* huc *BCD.* hęc *FZ* 1141. MEABDUXITMESI——————NE *A* adduxit *CZ* me *ex* mihi, *ut vid., corr. C* ſib (*sic*) *suprascr. Db* dediſti *ante corr. C* alebat *B ante ras.* aiebat *C* 1142. POTAUIATQ—————— *A* potaui *DcFZ cum A.* Dotaui *B Da.* dodaui *C* aurũ *ex* aurã *C* abstuli *Onions l. s. s. p. 74. om. libri* (*) 1144. G**DEOEDEPOLS*Q——————IT**NI *A* MEN. *om. F* ędepol *D* ꝑter *C.* 1145. NA*****QU—————— CREDIDIT cum *BCDFZ* (*non A, ut vid.*) memet *R.* me *libri* (*) 1146. NUMQUID********QUIN***LEIBER*****TISIE* *A* MESSEN. *CDFZ* nunquid *Da.* nunquiđ *Db* memorare *BCZ* quin ego *Bb.* cum ego *Ba.* Qua nego *C* iuſti ſiem *Dc cum A, ut vid.* iuſtiſ eam *BCDa.* iuſti eam *FZ* 1147. OPTU***ATQ·AE******* UM*********RFACC***AMEA *A* Optimum *BCDFZ* aequiſſimum *DZ.* equiſſimum *BCF* erat *D* 1148. LIBERESTO‡QU******** BERGA*DEOMESSENIO *A* So. *Z: et sic in proximis* ME *suprascr. Db* quõ *Ba.* quo[m] *Bb.* cum *CDFZ* tueſ *BCD*

MESSENIO

Séd meliorest ópus auspicio, ut líber perpetuó siem.

* * * * * * *

MENAECHMVS II

Quóniam haec euenérunt, frater, nóbis ex senténtia,

Ín patriam redeámus ambo.

MENAECHMVS I

Fráter, faciam ut tú uoles.

Aúctionem hic fáciam et uendam quídquid est. nunc ínterim

Eámus intro, fráter.

MENAECHMVS II

Fiat.

MESSENIO

Scítin quid ego uós rogo?

MENAECHMVS I

Quíd?

MESSENIO

Praeconiúm mi ut detis.

MENAECHMVS I

Dábitur.

1149. SEḌ********ESTOPU**UṢPỊCIOUTḶỊBERPERPẸTỤOSIEM *A* MES. *BD.* SoS. (*omissa hac nota ante v. 1151*) *FZ. om. C* Sed me *in ras. Da* melior ẽ *Ba.* meliore ẽ *BbCDFZ* auſpitio *CD* ſiet *F.* ut ſiet *Z* 1150. *Aliquid responsum esse Messenioni cum prorsus credibile sit, lacunam signavit* ℞ 1151. QUOṆỊẠMḲAẸCEUENẸṚUṆṬ ——— ———RA———TENTIA *A* Qm̄ (*h. e.* Quoniam) *BC.* quõ *Da.* quoniã *DbFZ* hec *Ba.* hęc *Bb* MEN *ante* Euenerunt *erasum D* fr̃ *C* nobis ex sententia *Camerarius.* noſtra (nr̃a *C*) ex ſententia *libri cum As* (*) 1152. INPATRIAMREDEAMUS********TER‡FACIAMUTỤỌḶẸṢ *A* ME *ante* frater *Db cum reliquis* fatiã *D* ut tu *B.* ut *reliqui cum A* (*) 1153. *Sic A* (INTERĪ) uendẹm (a *supra*) *C* quid quid *B.* quicquid *reliqui cum A* nunc *B cum A. om. reliqui* interi *C* 1154. *Sic A, nisi quod* ‡FIATSCITINQUID *spat. om., ubi* fiat MEN. ſciam Quid *C.* fiat MES. ſcit inquid (*ex* inquit *corr.*) *Ba: copul. Bb* ſcitiſne *suprascr. Dc* 1155. QUIDPRAECONIUMMIKIUTDETISDABITURERGONUNCIAM *A, ubi* MES. praeconium (preconium *C*) mihi (m (i *supra*) *D*) ut detiſ *CDF.* MES. m (i *supra*) p̄coniũ uidetiſ *Ba* (ut detiſ *Bb*). MES. Pręconiũ ut mihi detiſ *Z,* dabitur ergo *etiam BCDZ.* dabitur i *F*

MESSENIO

Ergo núnciam
Vís conclamari aúctionem fóre?

MENAECHMVS II

Equidem die séptimi.

MESSENIO

Aúctio fiét Menaechmi máne sane séptimi.
Vénibunt seruí, suppellex, fúndi et aedes. ómnia
Vénibunt quiquí licebunt, praésenti pecúnia.
Vénibit — uxór quoque etiam, sí quis emptor uénerit.
Víx credo auctióne tota cápiet quinquagési *
* * * * * * * is aes.
Núnc spectatorés ualete et nóbis clare plaúdite.

(MES. *interposuit Camerarius*), nuntiã *Ba.* nũtiam *C* (*) 1156. ME *praem. B,* MES. *FZ: hic del. Camerarius* UISCONC******AUCTIONẸṂFOREQUIDẸMDIESEPTIMI *A* MEN. equidem *Bergkius Symb. I p. 144.* quidem *D cum A.* quidẽ *B.* quid eſt *C.* MEN. quidem *FZ* ſeptimi? (*non* ſeptimi & *ante ras.*) *D* (*) 1157. AUCTIOF———————P TIMI *A* MES. *Camerarius. om. libri* menechmi *BCD.* MES. menẹchine. MEN. *FZ* ſeptimi̊, o *minio, B* 1158. UENIBUNTS SOMNIA *A* Veni·bunt *cum ras. B* (*et mox* Veniẹbunt *et* Veniẹbit *Bb*) ſuppellex *BCDaZ: corr. Dc* fundi et aedes *Muellerus Pros. p. 681 sq.* fundi aedes *libri cum Ar, nisi quod* ẹdeſ *BbC.* . edeſ *cum ras. Ba* (*) 1159. UENIBUNTQUIQ————ṢẸṆṬỊPECUNIA *A supra* quiqui *scripsit* i. q° q° *Dd* p̄ſenti *BD* 1160. UENỊḄỊTỤX̣ORQỤ————SIQUỊSEṂPTỌRUENERIT *A* ueuerit *Z* (*) 1161. auctione tota *Bothius cum A, ut vid., in quo* UIXC̣ṚẸḌOẠỤC̣ṬIO—— *apparuit.* tota auctione *BCDFZ* caput *C* ————QUINQUAGESISAES *A.* quinquageſeaeſ *CD.* quinquageſieſ *BaFZ.* quinquagẹ̊ſịeſ (*h. i.* quinquagieſ) *Bb, ubi lacunam signavit* 𝕾 *ad hoc exemplum explendam:*

Vix credo auctione tota capiet quinquagesi⟨mam
Aeris quod meret: habebis uili rem, si habessi⟩s aes.

(*) 1162. ualete *ex* ualere *D* ————CLAREPLAUDITE *A.* clare dare plaudite *B.* clare applaudite *CDFZ* PLAUTI MENECHMVS EXPLICIT· *B: de subscriptione in A cf. praef.*

APPENDIX · CRITICA

Arg. v. 2. clam altero *Pylades.* illorum altero *ℜ.* altero ilico *Muellerus Pros. p. 497 sq.* — Eorum surrupto altero mortem oppetit *Opitzius in Stud. Lips. VI p. 253 sq. 273 male adhibens 'cod. Flor.' apud Osannum scripturam* Ex illis s. a. mortem oppetit (*sic Lambinus*). — *Cf. v. 34 sqq. et Trucul. v. 624, Hor. c. II 3, 26 sq.*

Arg. v. 3. surrepti illius illi indit *Pylades.* surrepticii indit illi (*cf. prol. v. 42*) *Camerarius non improbante Muellero Pros. p. 490* [surreptici illi indit *Vahlenus praue usus falso de B testimonio* surreptiti: *cf. Woelfflinus in Archio V (a. 1888) p. 421, ubi id ipsum exposuit quod 'phil. Rundsch.' a. 1882 p. 723 significaveram non recipiente Vahleno Hermae XVII p. 620*]. surrepti illic indit *Spengelius T. M. P. p. 192.* surrupti ibi indit illi *ℜ in edit., ubi pro* ibi *Brixius* tum, *Opitzius p. 272* cum *proponebant.* surrupti pueri illi indit *ℜ Opusc. II p. 416 sq. Ceterum cf. Hecyrae per. v. 5:* Profectus d e i n in Imbrum. — *V. 4* facít *notabat ℜ addens in praef. p. IX nihil ab antiquitate alienius esse quam admissum talem anapaestum* paternŭs făcít: *at cf. Muellerus Pros. p. 110, Opitzius p. 263.*

Arg. v. 6. Ante Camerarium hunc versum adiecerat Beroaldus: Cunctas per oras in epidamnum uenit. *Pro* post Epidamnum deuenit *Bergkius Opusc. I p. 678 dubitanter* postremo Epidamnum uenit: *cf. Brixii adnot.*

Arg. v. 7. Hic (Huc *Meursius*) fuerat auectus *Beroaldus.* Hic fuerat auctus *Camerarius.* Huc fuerat ductus *Acidalius, quod recipiens ℜ 'non male'* alitus (altus *Pareus*) *corrigi addidit: cf. Opitzius p. 248. De v.* 8 *cf. Muellerus Pros. p. 514. 694.*

Arg. v. 10. Ibi se cognoscunt *ℜ cum Bothio. Ceterum cf. Ottius Annal. phil. CIX (a. 1874) p. 863 adn.*

PROLOGVS. *'E disparibus partibus hunc, qualis nunc habetur, prologum conflatum esse viderunt Osannus Anal. p. 178 sq. et Ladewigius Philologi I p. 278 sqq. Cuius prologi ineptias plurimas patienter tolerare praestabit quam vel emendando vel resecando tollere' ℜ. Ob v. 6 cum v. 14 sqq. repugnantiam apertam cum iam Wolffius 'de prol. Pl.' (Guben. a. 1812) v. 1—12 reiecerit, rectius post Osannum v. 7—16 continuos a v. 1—6 segregarunt (cuius rei rationem non satis respexit Dombartus 'Bl. f. b. Gymn.' XVII, 1881, p. 34). Iam cum Brixius Vahlenusque Mus. Rhen. XXVII p. 173 sqq. reliqua cum alterius exordii versibus continuari posse opinentur, latius patere dittographiam ex parte certissimam intellexerunt cum Teuffelius 'Stud. u. Char.' p. 263 sqq. Lorenziusque 'Goetting. gel. anz.' a. 1868 p. 1208 sq. tum Langenus Ind. lect. Monast. a. 1873 et Dziatzko Annal. phil. CVII, a. 1873, p. 833 sqq. Cf. ad v. 19. 22 sq. 36b. 38 sq. 43 sqq. 58 sq. 63 sqq. 72 sqq.*

7—12. *Sic hos versus constituit* ℜ:

Atque ádeo hoc arguméntum graecissát: tamen 11
Non átticissat: uérum sicelissát [tamen]. 12
Atqui hóc poetae fáciunt in comoédiis: 7
Omnís res gestas ésse Athenis aútumant,
Quo uóbis illut graécum uideatúr magis.
Ego núsquam dicam, nísi ubi factum dícitur. 10

Vbi v. 11 *sq. ante v.* 7 *traiectos improbarunt Brixius, Vahlenus l. s., Braunius 'Observ. gramm. et crit.' p. 27, alii. — V.* 7 [9 ℜ] Alii *pro* Atque (Atqui) *Muellerus 'Nachtr.' p. 128: at cf. Schwabius Annal. phil. CV, a. 1872, p. 403 sq. — V.* 9 [11] Quo graecum uobis illud *Bothius.* Quo illuc rei uobis graecum 𝔖. — *Ad illustrandum v.* 10 [12], *de quo multa inania protulerunt, adhibeas proverbium 'factum, non fabula'. — V.* 12 [8] uerum sycilicissat *Scutarius et* (sicil.) *Beroaldus, Scaliger.* sicelissitat *Lambinus sic ceteris perversis cum Mureto Var. lect. III 13:* graecissat tamen: Verum non atticissat, at sic. *Transponi Ladewigius l. s. s. p. 280 iussit:* Atque adeo hoc argumentum sicelissitat (*sic*), Non atticissat, uerum graecissat tamen. *Duce Festo* uerum sicelissat tamen ℜ *monstrum verbi* sicilissitat *male a Sibero* (*apud Taubmannum*) *aliisque defensitatum merito improbans* (*cf. Opusc. phil. II p. 434 et adde Funckium in Woelfflini Archio III, a. 1886, p. 412 sq.*). *At nequaquam* σικελίζειν *graecum impedit quominus hominem Romanum ob* Siciliam *vocalem immutasse sumamus, in qua cum libris sinceriora Pauli Consentiique testimonia consentiunt* (sicelissitat *etiam Vssingius*). *De* uerum *pro* sed *substituto cf. Leidolphus 'de Festi et Pauli locis Plautinis' p. 249 Baierusque 'de Pl. fabul. rec. A et P' p. 75.*

13. *Vt insiticium hunc v. om. Pylades assentiente Osanno. Ceterum cf. Rostium Opusc. p. 93 sqq. Ante* hoc fuit (*ubi* fuat *Dousa*) quoddam *inserebat Mureto auctore Lambinus,* quidem *auctore Scaligero* (*ad Ausonium*) *Taubmannus;* fabulae *ante* argumento ℜ (Hoc fabulae argumento antelogium fuit *Brixius.* Hoc igitur a. a. fuit *Bergkius Opusc. I p. 678*)*: at apud Ausonium* fabularum *ipsi voci* argumento *respondet, cum* interim *potius ad verba Plautina pertinere videatur versui aptissimum eodem loco, quo etiam versus antecedens labem tulit. Ceterum vix recte huc revocaveris* anteloquium *Symmachi epist. 8. 23: contra certissime Fulgentii contin. Verg. p. 148 M.:* omisso ergo a n t e l o g i i circuitu coepti operis aggediamur exordium*: unde simul aliquid ponderis accedit versui 36b, quem eidem prologo eodem teste per se sane levissimo vindicavimus.*

16. Tanta *'prisca exemplaria' Pii, Muretus,* ℜ*:* Tantum *etiam Pyladis codices omnes, quod apte defendas collato Asin. v. 8* (*non recte def. Vssingius*). *Contra* argumentum *abesse a 'priscis exemplaribus' Pylades dicit* uestra adest *substituens, ubi* adest nobis *Guietus,* nostra adest *cum Bothio* ℜ (argumentum est *Camerarius*). *Mil. v. 79 sq. abusus duos versus effecit Onions 'Journ. of. philol.' XIV p. 53 sq. priorem pessime per* ádest mihi comitas *concludens. Sane vel* ádĕst benignitas *hoc versus loco suspectum* (*cf. etiam Merc. 11*)*: an fuit* dandum (*cf. v. 14*) *pro* narrandum*? — V.* 17 ſyracuſiuſ *alibi legi Pius ait.*

19 *sq. Propter Nonium de transponendis* mater ut *dubitabat* ℜ, *de*

forma pueris *prologistae tribuenda non dubitat L. Muellerus ad Nonium. Ob* mater sua *nutricisque notionem singularem mox verba* quae mammam dabat Neque adeo mater ipsa *amplificatori tribuit Dziatzko l. s. s. p. 836 sq., vix recte ob ipsam singularitatem.*

26. alterum geminum in nauem *Pylades.* in nauim alterum geminum *Bothius olim.* geminorum alterum in nauem *𝕽 cum Hermanno apud Beckerum Quaest. p. 107, ubi* filium alterum *Wagnerus,* geminum hunc alterum *male Onions l. s. s. p. 54: cf. ad v. 40.*

31. aberrauit inter homines *Acidalius.* deerrauit inter homines *Fleckeisenus coll. v. 1113.* inter homines exerrauit 𝕾.

33. in Epidamnumque auehit *Acidalius.* atque in Epidamnum auehit *𝕽.* auehitque Epídaminum *Hasperus Annal. phil. CXXXI p. 314 (item* Epidaminensis *v.* 32. 57. 1000) *praeter rationem.*

35. *Pro* eaque is *Saracenus* atque is, atque ea *codd. Pyladis,* eaque in *Pareus.*

37. *Interpretis esse urbis nomen Fleckeisenus quoque suspicatus proposuit* In patriam postquam. *Correptam vocalem alienis exemplis defendebant Brixius, Wagnerus Mus. Rhen. XXII p. 427, Vssingius. Cf. Muellerus Pros. p. 137. 278, Dziatzko l. s. s. p. 836.*

39. pueri [in itinere] esse *𝕽.* pueri eius ĕsse Tarenti *Fleckeisenus obloquente Engero in progr. Ostrow. a. 1852 p. XIV.* pueri esse ibi Tarenti *Muellerus Pros. p. 521 (cf. p. 278).* pueri | esse Tarenti *Vssingius. An:* pueri amentia esse? *Cf. Bergkius Opusc. I p. 379.* Tārenti *qui defendunt cum Teuffelio l. s. s. (etiam Birtius Mus. Rhen. XL p. 524) velim etiam* āberrauit *v. 31 aliaque defendant.*

40. nomen huic auos gemino *Pylades. Cf. Prol. Trin. p. CLXXIII.* nomen auos illi gemino *Fleckeisenus.* nomen auos huic geminorum *Wagnerus.* nomen auos abhinc gemino 𝕾 (*cf. Lachmannus in Lucr. p. 196 similisque usus* dehinc *adverbii ad* postquam *relati*)*: utique in pronomine recte haesit Fleckeisenus.*

41—48. *Sic hos versus constituit 𝕽:*

Ita illúm dilexit, quí subruptust, álterum:
Illíus nomen índit ille ei quí domist. 42
Ne móx erretis, iám nunc praedicó prius: 47
Idémst ambobus nómen geminis frátribus. 48
Menaéchmo idem quod álteri nomén facit: 43
Et ípsus eodemst áuos uocatus nómine. 44
Proptérea illius nómen memini fácilius, 45
Quia illúm clamore uídi flagitárier. 46

Qua ex transpositione (*simul* facit *pro* fuit *inducto*) *Brixius olim v.* 43 [45 *𝕽*] *delebat, Teuffelius v.* 41. 42. 47. 48 [41—44] *alteri recensioni tribuebat. Oblocuti sunt Vahlenus Schwabiusque l. s. s. Cf. Langenus et Dziatzkio l. s. s. Ceterum v.* 44 Etenim ipsus *corr. Schwabius,* eodem auos est *Camerarius, v.* 46 clamore audiui *Bergkius Opusc. I p. 678: at cf. Georges s. v.* uidere *II A A. 2.*

51 *sq.* sibi uolt Audacter *Pylades e 'codd. antiquis, in quibus* epidãni *plane legitur.'* sibi Velit, is audacter *Camerarius.* — in Epidamnum (Epidaminum *om.* in *Hasperus l. s. s.*) curarier Sibi uelit *Spengelius Philol. XXXVII p. 419. Pro* uelit *corr.* uolet (*provocans ad Pyladis codd.!*) *Brugmannus de part.* NI *p. 15.* Epidamnum (*vel* in E.)

qui defendunt neglegunt non tam per se offensioni fuisse accusativum (quamquam curare aliquid aliquo non dicitur, mandare sic dici potest) quam versu 53 respui. Possis Epidamni a me curarier Sibi uolt. *Cf. Poen. v. 79—82 ibique adnotata.*

55. *Ex* Nam nisi *male repetito (cf. Bergkius Opusc. I p. 178)* Nisi quod *efficiens* nugas *del. ℞, ut cum Pylade omnes editores in gemino versu Poenuli 82: ubi item rectius initio* Verum *aut deleveris (servato* magis maiores nugas) *aut ad v. 83 initium pro* Sed *adhibueris (cf. supra ad v. 12).*

57. ille quem ante dixeram *Lambinus in adnot.* illic quem dudum d. *Engerus l. s. s. p. XVIII.* ille ut dudum d. *Muellerus Pros. p. 336 sq.* ille quem ad modum d. *Langenus l. s. s.* ille quem modo d. *Dziatzko l. s. s. Cf. Brandtius de gen. p. 9. Fortasse antequam locus versibus 43 sqq. 58 sq. additis dilataretur fuit velut* quem dudum aluerat. — *V.* 62 qua *cum B b et mox* die *pro* diem *Camerarius, ubi* quom *et* diem *restit. Acidalius.*

63 *sqq.* pluuerat *℞ cum Aldo atque Bentleio in Hor. Serm. I 5, 15. At praeter Consentium cf. Varro de l. l. IX 104 ibique Muellerus. Mox (ubi* Ingressum *Faernus in Ter. Heaut. II 2, 10 inscienter, ut vid.)* Ingressust (*et v.* 65 fluuius *pro* pueri, *ubi* pueri is *℞) Bergkius Opusc. I p. 159 sq.,* Ingresso *Dziatzko l. s. s.: quibus mutationibus cum anacoluthon ex verborum lusu ortum evitetur, molestiores fiunt enuntiationes. Ceterum* haud longiter *malebat Lambinus.*

67. Ita illi diuitiae euenerunt *Pylades.* Illi tum diuitiae (diuitiae tum *Guietus*) euenere *Camerarius.* Illo illi diuitiae e. *Bothius.* Illi diuitiae ita e. *℞ obloquente Braunio l. s. s. p. 21.* Illi diuitiae prouenerunt *Spengelius l. s. s. p. 435. Prologistae tribuere possis* Illi dum diuitiae (*cf. ad v. 85*). *Priorum vero commenta neglegunt apertam inter* maxumam crucem *et* diuitiae maxumae *oppositionem: unde etiam Dziatzkonis opinio amplificanda erat. — Ad* ueniet *v.* 70 *repositum cf. praeter v. 230 Poen. 124, Amph. 140.*

75. Modo enim fit leno *Camerarius (ubi* enim *del. Bentleius).* Modo hic agitat leno *Gruterus, quem recte scripturam interpretatum esse ratus* Modo leno hic agitat *trai. ℞ 'nisi* Modo agitat leno hic *vel* Modo enim hic leno agitat *males' (cf. Muellerus Pros. p. 397).* Modo hic adstat leno *Bothius.* Modo huc aditat leno *Onions l. s. s. p. 55. Quas omnes scripturas respuit sententia* (agitat *etiam linguae usus*)*: neque recte* familiae *v. 74 ab omnibus dicuntur histrionum (unde Brixius vel* hic *v. 75 histrionem significare voluit!), quasi pro catervis diversis diversae comoediarum urbes fingantur. Nostram scripturam confirmat Trucul. v. 10—12. Adde Pompon. v. 111 R., al.*

77 *sq. Ex alio parasiti monologo hos versus derivat Sonnenburgius 'de Men. Pl. retract.' ed. Bonnae a. 1882 p. 2 assentiente Ribbeckio Mus. Rhen. XXXVII p. 532, obloquente Langeno Stud. Pl. p. 296. Hiatum inter v.* 78 *et* 79 *quem senserunt cum Ritschelio (cf. praef.) inde revocare possis, quod insequens potius oratio ex alia fabula Menaechmis accommodata sit. At melius lacunam ad hoc exemplum expleveris:* Sunt uéro item alii, quí me Pendiculúm uocant, Ideó quia cena ubíst quasi uinctus péndeo (*cf. testim. ad v. 391*).

82 *sq. Hos versus secl. Vssingius itemque Ribbeckius refutante Lan-*

geno p. 40. — Namque homini *cum Camerario* 𝔑. Nam homoni *Bergkius Opusc. I p. 148.* nimis *inter* (homi)ni mis(ero) *fuit qui insereret (alia Muellerus olim Pros. p. 745); at* hoc *confirmat inter alia exempla Bacch. 424 neque quidquam insulsius Belowio, qui 'de hiatu' p. 18 hoc certum hiatus post* Nam *exemplum habet, v. 96 (p. 19) incertum 'quoniam non minus recte (!) in alia v. sede hiatus statuitur.' Ceterum* accedit *Bothius (Bentleiusque) reduxit* (accidit *vulg. c. Camerario*).

85. Cum *Lorenzius 'Goett. gel. anz.' a. 1868 p. 1211.* Tam (*i.* Tamen *vix sic collocatum*) *Ribbeckius l. s.* Dum *Langeno, L. Muellero, aliis probatum, sed alias a Plauto non sic usurpatum, etsi retinui, aptius puto versuum 84 sq. principia* Nam *et* Tum *inter se permutari.* — compeditis *Brixius in adn.* — ianuam *frustra def. Turnebus Adv. XX 27.* lamnam *Gulielmius.* annulum *Colvius in Appul. Met. VI p. 661b Oud.* anum *vindic. cum Salmasio Gruterus Susp. lect. II 1.* ei anum *coll. CD Langenus Philol. XXXIII p. 708 (Stud. Pl. l. s. s.).* autem anum *Vahlenus,* tum — autem *huic loco non aptius quam in editione in Herm. XVII p. 620 sq. defendens ex Pers. 462 sqq. (ubi ex ordine quo procedunt primum Sagaristio tum autem Virgo describuntur: cf.* Poste autem *v. 839): refutavit etiam Ribbeckius.* — proterunt *Saracenus.* perterunt *Beroaldus* (praeterunt *Pius, Salmasius, alii*).

86. naugae 𝔑 *Opusc. II p. 425 abusus rasura in B.* — sunt merae *Pylades.*

89. mensas plenas *coll. v. 101 Muellerus 'Nachtr.' p. 81.* — tu hominis 𝔑. tu homini *Fleckeisenus.* homoni *Brixius contra Bergkii sententiam Opusc. I p. 149 sane perversam. At ne* tu *quidem spatio in A sufficit.* hamo *vero praeter supplementi lenitatem et* rostrum deliges *commendat et Curc. 431, Truc. 42.* — hominem rostro *Guietus.*

91. *Hunc v. del. Geppertus Stud. Pl. II p. 64 perversa ratiocinatione ab A abesse contendens.* — arbitratu et affatim *Camerarius.* arbitratud ad fatim *post Buechelerum de decl. lat. p. 47 sq. Christiumque Mus. Rhen. XXIII p. 564* 𝔑 *'N. Pl. Exc.' I p. 72. Cf. Muellerus Pros. p. 490.*

92 *sq. De* hercle: edepol *cf. adn. in Bacch.*[2] *595 ibique excitatos. In* effugiet, *quod A tuetur cum Nonio (itemque fortasse* te fugiet *ad* ecfugiet *revocandum), haerendum non esse contra Brixium demonstrarunt Caesar Rebliniusque l. s. s. Quod vero v.* 93 *Langenus contra Ribbeckium l. s. s. vindicare studuit propter* uincla escaria *sic demum recte adiuncta, non minus recte haec referentur ad v. 87—89.*

94. *De delendo* Ita *cogitabat Fleckeisenus: at cf. Langenus 'Beitr.' p. 233, 339.* Ea enim nimi' lenta *L. Muellerus ex Nonio, perperam.*

95. Quo magis *Fleckeisenus: quod Ritschelius fuit cum verum haberet: at cf. Langenus 'Beitr.' p. 289 sq.* — intendas *Camerarius, contra quem Scioppius dixit Susp. lect. II 19.*

96. nunc *etiam* 𝔑. hunc nunc *Muellerus Pros. p. 505, 'Nachtr.' p. 81. Cf. Seyffertus Stud. Pl. p. 20.* huc nunc *praetuli coll. Merc. v. 555 cum propter* quo (*ubi* quoi *denuo suasit Langenus Philol. XXXIII p. 709, Stud. Pl. p. 296: at cf. praeter alia v. 124 'aliquo') tum propter v. 98 facillime iam emendandum (cf. Mil. 21 sq., al.). Ceterum de* adiudicatus *cogitabat Langenus: at cf. testim.* — ultro ego *Geppertus.*

98. *Inde ab hoc versu novam recensionem statuit Sonnenburgius p. 2 sq.: at cf. Ribbeckius Langenusque p. 41. 296 (addasque ad* medicinam facit *in quo haesit ille Curc. 160). In* illīc homo *nihil vitii Bentleius suspicatus est in Hor. Serm. I 3, 11.* hercle *post* homo *inseruit* 𝔅 *(quod post* Nam *saltem ponendum fuisse Kellerhoffius 'de colloc. verb. Pl.' p. 24 monuit coll. Seyfferto Stud. Pl. p. 21),* homones *suasit Bergkius Opusc. I p. 148,* Namque illic *vel* Nam ille quidem *Abraham 'philol. Wochenschr.' a. 1885 p. 270. Cf. ad v. 96.*

102. Et tantas struices *Bothius imperite.*

105. Domi sum domitus usque *Pylades.* Domi domitus fui usque *Camerarius (cf. Kaercherus 'Prosod.' p. 22).* Domi simitu fui *Dissaldeus.* Domi dum dominus sum usque 𝔅. Domi domītus sum usque *Brixius olim.* Domi dum inuitus sum usque *Madvigius Advers. II p. 7.* Domi dominatus (*i. e.* conuiuatus) sum usque *Vahlenus (cf. Ind. lect. aest. Berol. a. 1880 p. 6 sq.).* Domi dum intus sum *(!) Vssingius. At reputandum erat primum* Domi dómitus *quamvis versui sensuique minime satisfaciat, per se non offendere (cf. Lucr. V 1333), sed lusum continere Plautinissimum tam sono quam sensu, quippe cum contra ponatur foris vincto; deinde v. 107 per se optimum non habere quo referatur (unde aut plus minus violenter mutarunt aut inepte argutati sunt): quare utriusque versus incommodo uno neque eo violentiore supplemento succurrendum erat. Caros suos in ius vocat (cf. Varro r. r. III 9), unde cum mox deficiant, non habet qui ventrem impleat.*

107. Id quoque iam, cari qui instruuntur, deserit *Palmerius: ubi* instruantur *Scaliger.* Ii quoque iam cari qui instruxerunt, deserunt *Pylades.* I quoque iam cari qui instruuntur, deserunt *Salmasius.* Id quoniam, cari qui instruuntur, deserit *Acidalius.* Sed quoniam cari, quom instruontur, deserunt 𝔅 *ponens 'quod saltem construi posset, aliorum acumini satis obscura verba commendans', ut olim Camerarius in annot. Exempla alienissima comparans (velut Amph. prol. 81, Bacch. 546, al.) post* Id quoque *vel* Id quoque iam *distinxit Vahlenus l. s. s. et Ind. lect. hibern. a. 1882 p. 4 sq. Cf. ad v. 105 carosque qui instruuntur et deserunt illustres ex Capt. v. 155—164.*

110 *sqq. 'In numerorum discriptione nec Bothianum exemplum nec Hermannianum Elem. doctr. metr. p. 221 sq. potui in omnibus sequi'* 𝔅. *Adde Studemundum de cant. p. 10. 12. 76. 86, Crainium 'd. Comp. d. Pl. Cant.' p. 9 sq., Winterum 'd. metr. Reconstr. d. Pl. Cant.' p. 62, Spengelium 'Ref.' p. 372 sq., passim, alios. Versum* 110 *cum mere choriambicum esse Bothius aliique voluerint (cf. Leo Mus. Rhen. XL p. 198), alii creticum (relicto* sis*) probarunt (ut olim Spengelius de cret. p. 21, iam Seyffertus 'Jahresber.' a. 1881/2 p. 43: atque vel insequentem v. Crainius creticum habuit admisso inter alia* odío*): alii anapaesticos esse et hunc et sequentem esse crediderunt, quos non minus male in tres dispescuit Muellerus Pros. p. 184 (admisso* sĭs*) quam (recepto* sies*) trimetros acatalectum cum catalectico Spengelius admisit per se improbabilissimos pessimosque (cf. Christius 'metr. Bem.' p. 45, aliter iudicans 'Metr.' p. 394 ed. alt.).*

111. *Liberius Hermannus:* Quód uiro odió uides, túte item tíbi habeas, *Ritschelius:* Quód uiro odio uídeas esse, túte tibi habeás item, *Wagnerus:* Quód uiro esse uídeas odio, ódio tute habeás tibi. *Bergkius*

Opusc. I p. 166 adn. sotadeum et hunc et v. 114 *habuit* uiro tuo *scribens. Fortasse melius* uideas odio esse uiro *traieceris, haec pars versus ut concinat cum v. 114 sequente ithyphallico. Ceterum si v.* 110 *cum A in duos dispescas, magis etiam idem et hoc v. et v.* 114 (*cum Wagnero*) *statuendum erit. Cf. ad v. 110 sqq.*

113. uises *Madvigius Opusc. alt. p. 78. De* pos hunc *scriptura quae antecedit cf.* ℞ *Opusc. II p. 549. 551.*

114. *Dactylicos catal. agnoverunt* (*admisso* forăs) *Wagnerus, Winterus, Leo.* foras *delens et* me *pro* reuocas *sribens hunc versui 110 adaequabat Bentleius coll. Merc. v. 221. Item* foras *del. dimetro cret. dimetrum anap. catal. subiunxerat Hermannus. Totum anapaesticum esse voluerunt Muellerus, Brixius* (*dimetros catal. discribentes*), *Spengelius* (*hic* retrahis *post* retines *adiecto octonarium complens cum caesura post* iré uolo, me). *Septen. troch.* (rogas *corr.*) *constituit Koepkius, octon. Ritschelius* ego ire uolo *scribens, ubi* uolo ire *Bothius,* abire uolo *Crainius,* exire uolo *Vahlenus. Cf. ad v. 111.*

116. egerim, *quod Bb non minus inepte correxit quam* dedam, *post Brixium obstinate defendit Vahlenus Herm. XVII p. 612 et nunc vel contra vestigium melioris scripturae in A defendat. Ferri non posse intellexit Hauptius* foras egeram *coni. Opusc. III p. 519* (degeram *Schwabius l. s. s. p. 407*) *melius saltem quam* foris re(i) geram (*post* negoti geram*!*) *Onions l. s. s. p. 56. Proxime ad verum accessit Vssingius* pegerim *proponens duce B a C D, quo tamen* pepigerim *praestat tam ob spatium in A quam ob ipsam formam. Ad* foris pepigerim *cf. v. 124* aliquo condicam foras *et Asin. 864 sqq.*

118. necessum est loqui *Bentleius.* necesse eloqui *Hermannus.*

119. Nimium ego habui *Hermannus p. 208, Bentleius.* Nimis te ego habui *Fleckeisenus.* Nimium te habui ℞ *addens 'Bentleium de clausula* (Te delicatam) *cogitantem in Andr. IV 1, 12 non intellego'. — Ceterum cf. Brixius in progr. a. 1854 p. 4, Ribbeckius in trag. fragm.² p. XXI, Olsenus p. 25, Baierus l. s. s. p. 44.*

